Price of the whole, unbound, in Germany, 9 thr. 3 ngr.

3 vols. or 5 vols. in 3
$ 6.25

Ezra Abbot Jr

May 18, 1850.



"As to the editions of Justin, that of the Benedictines (by Maranus) exhibits, like most of their Greek Fathers, a complete and well-arranged, but critically imperfect text, compiled by well-informed persons, who were neither first-rate Greek scholars, nor always willing or competent to be critics. Otto's edition (1847-1849) is in its whole arrangement much superior; but the text does not do full justice to the admirable labours of such men as Stephen and Sylburg, Grabe and Thirlby, Markland, Pearson and Davis. We must never forget that we have only one manuscript, twice copied, and a very indifferent one, as will appear from a comparison of the passages which have been preserved by Eusebius." — Bunsen, Hippolytus, etc. 2d edit. I. 217, note.

CORPUS
APOLOGETARUM CHRISTIANORUM
SAECULI SECUNDI.

EDIDIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO.

VOLUMEN I.

IUSTINUS PHILOSOPHUS ET MARTYR.

Ἐγὼ δέ, τῇ μὲν ἐμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον σταθμώμενος, τὴν ἐγχείρησιν ὀῤῥωδῶ· θαῤῥῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν μείζοσιν ἢ κατ᾽ ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ.

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCXLVII.

S. IUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
OPERA
QUAE FERUNTUR OMNIA.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM NONDUM COLLATOS RECENSUIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

PHILOSOPHIAE DOCTOR THEOLOGIAE LICENTIATUS IN UNIVERSITATE LITERARUM IENENSI THEOLOGIAM PRIVATIM DOCENS SOCIETATUM LATINAE IENENSIS ET HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS ORDINARIUS.

TOMI I. PARS I.

OPERA IUSTINI INDUBITATA.

EDITIO ALTERA
ITERATIS CURIS ADORNATA.

CUM SPECIMINE CODICIS REGII PARISINI CDL.

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCXLVII.

Χαλεπὸν οὕτω τι ποιῆσαι ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν.

Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

THEOLOGIS IENENSIBUS

SUMME VENERABILIBUS ET CLARISSIMIS

ANDREAE THEOPHILO HOFFMANN

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI HUIUSQUE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO PRIMARIO FACULTATIS THEOLOGICAE SENIORI DUCI SAXONIAE ALTENBURGENSIS A CONSILIIS ECCLESIAE INTIMIS NUMO MEMORIALI AENEO OB RES IN BELLO GESTAS CONDECORATO ORDINIS MAGNIDUCALIS SAXONICI VIGILANTIAE SEU ALBI FALCONIS EQUITI SEMINARII THEOLOGICI PRIMO DIRECTORI

CAROLO AUGUSTO HASE

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI HUIUSQUE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO DUCI SAXONIAE ALTENBURGENSIS A CONSILIIS ECCLESIAE INTIMIS H. T. PRORECTORI ACADEMIAE MAGNIFICO ORDINIS MAGNIDUCALIS SAXONICI VIGILANTIAE SEU ALBI FALCONIS EQUITI SEMINARII THEOLOGICI SECUNDO DIRECTORI

IOANNI CAR. EDUARDO SCHWARZ

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI HUIUSQUE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO MAGNO DUCI SAXONIAE A CONSILIIS ECCLESIASTICIS DIOECESEOS IENENSIS SUPERINTENDENTI ET AD AEDEM S. MICHAELIS PASTORI SEMINARII HOMILETICI ET CATECHETICI DIRECTORI

PRAECEPTORIBUS SUIS DILECTISSIMIS

LEOPOLDO IMMANUELI RÜCKERT

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI HUIUSQUE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO H. T. DECANO FACULTATIS THEOLOGICAE MAXIME SPECTABILI SEMINARII THEOLOGICI TERTIO DIRECTORI

HANC ALTERAM

OPERUM VERE IUSTINIANORUM

EDITIONEM

GRATI ET PII ANIMI TESTIMONIUM

DEDICAVIT

CAROLUS OTTO.

PRAEFATIO.

Quum aliquando de edendis Iustini Philosophi et Martyris utraque Apologia et Dialogo cum Tryphone habito Baumgartenium Crusium, praeceptorem carissimum, cuius memoriam nulla unquam delebit temporum longinquitas, consuluissem: auctor is mihi fuit ut ad omnia potius opera, quae aut sine ulla dubitatione aut aliqua cum probabilitate ad Patrem illum celeberrimum referuntur, edenda me conferrem. Cuius viri incomparabilis paternae apud me auctoritati lubentissime obtemperabam. Editio autem illorum operum diu ac graviter desiderata ubi anno MDCCCXLII seq. in lucem emissa est, aliquot viri in hoc studiorum genere excellentissimi, et nostrates et exteri, quibus meae qualescunque curae non improbarentur, petierunt ut pari ratione non tantum subditicia Iustini opera haud despicienda sed apologeticos etiam Tatiani, Athenagorae, Theophili, Hermiae libros prelo submitterem atque sic quidem integrum „Corpus Apologetarum christianorum saeculi secundi" absolverem. Ne quod viri auctoritate graves voluerunt repudiarem, opera ista subditicia partim superiori partim hoc ipso anno foras dedi. Prius vero, quam ad caeteros Apologetas licuit accedere, animo ad Iustinum revocato altera omnium quae nomen eius prae se ferunt operum editio mihi adornanda fuit: id quod, quum non-

dum quinquennium decurrerit post primum prioris editionis tomum typis descriptum, omnino praeter spem evenit.

In altera hac editione ad textum conformandum nova subsidia critica adhibui, adnotationes saepe amplificavi novasque passim addidi, versionem latinam haud raro emendavi, prolegomena et indices correxi. Quibus curis secundis si pro viribus feci ut Iustini opera indubitata et addubitata et subditicia legantur rectius meliusque intelligantur, effeci id quod mihi proposueram. Si quid autem titubatum est, aequi condonabunt arbitri, qui non ex iis quae prava sunt sed quae nitent pretium operi solent constituere. Denique fieri non potest quin animus meus ad gratias Deo Optimo Benignissimo, qui prosperum successum dedit, persolvendas quam maximas vehementer permoveatur.

Scripsi Ienae laetissimo die Paschatos
a. MDCCCXLVII.

PRAEFATIO EDITIONIS PRIORIS.

LECTORIBUS
S.
D. L. F. O. BAUMGARTEN-CRUSIUS.

Qui hanc Iustini Martyris operum parabilem editionem instituit, humanissimus iuvenis, Io. Car. Th. Otto Ienensis, cum primum sui consilii me conscium faceret, admodum ego laetabar, et propter egregium virum, quem amplam hinc commendationem consecuturum esse augurabar, et optimarum literarum causa. Certe dignissimum agunt nostrates studiisque aequalium accommodatissimum, qui in hoc ecclesiasticorum scriptorum negotium se immittunt interpretes atque editores. Atque illud quidem cuncti perspiciunt, quantum hodie mereantur qui absolvendam dogmatum historiam suis studiis adiuvent, cuius rei summa pars his curis absolvitur: hoc est eam disciplinam, quae plurimis nostrae theologiae malis una mederi possit; at eruditi hodie omnes reputaverunt, ad communes etiam literas ista scriptorum ecclesiasticorum causa quantopere attineat.

Scilicet, ut a rei christianae principiis insecutorum temporum mens exstitit atque ingenium, ita literis etiam nova illinc aetas illuxit. Vetustam enim formam novis rebus aptavere priscae ecclesiae scriptores, et qui philo-

sophi inter eos habiti sunt, quorum princeps et tempore et eruditione Iustinus ille exstitit, inter fidos certe ecclesiae alumnos (orthodoxos dicunt), philosophicam ii disciplinam, quam accepissent, nova forma induere conati sunt et recenti admovere argumento: quod cum continuo studio inter seculorum decursum agerent in ecclesia, effectum est ut philosophica διαδοχὴ servaretur in temporum inscitia et nova mens informaretur quaestionibus philosophicis. Unde exoptatissima nuper exstitit opera Henrici Ritteri, ecclesiasticorum etiam scriptorum historia pereruditi, qui luculento opere describere instituit, quam illi bene in colendis literis philosophicis meruerint.

Sed quibus malis hoc studiorum genus opprimatur, exploratum arbitramur omnibus, has qui res penitius curaverunt. Nam, ut ecclesiae patres commemoremus, dici vix potest, quam negligenter olim egerint in critico negotio, illorum qui scripta edidere, viri egregie ceterum docti summaeque in literis atque in ecclesia auctoritatis: nempe quos deficeret nostrae aetatis peritia et critica et grammatica, et qui tantum non unice intenti essent in theologicam operam. At plurimum iam in his hodie effectum novimus et nostratium ope et exterorum, virorum etiam in philologica disciplina clarissimorum, e quibus I. F. Boissonadium honoris causa nominamus. Quodsi effectum olim fuerit, quod dudum aliqui meditati sunt, ut quae historici argumenti exstant in celebratis patrum editionibus, quas superius aevum tulit, peculiaribus scriptis comprehendantur, facto tamen delectu et circumspecte, sed ipsa patrum scripta nostrorum temporum modo et arte recenseantur, librariorum autem nostrorum animi ad consilia ista honestissima commoveantur:

eveniet, opinor, ut facillime careamus, quorum gravior semper evadet penuria, amplissimis illis patrum thesauris maiorum memoria conditis, relinquendis posthac illis, quos maxima cura et ingentibus sumtibus nobis illos praeripere accepimus, doctis viris apud exteros.

Sed ut ad humanissimum huius libri editorem redeamus, non unam is hanc patrum antiquissimorum editionem meditatur, modo ne ipsum deficiat idoneorum bonorumque arbitrorum voluntas: qua ipsum dignissimum esse arbitror neque commendatione, mea praecipue, opus habere. Et rari sunt iuvenes qui theologicam disciplinam ita colant, ut partem eius nullam negligant, deinde animi christianae causae amantissimi, recti, sobrii: quae cuncta in hoc iuvene diligimus.

At summa is diligentia et insigni paratu rem aggressus est, et, quoad ego vidi, licet perquam lubricum et disputabile istud negotium sit, perite egit et feliciter. Nam, ut hinc exordiar, recte fecit, quod eos solos libros huc cogendos arbitratus est, qui aliqua cum auctoritate ad Iustinum Martyrem referuntur: nimirum orationem, cohortationem, de monarchia nescimus an fragmentum, utramque apologiam, dialogum, fragmenta: licet minime contemnenda sint scripta philosophici argumenti, Iustini quae nomen perperam tulere. Summo etiam iure epistolam recepit Diogneto inscriptam, egregium antiquissimae mentis christianae monumentum: quod an Iustini sit, etiam hodie aliquos ambigere novimus. Sed quam sibi editor de singulorum librorum auctoritate sententiam informaverit, licet prolegomenis exponere animus non sit, declaravit dudum laudato libello de Iustino Martyre, quem biennio abhinc apud nos edidit. Criti-

cam annotationem, ego quod iudicare possem, adiecit idoneam, neque audacius versatus in fingenda oratione neque veritus, quando opus esset, liberiorem sententiam. Interpretem sui auctoris quod rarius egerit, non reprehendam: in maxima eum opportunitate temperare sibi oportebat. Ergo, ille quod faustum suae operae omen agnovit, hoc ipso quem agimus anno seculum decurrisse a clarissima Pr. Marani editione, admodum velim id ratum esse; denique summum in votis habeo hoc, optimarum literarum studium idque christiana mente illustratum ut ubique et his quoque Ottonis nostri studiis praesidia capiat amplissima. Scrib. in Ienensi Academia M. Aug. A. CIƆIƆCCCXLII.

PROLEGOMENA

IN

OPERA S. IUSTINI INDUBITATA.

I. De novae editionis ratione.

S. Iustini Philosophi et Martyris quae feruntur Opera in altera hac editione disposui in Tomos tres: ut primus indubitata (utramque Apologiam et Dialogum cum Tryphone), secundus addubitata cum fragmentis deperditorum actisque martyrii, tertius subditicia complectatur. Caeterum easdem sum ut in priori editione regulas secutus.

Etenim in textu qui dicitur constituendo codices manu scriptos, ut par est, potissimum respexi. Unde factum est ut saepenumero a scriptura recederem per Stephanum propagata, cui ipse Maranus nimis religiose adhaesit; is scilicet quamquam bene promeruit de Iustino quod scriptos codices contulit, raro tamen, id quod caeteris quoque huius Patris accidit editoribus, propter timiditatem quamdam proinde ac certa codicum testimonia postulabant locos corruptos emendavit: itaque falsas lectiones saepe in textu retinuit et meliores ipsique probatas in adnotationem relegavit. Interdum vero destitutus codicum manu scriptorum auxilio coniecturam aliquam sive ab aliis allatam sive a me excogitatam, quam (illorum codicum quantum fieri potuit pressis vestigiis) pro vera lectione habere liceret, non dubitavi textui inserere. Nec sane ullus propterea audaciae me insimulabit, quod lectionem aperte mendosam loco, quem per-

peram occupavit, eiecerim aliamque quum linguae tum scriptoris ingenio accommodatam pro ista substituerim. Malui equidem in iis numerari qui criticae moderatae studiosi sunt, quam qui temerariam consectantur. Constat in critico negotio prudenter rationes subducendas esse, quum proclivius sit periculum errandi et umbram comprehendendi pro veritate. Id autem praecipue potest in operibus nostri scriptoris recensendis accidere; Iustinus nimirum, magis in rebus et sententiis quam in perpolienda et conglutinanda oratione defixus atque ardorem animi magis quam subtiliores syntaxis leges secutus, non est is, apud quem quae lectio optima sit ea statim vera sit existimanda: quocirca saepe verendum ne ipse in culpa sit, non librarii. Certe quum in Apologiis tum in Dialogo plerumque utitur sermone vitae communis: interdum enim desideratur lucidus sententiarum ordo et verborum delectus et periodorum structura, id quod in universum iam Photius (Biblioth. cod. 125. p. 94. ed. Bekker.) probe observavit. Expolitior stilus deprehenditur in scriptis Iustini addubitatis *). Praecipuam porro interpunctionis rationem habui; in universum enim studui rarius quam vulgo factum est distinguendi signa ponere. Quod autem ad sectiones (capita) attinet, Maranianas servavi; insuper addidi in margine paginarum numeros ac literas B—D editionis Morellianae anno 1636 emissae, quae in usitatissima Coloniensi ex asse repetita est **).

*) Cf. commentationem meam: De Epistola ad Diognetum S. Iustini Philosophi et Martyris nomen prae se ferente (Ien. 1845. 8) p. 49 sqq..

**) Eiusdem editionis paginas designant numerales notae, quae ab Anglicis editoribus (excepto Trollopio) ad latus appositae sunt.

In adnotationibus criticis hoc modo versatus sum, ut non solum scripturae discrepantiam in codicibus manu exaratis obviam indicarem, verum et omnes eorum qui in Iustini scriptis emendandis elaboraverunt textui subiicerem coniecturas, quamvis non semper approbarentur: sic licet cuique historiam κρίσεως Iustinianae clare perspicere. In exegeticis autem eam viam tenui, difficilioribus de locis ut constanti quadam ac perpetua ratione meas qualescunque et aliorum observationes adnotarem. Hominum enim doctorum animadversiones ubi minus probabiles erant, et breviter refutavi et verbis lenissimis; recepi tamen, ubi videbantur amplectendae: plerumque eas in breve coegi*), summa simul fide curans ut suis nemo virtutibus privaretur. Fastidium vero ne legentibus crearem, Marani exemplum secutus praetermisi prolixos Perionii, Langi, Kortholti commentarios, in quibus plurima ad superiorum magis temporum quam ad nostrorum consuetudinem sunt dicta. In illustrandis rebus et ecclesiasticis et profanis delectu censui opus esse: ne quae nimis vulgaria et protrita essent commemorarem, neve disputationes admiscerem quae ad scriptoris interpretationem non conducerent; id praecipue egi, ut in iusto brevitatis studio nihil omitterem quod ad rem faceret. Respui colligere quidquid differentiae a

*) Interdum sufficiebat lectores revocare ad librum meum: De Iustini Martyris scriptis et doctrina, Ienae 1841. 8 (cf. quae de Iustino in *Erschii et Gruberi Allgem. Encyklopädie d. Wissenschaften u. Künste* Sect. II ab Hoffmanno edita paucis exposui), atque ad Carol. Semisch.: *Justin der Märtyrer*, Partes II (Vratislav. 1840 et 1842. 8) — in sermonem anglicum versae: *Justin Martyr, his Life, Writings and Opinions*; *transl. from the German with the Author's concurrence by J. E. Ryland.* Partt. II. Edinburg. 1844. 12 (Biblical Cabinet. Tom. XLI sq.).

sacra scriptura praebent laudata a Iustino testimonia, quo luculentius iam otium a C. A. Crednero hic factum esse video *). Quo autem commodior redderetur curae meae usus, diligenter scriptorum tum sacrorum tum profanorum locos in margine indicavi a Iustino aut aperte excitatos aut obscure significatos.

Versio est Maraniana. Quum vero interdum vel esset obscurior vel sensum scriptoris male redderet, in transscribenda ea optimo iure permulta immutavi. Haud procul abfuit quin illam non adderem. At enimvero quid facerem? Certe saepenumero commentarii locum obtinet. Atque „liber graecus," ut Thirlbius (Praefat. ad edit. Apoll. et Dial.) in simili causa ait, „sine versione editus quam cito vel in magnorum Doctorum bibliothecis situm ducat, nemo nescit. Et quis vermeribus et araneis scribere velit **)?"

Dedi argumenta librorum a Benedictino conscripta et a me haud raro correcta. Denique necessarium visum est ut, quemadmodum priores editores, indices et verborum notatu digniorum et rerum memorabilium et locorum citatorum adiicerem.

---

*) Cf. viri docti: *Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften* Tom. I (Hal. 1832. 8) p. 151—258 et Tom. II (ibid. 1838. 8) p. 17—98, 104—133, 157—311.

**) Eruditus quidam homo occasione data (*Theolog. Literaturblatt zur Allgem. Kirchenzeitung* 1831. N. 1. p. 5) ab editore Iustini haecce postulavit: „1. dass ganz sichere Verbesserungen gleich in den griechischen Text aufgenommen werden, doch immer mit genauer Angabe der alten Lesart und dessen was die Handschriften darbieten; 2. dass im Orthographischen Einiges nach den bewährten Resultaten neuerer Forschungen gebessert, und eine richtigere und consequente Interpunction eingeführt werde; 3. dass neben dem griechischen Texte eine der besseren schon vorhandenen lateinischen Uebersetzungen auf's Neue durchgesehen und berichtigt abgedruckt werde." Equidem in explendis illis officiis summum posui studium.

II. De codicibus manuscriptis.

Plerique fere omnes qui supersunt codices operum Iustinianorum manu exarati vel dubios vel suppositos tractatus continent. Utriusque enim Apologiae et Dialogi cum Tryphone, quod valde dolendum, non exstant nisi duo codices, iique sibimetipsis consimillimi ut ambo pro uno teste haberi debeant: alter in Francia, alter in Anglia. Ac de iis quidem hic referam.

I. *Codex Regius Parisinus CDL*, olim numero 1428 postea 2270 notatus, chartaceus in fol. min., foliorum 461, Parisiis in Bibliotheca Regia asservatur. Praemittuntur fol. 1—5,b Excerpta de Iustino ex Photii Myriobiblo et ex Eusebii Historia ecclesiastica. Opera autem Iustiniana hoc ordine collocata sunt: 1°. Epistola ad Zenam et Serenum (incipit fol. 6,b verbis: Ἐκ παρασκευῆς ἀνδραγαθεῖν· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ νῦν αἰῶνος — unde apparet eam minime integram esse, ut iam vidit scriba, unam paginam dimidiatam literis non implens; finitur fol. 16,b). 2°. Cohortatio ad Gentiles (fol. 17—50). 3°. Dialogus cum Tryphone Iudaeo (fol. 50—193): Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος πρὸς Τρύφωνα Ἰουδαῖον διάλογος. 4°. Apologia minor (ad Senatum Romanum) pro Christianis (fol. 193—201): Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων Σύγκλητον ☩ Id est enim signum crucis, quod in Graecia nostris quoque temporibus homines natu grandes atque pii ponere solent quotiescunque aliquid sunt scripturi; nuncupant τὸ Σταυρὲ βοήθει. 5°. Apologia maior (ad Antoninum Pium) pro Christianis (fol. 201—238,b): Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Ἀπολογία δευτέρα ὑπὲρ

Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ. Praeter Epistolam imperatoris Hadriani ad Minucium Fundanum proconsulem Asiae (fol. 238,b), quam Iustinus ipse Apologiae adnexuit, duae Epistolae (fol. 239—241) accesserunt: Ἀντωνίνου ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, et: Μάρκου βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ Χριστιανοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι τῆς νίκης αὐτῶν. 6°. De monarchia (fol. 241—247). 7°. Expositio rectae fidei (fol. 247—261). 8°. Confutatio dogmatum quorumdam Aristotelis (fol. 261—302,b). 9°. Quaestiones Christianorum ad Gentiles (fol. 302,b—334,b). 10°. Quaestiones et Responsiones ad Orthodoxos (fol. 334,b—416; addita est pertractatio Adv. Gentiles fol. 416—418,b). 11°. Quaestiones Gentilium ad Christianos (fol. 418,b—433). Haec excipit Athenagorae liber Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. — Hic certe non inelegans codex, quem Nicolaus le Nourry in Apparatu ad Bibliothecam Maximam vett. Patrum etc. P. I (Paris. 1703. Fol.) p. 467 et auctor Catalogorum Bibliothecae Regiae P. II (ex typographia regia 1740. Fol.) p. 63 tantummodo attigerunt, anno 1364 exaratus est; clauditur enim, id quod etiam Bernardus de Montfaucon (Palaeograph. graec. Paris. 1708. Fol. p. 71) vidit, hac nota: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον ἐπὶ ἔτους ,ςωοβ. ἰνδ. β̄. ἐν μηνὶ Σεπτεβρίῳ ια. h. e. *Absolutus est hic liber anno* 6872 (Christi 1364), *indictione secunda*, *mensis Septembris die* 11. Idem est hic codex quem, ut ex iterata investigatione patuit, perpaucis tantum immutatis Robertus Stephanus in principe sua operum Iustinianorum editione „ex Bibliotheca Regia“ typis describendum curavit. Ut brevitate utar, cum Marano eum in Apo-

Specimen Codicis Regii Parisini 450. A. D. 1364.

Αὐτοκράτορι τίτω αἰλίω· ἀδριανῷ ἀντωνίνω εὐσεβεῖ
σεβαστῷ καίσαρι· καὶ οὐηρισσίμω υἱῷ φιλοσόφω·
καὶ λουκίω φιλοσόφω, καίσαρος φύσει υἱῷ καὶ εὐσεβοῦς
εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας· ἱερᾶ τε συγκλήτω· καὶ
δήμω παντὶ ῥωμαίων· ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους
ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων· ἰουστῖνος
πρίσκου τοῦ βακχείου· τῶν ἀπὸ φλαουίας νέας πό-
λεως τῆς συρίας παλαιστίνης εἷς, αὐτῶν τὴν προσφώ-

logiis et in Dialogo per notam compendiariam „Reg." indicavi. — Multimodis autem, ad hunc codicem Regium quod attinet, me adiuvit Carolus Benedictus Hase, Instituti Regii Franciae socius, in schola Regia Polytechnica Regiaque speciali linguarum orientalium professor, in Bibliothecae Regiae parte codd. mstos complectente conservator. Mei officii hoc loco esse putavi Viro Clarissimo gratissimum animum palam profiteri.

II. *Codex Claromontanus (LXXXII)*, ita a Marano appellatus, quod Bibliotheca Collegii Parisiensis Societatis Iesu eum subministravit. Cf. Catalog. mstorum codicum collegii Claromontani (Paris. 1764. 8) p. 25 sq.. Diligentissime inquirendo haec comperi: Iesuitis anno 1764 ex Francia eiectis quum libri bibliothecae istius publice venderentur, codex ille mstus in Ioannis Meermani manus pervenit; quo mortuo cum aliis scriptis anno 1824 in Angliam transiit, ut Illustrissimi Thomae Phillipps bibliothecae adiungeretur in villa Middlehill ad oppidum Broadway (in comitatu Vorcestr. situm) institutae. Vid. Bibliothec. Meerman. sive catalog. librorum impressorum et codicum mstorum, quos — morte dereliquit Io. Meerman, Tom. IV (Hagae Comit. 1824. 8) p. 7. num. LVII; coll. Catalogg. librorum mstorum etc. ed. Gust. Hänel (Lips. 1830. 4) p. 894. Hic codex chartaceus in fol., constans foliis 377, ineunte saeculo decimo quinto videtur exaratus esse. Initio praebet nonnulla de Iustino ex aliis scriptoribus; tum haec opera Iustiniana eo continentur: 1°. Epistola ad Zenam et Serenum. 2°. Cohortatio ad Gentiles. 3°. Dialogus cum Tryphone Iudaeo. 4°. Apologia minor. 5°.

Apologia maior, cum epistolis Antonini et Marci imperatorum. 6°. De monarchia. 7°. Expositio rectae fidei. 8°. Confutatio dogmatum quorumdam Aristotelis. 9°. Quaestiones Christianorum ad Gentiles. 10°. Quaestiones et Responsiones ad Orthodoxos (et pertractatio Adv. Gentiles). 11°. Quaestiones Gentilium ad Christianos. Sequitur Athenagorae liber De resurrectione mortuorum. Deinde: Iustini Epistola (eadem quae supra) ad Zenam et Serenum. Denique: Ejusdem Expositio (eadem quae supra) rectae fidei. — Is codex mutus Regio 450 simillimus est: etenim non tantum opera eodem ordine complectitur, sed et Epistola ad Zenam et Serenum, primo loco collocata, initio detruncata est; huc accedit quod eadem librariorum vitia, aperta aeque ac tectiora, easdemque lacunas (v. c. in Quaestt. et Respp. ad Orthod.) habet. Ita sane perpaucis lectionibus exceptis cum Regio convenit, eodem ex codice ut uterque descriptus videatur vel alter ex altero. Sirmondus (teste Nourrio l. c. p. 468) summa diligentia Claromontanum codicem pervolutavit eique manu sua initium Epistolae ad Zenam et Serenum mutilum supplevit ac praefixit omnium quae continet operum elenchum. Hunc codicem, quocum Thirlbius selectos quosdam Apologiarum et Dialogi locos conferendos curavit, in iisdem scriptis siglo Marani „Clar." designavi.

III. De codicibus editis.

Omnia fere quae S. Iustini Philosophi et Martyris nomen prae se ferunt Opera „ex Bibliotheca Regia" et regiis typis graece primus ROBERTUS STEPHANUS, typographus regius, edidit Lutetiae a. 1551 in fol. min.:

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ, ΖΗΝΑ [sic] καὶ Σερήνῳ. ΛΟΓΟΣ παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας. ΠΡΟΣ ΤΡΥΦΩΝΑ Ἰουδαῖον διάλογος. ΑΠΟΛΟΓΙΑ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων Σύγκλητον. ΑΠΟΛΟΓΙΑ β' ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ. ΠΕΡΙ Θεοῦ [sic] μοναρχίας. ΕΚΘΕΣΙΣ πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. ΑΝΑΤΡΟΠΗ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν. ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ Χριστιανικαὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ Ἑλληνικαὶ ἀποκρίσεις, καὶ τῶν αὐτῶν ἀποκρίσεων ἔλεγχοι. ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους περὶ τινῶν ἀναγκαίων ζητημάτων. ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ Ἑλληνικαὶ πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, καὶ πρὸς τὰς αὐτὰς ἐρωτήσεις ἀποκρίσεις Χριστιανικαί. Eodem ordine disposita sunt opera in Bibliothecae Regiae codice msto 450, quem, ut iam Nic. le Nourry l. c. p. 468 observavit, Stephanus egregia diligentia curavit exscribendum; pauca tantum aliter, atque in codice msto exstabant, partim consulto partim imprudenter excudit. Praeterea in editi operis fine (p. 312—315) adiecit „Locorum, qui aliter, quam impressi sunt, in aliis codicibus leguntur aut legendi videntur, adnotationes.“ Principis huius editionis ac nitidae symbolum: Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ *).

Eadem illa Opera Iustini a Roberto Stephano in lucem prolata — additis Oratione ad Gentiles et Epistola ad Diognetum, quas Henricus Stephanus Parisiis

*) Io. Alb. Fabricius (Biblioth. graec. cur. Harles. Voll. VII. Hamb. 1801. 4. p. 61) utramque refert Apologiam graece pridem Romae (in 8º) impressam esse a Zannero una cum Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii Magni, Gregorii Nazianzeni et Ioannis Chrysostomi nonnullis, curante Hieronymo Bonello, S. I.. At vero de hac editione valde dubitandum est.

a. 1592 excuderat — graece cum latina versione Ioannis Langi passim emendata edidit Fridericus Sylburgius: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος τὰ εὑρισκόμενα. S. Iustini Philosophi et Martyris Opera quae undequaque inveniri potuerunt. Heidelbergae ex typographeio Hieronymi Commelini a. Chr. 1593. Fol. Tom. III in uno volumine. Libri sunt ita collocati: Tom. I. p. 1—167: Cohortatio ad Gentiles, Oratio ad Gentiles, Apologia (minor) ad Senatum Romanum, Apologia (maior) ad Antoninum Pium, De monarchia, Confutatio dogmatum quorumdam Aristotelis, Quaestiones Christianorum ad Gentiles (et pertractatio Adv. Gentiles), Quaestiones Gentilium ad Christianos; Tom. II. p. 167—291: Dialogus cum Tryphone; Tom. III. p. 292—398: Expositio rectae fidei, Quaestiones et Responsiones ad Orthodoxos, Epistola ad Diognetum, Epistola ad Zenam et Serenum. Textus est Stephanianus, perpaucis in locis correctus. Clarus ille Henrici Stephani discipulus, de multis scriptoribus antiquis bene meritus, editioni (p. 401—434) adnotationes adiecit, in quibus quae aut aliunde aut de suo in promtu erant suppeditavit; „contribuerunt," inquit, „Ioannes Arcerius, e Belgio, et David Hoeschelius, e Vindelicorum Augusta: idem hic Hoeschelius ultra suam symbolam addidit etiam Hieronymi Wolfii annotationes, e libro ejus sua manu excerptas, ut eo pacto et boni praeceptoris memoriam propagaret et rei literariae commoda plenius adiuvaret." Intexuit porro quae Rob. Stephanus in editionis calce monuerat. Insuper apposuit (p. 434—443) selectas Ioachimi Perionii notas una cum iis quae Iacobus Billius in Observationum sacrarum (Paris. 1585. Fol.) lib. II. cap.

6 ad Iustini Apologiam primam observaverat. Adiecit denique indices verborum, rerum, locorum.

Haec Sylburgii editio recusa est curante Federico Morello, professore regio: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος σωζόμενα. Sancti Patris nostri Iustini Philosophi et Martyris Opera. Parisiis apud Michaelem Sonnium (alia exempl. inscripta sunt: apud Claudium Morellum), via Iacobaea sub scuto Basiliensi a. 1615. Fol., et dehinc apud Claudium Sonnium (in aliis exempl.: apud Carolum Morellum), via Iacobaea ad insigne scuti Basiliensis a. 1636. Fol. Tom. III in I vol.. Adiuncta est in utraque editione Petri Lansselii, Societatis Iesu presbyteri, dispunctio animadversionum in Iustinum, quas Isaacus Casaubonus Exercitationibus suis adversus Baronium inseruit. Praeterea accedunt tamquam corollaria Athenagorae, Theophili, Tatiani, Hermiae tractatus. Praefixa est quaedam Iustini effigies cum hoc lemmate: Ἠνίδ' Ἰουστίνου διττοῖς στέφεσιν κάρα κασθέν, Οὐρανίης σοφίης μαρτυρίου θ' ὁσίου. Repraesentatur ille aetate in senium vergente, sed robusto corporis habitu: digitis micat in modum disputantis, ita tamen, ut unius dei veritatem, quam index sinistrae extentus significat, demonstratione evincat syllogistica, per tres priores dextrae digitos denotata; aut vetus pictor unum in essentia, in personis trinum deum exprimere voluit.

Exemplar Parisiense a. 1636 emissum ex asse expressit editio, quae Coloniae vel potius Vitebergae*) apud Ierem. Schrey et Henr. Io. Meyerum a. 1686. Fol.

---

*) Vid. Wilh. Ern. Tentzel: Miscellann. ecclesiast. (Lips. 1708. 4) P. I. p. 165.

Tom. III in I vol. prodiit. Prioribus auctior est Christiani Kortholti, professoris Kiloniensis, in Iustinum, Athenagoram, Theophilum, Tatianum commentario, primum separatim publici iuris facto Kiloniae a. 1675. Fol.. Pervagatissima haec editio Coloniensis mendis scatet innumerabilibus.

Fuere etiam qui singulos ederent Iustini libros vel iunctim plures ex omnibus selectos. Quos editores ratione habita Apologiarum et Dialogi nunc recenseam.

S. Iustini Philosophi et Martyris Apologia prima pro Christianis ad Antoninum Pium: cum latina Ioannis Langi versione quamplurimis in locis correcta, subiunctis emendationibus et notis Roberti et Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Casauboni, Montacutii, Grotii, Salmasii, Valesii, Cotelerii, pluribusque novis additis, annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti, praemissa vero Langi praefatione, qua summam huius Apologiae enarravit: edita a Ioanne Ernesto Grabe. Oxoniae, e theatro Sheldoniano a. dom. 1700. 8. Prostant venales apud Henr. Clements. Alter titulus: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Ἀπολογία πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ‚αψ΄. In praefatione dolet vir ille clarissimus, egregie meritus de antiquitate christiana, mstos praesto non fuisse codices, quorum paucissima superessent exemplaria. Quapropter textum ex Stephani editione curavit exprimendum; ipse ad scriptoris intelligentiam pro viribus contulit. — Nonnullas observationes ad hanc editionem dedit Io. Alb. Fabricius in Bibliotheca graeca, cur. Harles. Vol. VII (Hamb. 1801. 4) p. 59 sq..

Ad editionem Grabianam in omnibus conformata est haecce: S. Iustini Philosophi et Martyris Apologia secunda pro Christianis, Oratio cohortatoria, Oratio ad Graecos et de monarchia liber: cum latina Ioannis Langi versione quamplurimis in locis correcta, subiunctis emendationibus et notis Roberti et Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Io. Ern. Grabii, Io. Potteri, pluribusque aliis additis, annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti, praemissis vero Langi praefationibus, quibus summam eorum quae in hoc volumine continentur enarravit: edita ab H. Hutchin, A. M. ex aede Christi. Oxoniae, e theatro Sheldoniano 1703. 8. Alter titulus: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Ἀπολογία δευτέρα ὑπὲρ Χριστιανῶν, Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας, Λόγος πρὸς Ἕλληνας, Περὶ μοναρχίας. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ͵αψγ'. Impensis Tho. Bennet, ad insigne Lunae Falcatae in Coemeterio D. Pauli, Londini. Editor textum vulgatum exhibuit inde a Stephanis propagatum. Adnotationes suo Marte paucas dedit: plurimas contulit Grabius. Ad Cohortationem, ut in praefatione refert, duo msti codices Parisini lectiones praebuerunt.

Iustini operibus Oxoniae prelo commissis haec quoque editio conformis est: S. Iustini Philosophi et Martyris cum Tryphone Iudaeo Dialogus: cum latina Ioannis Langi versione quamplurimis in locis correcta, subiunctis emendationibus et notis Roberti Stephani, Perionii, Sylburgii, Halloixii, Montacutii, Drusii, Colomesii, Cavii, Bulli, Grabii, pluribusque novis additis, annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti, praemissis vero Langi praefatione, qua summam

huius Dialogi enarravit, Actisque martyrii S. Iustini et Sociorum: edita a SAMUELE JEBB. Londini, impensis Gul. et Ioh. Innys, bibliopolarum Londinensium. 1719. 8. Vir eruditus in edendo Dialogo viam Grabii et Hutchini ingressus est: itaque textum reddidit Stephanianum, ut ne manifestissimas quidem scripturae corruptelas ausus sit corrigere; in eo tantum ab illis differt, quod paucissimas notas easque fere semper ex Sylburgio depromtas adiecit. In praefatione de tempore, quo Dialogus habitus sit, breviter disserit, in calcem vero (p. 405 sqq.) fragmenta deperditorum ex Grabii Spicilegio SS. Patrum seculi secundi (Oxon. 1700. 8) p. 171 sqq. transtulit, omisso tamen fragmento de resurrectione.

Novo posthac vestitu indubitata Iustini Opera prodierunt: Ἰουστίνου Φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ, Ἀπολογία β′ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων σύγκλητον, Πρὸς Τρύφωνα Ἰουδαῖον διάλογος. Iustini Philosophi et Martyris Apologiae duae et Dialogus cum Tryphone Iudaeo. Cum notis et emendationibus STYANI THIRLBII. Londini, impensis Richardi Sare, iuxta portam australem Hospitii Greiani, in vico dicto Holbourn. 1722. Fol. mai.. Ut verba editoris huc referam: „Codices mss.“ — inquit in praefatione — „horum scriptorum Iustini in Anglia nulli sunt, neque alibi gentium usquam, quod quidem sciam, praeterquam in Gallia, ubi duo sunt, quorum utriusque accuratam collationem mihi desponderam; alioqui nunquam sane huic operi manum admovissem. Verum accidit duorum doctissimorum hominum, quorum opera ad eam rem usurus eram, alterius immatura morte, alterius temporis angustiis, ut nihil ob-

tineri posset amplius, quam ut loci quidam selecti cum uno eorum conferrentur. In quo ipso hoc insuper accessit infortunii, ut is unus (quo casu vel errore nescio, nisi agnosco fortunam meam) ille esset unde Roberti Stephani editio expressa est, ut minime mirum sit, si ista collatio non ita multum nobis profuit*). Destituti itaque sperato codicum auxilio editionem Stephani summa fide et diligentia exhibendam duximus." Addidit vir doctissimus versionem Ioannis Langi, sed multum mutatam. Magnum porro laborem impendit in conferendis scripturae sacrae locis cum editionibus Bibliorum et Patribus. Praeterea textui subiunxit aliorum notas, adnexis insuper ad calcem adnotationibus Pearsoni et Davisii; illas Bibliotheca Regia Cantabrigiensis suppeditaverat, has (in Apologiam primam) Ioannes Davisius ultro miserat publicandas. Thirlbius autem, caeteros editores Iustini Anglicos supereminens, in sua editione multa praeclara praestitit doctrinaeque haud vulgaris prodidit documenta; qui etsi nullis instructus codicibus manu exaratis ad rem accessit, tamen (scilicet in notis) ingeniose interdum sustulit vitia exempli Stephaniani: sed nimia sanandi vel potius textus ornandi cupiditate abductus saepenumero etiam locos integros tentavit, quos, anteaquam sanos esse eos intellexit, veluti corruptos ausus sit emendare. Controversias theologicas nuspiam attigit. Sunt teste Harlesio in Fabricii Biblioth. gr. l. c. p. 58, qui sub Thirlbii nomine Mark-

*) Lectiones a Stephaniano contextu diversas ferme viginti V. D. suis locis attulit: cognovi autem codicem illum mutum, cuius collationem accepit, non Regium (N. 450) fuisse sed Claromontanum (N. 82), quippe illi Regio — a Stephano typis descripto — consimillimum.

l a n d u m, philologum sagacissimum, putant latuisse. — Animadversiones in Iustini Mart. Apologiam I et Dialogum c. Tryph. ex editione Thirlbiana dedit a n o n y m u s s c r i p t o r in Miscellann. observationn. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3 (Amstelaedami 1732. 8) p. 363 sqq.. Adde T. R o w (Critique on Thirlby's Iustin Martyr) in: Gentleman's Magazine for the year 1783 m. Sept. p. 750 sqq..

Haec de editionibus dicta sunto, quae lectionem Stephanianam reddiderunt.

Novam omnium quae S. Iustini nomen prae se ferunt Operum recensionem exhibuit splendida editio Benedictina, cui titulus hic praescriptus est: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰουστίνου Φιλοσόφου καὶ μάρτυρος τὰ εὑρισκόμενα πάντα. S. P. N. Iustini Philosophi et Martyris Opera quae exstant omnia. Necnon Tatiani adversus Graecos Oratio, Athenagorae Philosophi Atheniensis Legatio pro Christianis, S. Theophili Antiocheni tres ad Autolycum libri, Hermiae Philosophi Irrisio gentilium philosophorum; item in Appendice supposita Iustino opera cum Actis illius martyrii et Excerptis operum deperditorum eiusdem Iustini et Tatiani et Theophili. Cum mss. codicibus collata ac novis interpretationibus, notis, admonitionibus et praefatione illustrata, cum indicibus copiosis. Operâ et studio unius ex monachis Congregationis S. Mauri. Parisiis, sumptibus Caroli Osmont, via San-Iacobaea a. 1742. Fol. mai.. Aliorum quidem exemplorum titulus prodiisse ait hoc volumen H a g a e C o m i t u m apud Petrum de Hondt; sed hunc mendacii arguunt literarum formae, non Batavicae sed prorsus Gallicae et Parisienses. Itaque Mos-

hemius (Dissertatt. ad historiam ecclesiastic. pertinent. Vol. II. Alton. et Flensb. 1748. 4. Praef. p. VII. not.; coll. Nova Acta eruditorum a. 1750 publicata Lipsiae p. 626) suspicatur, „imminentis belli metum suasisse Gallo mercatori, ut bonam exemplarium partem Batavo venderet, huncque forte gloriae et rei augendae studio, forte aliis etiam de causis coëmtis exemplaribus insigne Batavum affixisse et editi tam egregii scriptoris laudem sibi arrogasse.“ Ille e Congregatione S. Mauri, familiae Benedictinae, monachus, qui editionem adornavit, fuit Prudentius Maranus *). Solebant Maurini, qui monumenta Patrum emendatiora et ornatiora in lucem revocabant, doctas dissertationes praemittere. Neque id Maranus respuit; nam in praefatione primum (p. I — VIII) de superioribus Iustini, Tatiani, Athenagorae, Theophili editionibus et versionibus, deinde (p. X — LXII) de eorumdem patrum doctrina, denique (p. LXIII — CXXV) de eorum rebus gestis et scriptis exposuit. Ad opera Martyris indubitata quod attinet, in Praefat. p. IX perquam breviter: „Usui“ — inquit — „fuere duo recentes mss. codices, quibus omnia Iustini tam genuina quam supposita opera continentur, alter e Regia Bibliotheca olim 270 [scribendum erat 2270] nunc 450, alter ex Claromontana.“ Diversas scripturas praestantissimus vir, etiam de SS. Cypriano et Basilio optime meritus, adnotavit cum iudicio, feliciter haud raro textum emendavit, locos obscuriores — non tamen ubique — recte interpretatus est. Sed accidit ut pleramque bonas scripturas ipsique probatas neutiquam orationi insereret

*) Cf. Herbst: *Die Verdienste der Mauriner um die Wissenschaften*, in *Theolog. Quartalschrift* (Tubing.) 1834. Fasc. 1. p. 8 sq..

sed in margine dumtaxat adnotaret; quo fit ut, quemadmodum in prioribus editionibus, interdum aperta librariorum menda deprehendantur. Errores typographici ut tollerentur licet magna cum curatione studuerit, tamen multi relicti sunt quos in editionis calce non indicavit. Novam versionem praecipue desiderabant tractatus de monarchia, utraque Apologia, Dialogus cum Tryphone; Orationem ad Graecos et Epistolam ad Diognetum ex Henr. Stephani translatione iteravit pluribus locis emendata: in caeteris libris passim latinum Io. Langi textum exhibuit. Hic autem ordo (p. 1—240) servatur: Oratio ad Gentiles, Cohortatio ad Gentiles, De monarchia, Apologia prolixior, Apologia brevior, Dialogus cum Tryphone, Epistola ad Diognetum. Append. P. I (p. 407—583): Epistola ad Zenam et Serenum, Expositio rectae fidei, Quaestiones et Responsiones ad Orthodoxos, Quaestiones Christianorum ad Gentiles (et pertractatio Adv. Gentiles), Quaestiones Gentilium ad Christianos, Confutatio dogmatum quorumdam Aristotelis; P. II (p. 585—600): Acta martyrii S. Iustini et fragmenta deperditorum. — Symbola critica ad hanc editionem dedit C. A. Heumann in Miscellann. Lipsiens. nov. Vol. III. P. 2 (Lips. 1744. 8) p. 222 sqq..

Maranianum exemplar paginis paulisper mutatis est repetitum Venetiis apud Augustinum Savioli a. 1747. Fol. mai.. Sed permulta hoc in libro inveniuntur operarum peccata. — Ad idem exemplar Apologias et Dialogum graece et latine edidit Andreas Gallandi: Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum. Tom. I (Venet. 1765. Fol. mai., ex typographia Io. Bapt. Albritii Hieron. Fil.) p. 411 sqq.,

Adnotationibus Marani doctus ille presbyter congregationis Oratorii paucas alias, praesertim Thirlbianas, adspersit. — Sine adnotationibus iuxta idem illud exemplar recusa sunt opera graece et latine in Opp. Patrum graecorum [cura FRID. OBERTHÜR] Vol. I—III (Wirceburgi ex officina libraria Staheliana 1777—1779. 8), ita quidem, ut Vol. I Orationem ad Gentiles, Cohortationem ad Gentiles, librum De monarchia, utramque Apologiam, Vol. II Dialogum cum Tryphone, Vol. III. p. 2—23 Epistolam ad Diognetum contineat.

Commodae sunt et compendiariae Apologiarum editiones haece:

S. Iustini Martyris Apologiae e recensione Grabiana, var. lect. et coniecturas VV. DD. et suas addidit CHRISTIANUS GUIL. THALEMANNUS, A. M. et S. Theol. Baccal. Lipsiae apud Io. Chr. Langenhemium 1755. 8. In lectionum academicarum usum vir doctus editionem curavit; quare perpaucas praebuit adnotationes. Textum Grabianum h. e. Stephanianum expressit praeterquam in locis paucissimis. „Grabianum exemplar propterea praeplacebat, quod in minores sectiones erat divisum atque adeo lectionibus magis accommodatum. Visum autem est nudum textum graecum sine versione exhibere, tum ut parabilius opusculum esset, tum ut diligentia acueretur atque excitaretur iis qui lectioni et explicationi eius vellent interesse.“ Praefixit argumenta utriusque Apologiae ex editione Benedictini monachi deprompta, ac brevem verborum indicem addidit. — Cf. Nova Acta erudit. a. 1756 publicata (Lips.) p. 321 sqq..

S. Iustini Philosophi et Martyris Apologiae duae pro Christianis. Graece et latine, interpretationem la-

tinam ad graeca aptius accommodavit et annotationes adiecit CAROLUS ASHTON. Cantabrigiae 1768. 8. Nondum licuit mihi hanc editionem adsciscere: quocirca non habeo quae de ea referam.

Justinus des Märtyrers zweite Apologie und Beweis der Alleinherrschaft Gottes. Griechisch und teutsch mit erläuternden Anmerkungen; nebst einem Anhange über das Leben, die Schriften und Lehren dieses Kirchenvaters für junge Freunde der Theologie von JOHANN ADAM GÖZ, Conrector der Sebalder Schule zu Nürnberg. Nürnberg und Altdorf bei J. C. Monath u. J. F. Kussler 1796. 8. Refert (Praefat. p. IV sq.) se in exscribendo Apologiae II. textu Thirlbianam editionem, Stephanianam in libro de monarchia secutum esse. Quod autem ad Apologiam attinet, nonnullas recepit Thirlbii et Marani coniecturas. Translatio est liberior. — Cf. Erlang. Literatur-Zeitung 1796. N. 71. p. 563 sqq..

S. Iustini Martyris et Philosophi Apologiae. Edidit Io. WIL. IOS. BRAUNIUS, in universitate Fridericia Wilhelmia Rhenana professor publicus extraordinarius, s. theol. et phil. D. In usum praelectionum. Bonnae ad Rhenum, impensis T. Habichti. 1830. 8. Textus eruditae huius editionis prorsus ad Maranianum exemplum expressus est; adiectae sunt Braunii aliorumque animadversiones una cum lectionum varietate, praemissa autem Marani summaria. — Cf. Theolog. Literaturblatt zur Allgem. Kirchenzeitung (Darmst.) 1831. N. 1. p. 1 sqq. et Annalen der gesammten Theologie u. christlichen Kirche, Tom. III. Fasc. 3 (Coburg. et Lips. 1832) p. 245 sqq.. Huc etiam pertinent Animadversiones in primam S. Iustini M. Apologiam, quas Ios. Ign. Ritter,

novi rectoris solemnem inaugurationem indicens, Vratislaviae typis Universitatis 1836. 4. publici iuris fecit.

Ex tempore autem Prudentii Marani per centum annos S. Iustini Opera quae feruntur omnia editore caruerunt. Quod quum bonum omen agnovissem, ad novam recensionem adornandam aggressus sum. Atque Deus optatum praebuit exitum.

Titulus est: S. Iustini Philosophi et Martyris Opera. Recensuit, prolegomenis, adnotatione ac versione instruxit indicesque adiecit Ioann. Carol. Theod. Otto, Ienensis etc.. Praefatus est L. F. O. Baumgarten-Crusius, professor Ienensis. Tom. I. Ienae, prostat apud Frider. Mauke, 1842; Tom. II. 1843; Tomi III. P. I. ibid. 1846 et P. II. 1847. Hoc ordine collocata sunt opera: Tom. I: Oratio ad Gentiles, Cohortatio ad Gentiles, De monarchia, Apologia maior et minor; Tom. II: Dialogus cum Tryphone, Epistola ad Diognetum, Fragmenta deperditorum, Acta martyrii Iustini; Tom. III. P. I: Expositio rectae fidei, Epistola ad Zenam et Serenum, Confutatio dogmatum quorumdam Aristotelis (et pertractatio Adv. Gentiles); P. II: Quaestiones et Responsiones ad Orthodoxos, Quaestiones Christianorum ad Gentiles, Quaestiones Gentilium ad Christianos. Ad constituendum contextum quas adhibui regulas, earum summam supra proposui. Usui fuerunt manuscripti codices nondum collati: 1°. Argentoratensis ad Orationem ad Gentiles, Cohortationem ad Gentiles, librum De monarchia, Epistolam ad Diognetum, Expositionem rectae fidei; 2°. Vimariensis ad Cohortationem et ad librum De monarchia; 3°. duo Monacenses: alter ad Expositionem rectae fidei, alter ad Quaestiones et Respon-

siones ad Orthodoxos atque ad Quaestiones Gentilium ad Christianos. Libros scriptos et excusos et in alias linguas versos in Tom. I ac III Prolegg. curatius descripsi. In adnotatione, versione, summariis indicibusque conficiendis rationem servavi supra indicatam. Sis vide praeterea quae exposui in Gersdorfii Repertor. der gesammten deutschen Literatur, Vol. XXXIII (Lips. 1842) p. 291 sqq.. — Editio autem a doctis viris benignissime excepta est: cf. Literarische Zeitung (Berol.) 1843. N. 2. p. 24, Rudelbachii et Guerikii Zeitschrift für die gesammte Lutherische Theologie u. Kirche (Lips.) 1843. Fasc. 1. p. 137 sq., Rheinwaldi Allgemeines Repertorium für die theol. Literatur Tom. XLVII (Berol. 1844) p. 199 sq. all.; accedunt censurae quas Ern. Iul. Kimmel in Theolog. Literaturblatt zur Allgem. Kirchenzeitung (Darmst.) 1844. N. 93 sq. p. 777 sqq., Lobeg. Lange in Roehrii Krit. Prediger-Bibliothek Tom. XXV. Fasc. 6 (Neostad. ad Orlam 1844) p. 969 sqq., Car. Fr. Schnitzer in Neue Jenaische Allgem. Literatur-Zeitung 1845. N. 69. p. 275 sq. et N. 71. p. 281 sqq. fecerunt.

In paucis tantum locis a meo textu recedit haec Apologiae maioris editio nuper emissa: S. Iustini Philosophi et Martyris Apologia prima. Edited, with a corrected Text and English Introduction and Notes, by the Rev. W. Trollope, M.A., Pembroke College. Cambridge, Macmillan, Barclay et Macmillan; George Bell, London 1845. 8. Nova codicum mstorum subsidia vir eruditus non attulit. Adnotationes dedit ad impeditiores locos vel emendandos vel explicandos, plerumque ita, ut quae priores editores praebuere sedulo

in usum suum converteret repeteretque nominibus saepe suppressis.

IV. De codicibus in alias linguas versis.

Paulo post editionem Stephani principem, graece nescientes ut Iustinum adire possent, prodierunt latinae operum Iustinianorum translationes, auctoribus IOACHIMO PERIONIO, Benedictino Cormoeriacensi, qui observationes quoque ad textum illustrandum addidit, Lutetiae Paris. apud Iac. Dupuys 1554. Fol. Tom. II in I vol. (rec. in Biblioth. magna vett. Patrum, Colon. 1618. Fol. Tom. II. p. 1 sqq.); SIGISMUNDO GELENIO, Boiemo, Basileae apud Hier. Frobenium 1555. Fol. atque inde Parisiis apud Guil. Iulianum 1575. 8 *); IOANNE LANGO, Silesio, qui etiam commentarios indicesque adiecit, Basil. per Ambrosium et Aurelium Frobenios fratres, 1565. Fol. Tom. III in I vol. (rec. sine commentt. in Max. Biblioth. vett. Patrum. Lugd. 1677. Fol. Tom. II. P. 2. p. 5 sqq.). Haec versio licet duobus caeteris, elegantibus magis quam accuratis, longe praestantior sit, tamen ipsa vitiis cuiuslibet generis scatet; quorum haud pauca vir doctus evitasset, si Perionii et Gelenii elucubrationes cum sua diligenter comparasset. Sed, ut narrat in epistola nuncupatoria p. 26, opus ante absolverat quam illae in ipsius manus venerunt. Singulos libros et praefationibus et veterum patrum sententiis copiose illustravit. Langianam versionem Maranus potissimum in subditiciis Iustini libris repetivit (vid. supra p. XXXII), ita

*) Huic editioni Parisiensi adiuncta est B. Hippolyti Oratio de consummatione mundi et antichristo et secundo adventu domini Iesu Christi ex interpretatione IOANNIS PICI.

tamen, ut fere nova videri possit. — Latinum autem Marani textum recepit: Collectio selecta SS. ecclesiae Patrum etc., accurantibus D. A. B. Caillau, missionum gallicarum presbytero, et D. M. N. S. Guillon, in facultate theologiae Parisiensi eloquentiae sacrae professore. Tom. I (Lipsiae apud Freder. Fleischer; Parisiis et Bruxellis apud Méquignon-Havard. 1829. 8) p. 159—476; exhibentur hac in collectione: Oratio ad Gentiles, Cohortatio ad Gentiles, De monarchia, Apologiae, Dialogus, Epistola ad Diognetum.

Praeterea translationes quum omnium Iustini operum tum Apologiarum et Dialogi exstant:

Gallicae: Les Oeuvres de S. Justin, Philosophe et Martyr, mises de grec en françois par Jean de Maumont; avec brièves annotations et emendations de fautes. `A Paris, de l'imprimerie de Michel de Vascosan 1554. Fol.. Haec interpretatio emendatior apud eumdem anno 1559 denuo excusa est.

Seconde Apologie de S. Justin pour les Chrétiens; traduite en françois par Pierre Fondet. `A Paris, chez veuve Charl. Savreux 1670. 12. Sub illius nomine quum Chanutus delituisset, iterum haec interpretatio typis est anno 1686 descripta sub vero interpretis nomine.

Excerpta tantum praebet hocce opus: Les Pères de l'église, traduits en français; ouvrage publié par M. de Genoude et dédié à Monseigneur l'archevêque de Paris. Tom. I (`A Paris, chez Sapia, libraire-éditeur, rues de Sèvres 16, et du Doyenné 12. 1837. 8) p. 305 sqq..

Anglicae: The Apologies of Justin Martyr, Ter-

tullian and Minucius Felix in defense of the christian religion, with the Commonitory of Vincentius Lirinensis concerning the primitive rule of faith; translated from their originals with Notes for the advantage chiefly of English Readers and a Preliminary Discourse upon each Author, together with a Prefatory Dissertation about the right use of the Fathers. By WILLIAM REEVES, M. A. Rector of Craneford in Middlesex. London, printed for A. and J. Churchill at the Black-Swan in Pater-Noster-Row. 1710. 8. Eadem interpretatio ibidem a. 1716 recusa est.

Justin Martyr's Dialogue with Trypho the Jew; translated from the Greek into English, with Notes, chiefly for the advantage of English Readers, a Preliminary Dissertation and a short Analysis. By HENRY BROWN, M. A. Vicar of Netherswell, Gloucestershire. Rivington 1745. 8. Iterata est haec interpretatio Cantabrig. 1846. 8.* (Libr. of Rev. W. R. Alger, of Boston.)

A translation of the Epistles of Clement of Rome, Polycarp and Ignatius, and of the Apologies of Justin Martyr and Tertullian, with an Introduction and brief Notes, illustrative of the ecclesiastical history of the first 2 centuries. By TEMPLE CHEVALIER. Cambridge 1833. 8.

Germanicae: Justins des Märtyrers, eines christlichen Philosophen aus dem Anfnag des zweyten Jahrhunderts, Gespräch von der Wahrheit und Göttlichkeit der christlichen Religion mit dem Juden Tryphon. Aus dem Griechischen übersetzt und mit einer Vorrede nebst dem Leben Justins begleitet von N. VON BRUNN, Pfarrer

* Also reprinted, without the notes, etc., in the Rev. E. Bickersteth's "Christian Fathers of the First

zu St. Martin. Basel 1822. 8. Secutus est editionem Coloniensem et versionem Langianam; in locis biblicis plerumque Lutheri versionem repetivit. — Fere nihil nisi titulum Dialogus praebuit huic libro: Tryphon und Justin oder vom Judentum. Mit einer Vorrede an Herrn Moses Mendelssohn von Franz Güssmann. Wien 1785. 8.

Des heiligen Weisen und Blutzeugen Justinus (I.) Schutzschrift für die Christen, in: Denkmale der christlichen Glaubens- u. Sittenlehre aus allen Jahrhunderten gewählt und übersetzt von J. M. Denis Tom. I. Fasc. 2 (Vindob. 1795. 8) p. 21 sqq..

Justinus des Märtyrers zweite Apologie und Beweis der Alleinherrschaft Gottes. Griech. u. teutsch — von Joh. Adam Göz. Vid. supra p. XXXIV.

Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter. Aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. Kempten, Köselsche Buchhandlung. 1830. 8. Anonymus exemplar Maranianum secutus non male vertit Tom. I. p. 146 — Tom. II. p. 138 utramque Apologiam, Dialogum cum Tryphone, Orationem ad Gentiles, Cohortationem ad Gentiles.

Excerpta ex Apologiis et Dialogo germanice dedit notisque illustravit Christ. Frid. Rössler: Bibliothek der Kirchen-Väter in Uebersetzungen und Auszügen. Tom. I (Lips. 1776. 8) p. 101 sqq..

Italica: S. Giustino Martire tradotto con alcune riflessione dal Giovanni Baptista Gallicciolі. Venezia 1799. 8. Voll. II.

V. Argumenta librorum indubitatorum *).

1. Apologia prima **).

Exstincto Hadriano quum etiam rescriptum, quo gentiles a spe religionis christianae opprimendae deiecti erant, videretur exstinctum, rediit pristina illa Christianos accusandi licentia. Quare Iustinus, rei iustae propugnator, Antonino Pio eiusque filiis adoptivis Annio Verissimo (h. e. Marco Aurelio) et Lucio Vero Apologiam repraesentavit. Dividi potest in partes tres: in prima Iustinus Christianos indicta causa non debere condemnari demonstrat eorumque innocentiam exponit; in altera probat religionem christianam certissimis argumentis niti; in tertia quid in conventibus Christianorum peragatur edisserit.

Pars I. Iustinus, posteaquam Apologiae inscriptionem dedit (c. 1), summa cum libertate postulat ab imperatoribus ut aequitatem servent (c. 2) et Christianos aliorum reorum more iubeant iudicari (c. 3): iniquum

---

*) Operum Iustinianorum summaria praeter Maranum conscripserunt Io. Langus: D. Iustini Opp. in latinum sermonem verss. Tom. I. p. 57 sqq. 82 sqq. 101 sqq. 202 sq. Tom. II. p. 3 sqq. — Nic. le Nourry: l. c. p. 351 sqq. 353 sq. 354 sqq. 370 sqq. 381. — Remy Ceillier: Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II (Par. 1730. 4) p. 6 sq. 9. 11 sqq. 22 sqq. 25 sq. 27 sqq. 41 sq. — P. Gottfr. Lumper: Historia theologico-critica de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum etc. P. II (August. Vindel. 1784. 8) p. 64 sqq. 82 sqq. 91 sqq. 102 sqq. 105 sqq. 109 sq. 111. — J. A. Möhler: *Patrologie oder christliche Literärgesch.* ed. F. X. Reithmayr. Tom. I (Ratisb. 1840. 8) p. 192 sqq. et 208 sqq. — Mich. Permaneder: Biblioth. patrist. Tom. II (Landishut. 1842. 8) p. 107 sqq. 117 sq. 121 sqq. 126 sq. 130 sqq..

**) Cf. Petr. Tamburini: Analisi delle Apologia di S. Giustino Martire con alcune riflessione, Paviae 1792. 8. Sam. Gottl. Lange: Dissert. hist.-crit., in qua Iustini Martyris Apologia I. pro Christianis sub examen vocatur (Ienae 1795. 8), P. I. p. 3 sqq..

enim esse solum nomen indicta causa damnari (c. 4). Hanc iniquitatem ortam esse a daemonibus (c. 5). Ad eos quod attineat, Christianos dici posse atheos, quippe quum deum patrem, eius filium, bonos angelos, spiritum sanctum colant (c. 6). Si qui forte ex Christianis convicti fuerint sceleris, id non debet aliis nocere (c. 7), quorum eo illustrior est innocentia, quod, quamvis possint negare, libenter tamen confitentur, ut mendacium vitent et ad deum suum citius perveniant (c. 8). Neque etiam debent Christiani vituperari quod simulacra non colant, quum hoc cultu sit nihil absurdius (c. 9), neque quod putent deum donis non indigere, quum ab eo omnia sint creata (c. 10). Neque humanum regnum exspectant Christiani: nihil eiusmodi ab iis metuendum (c. 11); quin immo eorum principia ad tranquillitatem rei publicae maxime conducunt (c. 12). — Rursus ad innocentiam Christianorum defendendam eos dicit atheos non esse: idque probat et ex puro cultu, quem patri et filio et spiritui exhibent (c. 13), et ex mirabili morum mutatione, postquam a daemonibus recesserunt (c. 14). Atque res ut certo constet, in medium profert eximia Christi praecepta religiose a Christianis observata: de castitate, de caritate in omnes, de liberalitate in pauperes (c. 15), de patientia, de vitando iureiurando (c. 16), de obedientia regibus praestanda, de solvendis vectigalibus (c. 17). Tam bene affectos cives si spernant imperatores, minatur iis Martyr futurum post mortem iudicium, quod ipsi gentiles agnoscant, Christiani autem multo magis, qui etiam corporum resurrectionem sperant (c. 18), eam non difficiliorem deo esse putantes quam ipsam creationem (c. 19); huic dogmati nonnulla

affinia dixere gentiles: quare aequum non est, ut soli Christiani vexentur (c. 20). Similiter quae de filio dei eiusque in coelum adscensione (c. 21), generatione, incarnatione, morte docent, absurda videri non debent, quum tam multa poetae de filiis Iovis nugati fuerint (c. 22).

Pars II. Iustinus pollicetur se tria probaturum: 1°. veritatem a solis Christianis doceri; 2°. filium dei vere esse incarnatum; 3°. fabulas opera daemonum inventas, ut Christi adventus fabula videretur esse (c. 23).

Et veritatem quidem a solis Christianis doceri probat eosque propterea vexari, primum quia iis solis non licet quod aliis omnibus libere conceditur (c. 24); deinde quia solus veritatis amor eos adducit ut ipsa morte proposita deum verum colant (c. 25); denique quia eos qui religionis christianae veritatem erroribus corrumpunt persecutio non attingit (c. 26). Christianos ita a criminibus abhorrere declarat, ut ne infantes quidem exponere fas esse putent (c. 27). Sibi autem ipsis nocent qui Christianos calumniantur et cum diabolo in ignem mittentur (c. 28). Illi vel omnino non ineunt matrimonium nisi ad liberos educandos, vel, si ab matrimonio abstineant, servant perpetuam castitatem (c. 29). — Tum filium dei vere incarnatum esse probat compluribus prophetarum vaticiniis (c. 30 sqq.), in quibus recensendis quasdam tradit regulas scripturae intelligendae (c. 36), exempla struens ubi deus pater loquatur (c. 37), ubi filius (c. 38), ubi spiritus sanctus (c. 39); addit vaticinia de apostolis (c. 40) et de regno Christi (c. 41), obiter observans in scriptis propheticis saepenumero futura ut iam facta narrari (c.

42). Fatum ex illis praedictionibus minime sequi docet (c. 43); immo liberum in homine arbitrium esse (c. 44). Loquitur deinde de Christi adscensione a prophetis praenuntiata (c. 45), eosque minime innocuos esse monet qui ante Christi incarnationem vixerunt, si a veritate aberraverint, quum eius semina in omnibus fuerint (c. 46). Pergit inde ad vaticinia de Hierosolymorum expugnatione (c. 47), de Christi potentia (c. 48), de conversione gentilium et Iudaeorum reprobatione (c. 49), de Christi morte et resurrectione (c. 50) et generatione inenarrabili (c. 51). Ex his autem prophetiis iam adimpletis concludit ea quoque confirmari quae nondum evenerint (c. 52); sub omnium enim oculis versari, quod adimpleta sint quae olim praedicta sint de conversione gentilium et reprobatione Iudaeorum (c. 53). — Postremo probat fabulas de filiis Iovis esse inspiratione daemonum inventas, ut filii dei adventus fabula videretur, et a poetis divinos prophetas quasi imitantibus divulgatas (c. 54). Nihil tamen de cruce suspicati sunt, cuius potentia et utilitas ex rebus sub adspectum cadentibus et magni apud gentiles momenti commendantur (c. 55). Eodem consilio daemones induxere Simonem, Menandrum, Marcionem (c. 56. 58); sed nihil aliud perficere potuerunt, nisi ut Christiani ab impiis odio haberentur (c. 57). Ipse etiam Plato quae de mundi creatione (c. 59), de filii decussatione et de tertiis circa tertium dixit (c. 60) ea ex libris Mosis derivavit.

Pars III. Iustinus exponit, quomodo Christiani sese deo consecrent in baptismo (c. 61). De quo quum daemones ex prophetarum scriptis aliquid comperissent,

induxerunt adspersiones et lavacra gentilium. Pariter ex iis quae Christus Mosi dixerat instituerunt, ut calceos solverent qui templa ingressuri erant (c. 62): non enim deus pater Mosi apparuit sed filius; Iudaei autem, qui patrem apparuisse volunt, nec patrem nec filium norunt (c. 63). Eidem daemonum artificio attribuendae sunt fabulae de Proserpina et Minerva (c. 64). Porro Martyr exponit, quomodo celebretur prima post baptismum eucharistia (c. 65), et quid valeat (c. 66), et quae tota sit series eorum quae in synaxibus christianis agantur (c. 67).

In conclusione imperatores admonet ut, si ea quae hactenus dixerit spernenda arbitrentur, saltem capitali supplicio digna non videantur (c. 68). Subiungit epistolam Hadriani in gratiam Christianorum datam.

2. Apologia secunda.

Mortuo Antonino Pio, qui persecutionem compresserat, sub auspiciis Marci Aurelii, philosophorum Stoicorum consilia sequentis ac patrias caerimonias sancte servantis, undique in ultionem Christianorum resurgebant accusatores. Quibus imperator frena non iniecit. Iustinus igitur illi imperatori et Lucio Vero Apologiam obtulit. In eius exordio declarat homines improbos et daemones operam coniungere ad occidendos Christianos (c. 1), atque huius rei manifestum argumentum profert ex historia trium hominum, qui paucis ante diebus ob solam Christi nominis confessionem supplicio traditi fuerant. Etenim mulier quaedam olim intemperantiae dedita, quum a Ptolemaeo ad Christi fidem adducta castitatem deinceps coleret, mariti quoque vitiosi animum

studebat virtutis amore imbuere. Quod quum minus belle caderet, dato repudii libello ab eo discessit. Hinc iste eam christianismi postulavit. Mulier autem impetravit ab imperatore ut demum domesticis rebus compositis respondere sibi liceret. Interim maritus irae explendae cupiditate ductus effecit ut Ptolemaeus ille comprehensus, posteaquam se Christo nomen dedisse coram praefecto urbis libere professus est, ad mortem duceretur. Quo facinore audito Lucius quidam, unus ex numero Christianorum, iniustam praefecti sententiam fortiter arguit; is autem pariter eum abripi iussit. In tertium quemdam supervenientem Christianum eodem supplicio animadvertit (c. 2). Testatur Iustinus noster se quoque exspectare fore ut a Crescente Cynico, viro improbo et indocto, in iudicium vocatus ad crucem affigatur (c. 3).

Gentiles autem, quum Christianos viderent contemnere mortem, obiiciebant: „Cur vobis non vestris manibus mortem infertis, quo citius ad deum vestrum veniatis, sed nobis negotium exhibetis supplicii de vobis sumendi?“ Rationem Iustinus reddit cur ad voluntariam mortem non procurrant et cur nihilominus, interrogati num Christiani essent, impavide profiteantur (c. 4). Porro illi obiiciebant: „Cur deus, si est adiutor Christianorum, vos occidi patitur?“ Id quoque ita expedit, ut et dei iustitiam et fratrum innocentiam defendat.

Primum dei iustitiam sic probat: Hominum curam deus angelis commisit, sed hi in vitia lapsi quaevis scelera in genus humanum sparserunt (c. 5). Potentissimum ille remedium opposuit filium suum, Logon incarnatum. Contritae autem daemonicae potestatis ar-

gumentum Martyr in eo cernit, quod Christiani ubique terrarum daemones per nomen Iesu Christi ex corporibus hominum expellant (c. 6). Tanta quum sint Christi beneficia, mundum deus propter Christianos conservat, necdum de daemonibus, malorum auctoribus, sumit supplicium; in ignem autem aeternum mittentur quum fiet conflagratio, quae tamen non ex fato eveniet, quia fatum nec libertati nec virtuti locum relinquit (c. 7). — Deinde Christianorum innocentiam ex ipsis persecutionibus commendari probat: 1°. Si enim semper daemonibus invisi fuere qui auxilio λόγου σπερματικοῦ (rationis disseminatae) aliquam veritatis scintillam assecuti sunt, tanto magis istis Christiani odio esse debent, qui totum Logon incarnatum (Christum) totamque veritatem complectuntur ac daemones expellendo aeterna iis supplicia denuntiant (c. 8); quae quidem supplicia negari non possunt, nisi aut deus negetur aut providentia (c. 9). Christiani vero non modo ob perfectam illam veritatis, cuius scintillae tantum ad oculos philosophorum fulserant, cognitionem daemonibus invisi sunt, sed etiam propterea quod Christus praestiterit ut ipsi homines indocti veram doctrinam et inde profluentem vivendi rationem sequantur (c. 10). 2°. Egregia Christianorum in persecutionibus constantia declarat eos solidam virtutis effigiem assecutos esse (c. 11). 3°. Nihil aptius est persecutionibus ad propulsandam criminum suspicionem; nam Christiani non tam libenter mortem oppeterent, si ita viverent ut eos vivere gentiles dictitant (c. 12). Doctrina christiana longe ipsâ platonicâ praestat (c. 13).

Postremo Iustinus rogat imperatores ut hunc li-

bellum publica comprobent auctoritate (c. 14) et aequum iudicium ferant (c. 15).

3. Dialogus cum Tryphone.

Iustino (Ephesi) ambulanti mane in Xysti spatiis obvius fit quidam Iudaeus, Trypho nomine, cum sex sociis. Qui quidem philosophiae studiosum se esse indicat ac pallio Iustini philosophico invitatum ut congressum eius appeteret. Is vero ubi Iudaeum esse cognovit, miratur hominem Mosi et prophetis addictum non missos facere philosophos (c. 1); narrat, quomodo ipse pluribus gustatis philosophis Platonicos adamaverit (c. 2) et postea veritate a quodam sene cognita christianam religionem amplexus sit. Senex enim ille inanitatem demonstraverat scientiae philosophicae (c. 3): animam non posse videre deum sine spiritu sancto (c. 4), neque sua natura immortalem esse (c. 5), id quod Plato ac caeteri philosophi ignoraverint (c. 6). Veritatis cognitionem a solis prophetis petendam esse (c. 7). Ex hoc igitur colloquio cum sene Iustinus ad amorem Christi accensum se esse fatetur (c. 8). Rident isti Tryphonis socii; dolet ipse Trypho sortem Iustini: quo spondente se demonstraturum religionem christianam certissimis niti argumentis, denuo rident et indecore clamant. Discedere vult Iustinus, sed pallio retinetur ab illo Iudaeo; postulat ut eius socii aut abeant aut silentio audiant. Impetrata conditione veniunt in medium Xysti stadium, ubi lapidea sedilia erant ex utraque parte: consident in altera Iustinus et Trypho, in altera quatuor huius socii, quum iam duo iocantes abiissent (c. 9). Tum incipit dialogus, qui nocte interpellatus postridie (Try-

phone cum sociis redeunte aliisque qui pridie non adfuerant) repetitus et ad vesperam productus est.

Hic Dialogus tribus partibus continetur: in prima Iustinus praeiudicatas Iudaeorum de lege opiniones refellit; in altera verum filium a deo genitum esse et eum nostra causa incarnatum crucifixumque demonstrat; in tertia vocationem gentium et ecclesiam a Christo constitutam dudum praenuntiatam et praefiguratam fuisse exponit.

Pars I. Quaerenti Tryphoni, cur mosaicam legem non observent Christiani (c. 10), respondet Iustinus: 1°. Praedictam fuisse veteris illius legis abrogationem et novae institutionem, atque hanc legem gentiles iam observare per Christi gratiam (c. 11), dum illam Iudaei prorsus violent (c. 12). 2°. Peccatorum remissionem apud Iesaiam non per lustrationes Iudaeorum promitti sed per Christi sanguinem (c. 13). 3°. Iustitiam ab eodem propheta non in ritibus externis reponi sed in conversione cordis a Christo donata; hanc veram esse circumcisionem (c. 14 sq.). 4°. Iudaicam non nisi in signum datam esse (c. 16), ut punirentur ob scelera in Christum et Christianos commissa (c. 17). 5°. Hanc merito a Christianis reiici, siquidem veteribus ignota demum Abrahamo in signum data sit, lex autem sub Mose ob populi duritiam cordis instituta (c. 18 sq.); ciborum enim delectum quemdam praescriptum esse ut populus etiam inter edendum et bibendum deum ante oculos haberet (c. 20), sabbata introducta esse neutiquam ut opus iustitiae sed ob illius peccata (c. 21), similiter sacrificia et oblationes (c. 22). 6°. Iudaicam de lege sen-

tentiam calumniis contra deum ansam praebere (c. 23). 7°. Longe praestantiorem esse Christianorum circumcisionem (c. 24 sq.), sine qua etiam Iudaei salvari nequeant (c. 26). Prophetas eadem atque Mosem docuisse propter eamdem istam cordis duritiam (c. 27); at veram iustitiam per Christum comparari (c. 28), ac proinde legem Christianis inutilem (c. 29), quum aeternam legem per Christi gratiam observent (c. 30). 8°. Tanta quum fuerit potentia Christi in primo eius adventu, in secundo fore eam multo gloriosiorem (c. 31); duos enim esse Christi adventus, eumque dominum et deum et adorandum in multis psalmis dici (c. 32 sq.), qui in Salomonem non conveniant, quod non modo non tantus sed etiam vitiosus fuerit Christianisque longe dissimilis (c. 34). Inter eos quidem fatetur natas esse haereses, sed quae catholicos in fide confirment utpote a Christo praedictae (c. 35 sqq.). 9°. Legem figuram fuisse rerum ad Christum pertinentium (c. 40 sqq.); finem habuisse in Christo (c. 43), sine quo Iudaei frustra salutem sibi promittant (c. 44). Fatetur iustos, qui ante legem et sub lege fuerunt, salvari idque per Christum (c. 45), neque negat salutem adepturos qui legem cum fide in Christum coniungant (c. 46), quamvis aliter catholici multi sentiant (c. 47).

Pars II. Quae hactenus de Christi divinitate Iustinus dixit ea spectant ad refellendas Iudaeorum opiniones de lege mosaica. Nunc rogatu Tryphonis probat Christum (Logon) ante mundum conditum exstitisse et postea hominem factum esse. Ante quam disputationem ingreditur monet Tryphonem, ut ratum maneat quod

iam demonstratum erat, nempe Iesum esse Christum (c. 48); obiicienti vero nondum advenisse Eliam respondet Ioannem esse primi adventus praecursorem (c. 49), idque ex Iesaia confirmat (c. 50 sq.), et ab ipso Iacobo duos adventus praedictos fuisse ostendit (c. 52 sqq.). Tum rogante Tryphone ne ad probandam Christi divinitatem adhibeat illa testimonia, in quibus dei nomen metaphorice usurpetur, promittit Iustinus se eiusmodi testimoniis non usurum (c. 55); probat deum, qui Abrahamo et Iacobo et Mosi apparuerit, a deo patre distinctum esse (c. 56 sqq.), et iudaicas de eo qui in rubo apparuit opiniones refellit (c. 60), et Logon a deo ut ignem ex igne genitum demonstrat provocans ad Prov. 8, 21—36 (c. 61) et ad Gen. 1, 26—28 (c. 62).

His argumentis cedens Iudaeus rogat ut etiam de filii dei incarnatione, passione, resurrectione et in coelum adscensione exponat.

Itaque Iustinus multa veteris testamenti profert testimonia, quibus Christus ut deus et homo laudetur et gentilium conversio praedicatur (c. 63). Consentit Trypho Christum gentilium esse deum, at eo negat Iudaeos indigere; castigat ergo Iustinus hanc impietatem et prosequitur susceptam de deo homine facto demonstrationem (c. 64). Obiicit Trypho deum alteri gloriam suam non dare; locum igitur Iesai. 42, 8 explicat Iustinus, deinde refert eiusdem prophetae locum: Ἰδοὺ ἡ παρθένος etc. (c. 65). Sed quum multa de hac prophetia dicere pararet (c. 66), interpellans Trypho obiicit: 1°. Iesaiam non dicere: Ἰδοὺ ἡ παρθένος, sed: Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις; 2°. hanc ex virgine generationem fabulae Persei non absimilem esse; 3°. satius fuisse Iesum hominem ex homini-

bus natum fateri eumque, si modo Christus sit, hanc dignitatem existimare accurata legis observatione consecutum esse. His tribus respondens Iustinus 1°. iudaicas de lege (c. 67) et de Christo, quem hominem ex hominibus sibi fingebant, opiniones refellit (c. 68); 2°. in iis quae poetae de Baccho, Hercule, Aesculapio, Perseo fabulati sunt artificia diaboli ostendit, oracula prophetarum imitantis (c. 69 sq.); 3°. textum illum Ἰδοὺ ἡ παρθένος adversus pravam Iudaeorum interpretationem tuetur, exagitans iniquum eorum iudicium de versione septuaginta virorum, ex qua etiam multa istos testimonia sustulisse contendit (c. 71). Horum insuper nonnulla rogatu Tryphonis profert (c. 72 sq.); simul alia colligit loca, in quibus maiestas divinitatis cum carnis humilitate coniungitur (c. 74 sqq.). Quibus expeditis Iesaiae prophetiam Ἰδοὺ ἡ παρθένος etc. demonstrat in Christo adimpletam fuisse (c. 77 sq.). Postquam interpositas a Iudaeo de angelis (c. 79) et de regno mille annorum quaestiones solvit (c. 80), provocans potissimum ad Apocal. 20, 4—6 (c. 81), nonnulla de donis propheticis apud Christianos et de praedictis a Christo persecutionibus et haeresibus disserit; tum vero Iudaeos hortatur ut ne propter falsos apud Christianos doctores Christo maledicant neve scripturam sacram prave interpretentur (c. 82), quum Psalm. 109, 1 (c. 83), Iesai. 7, 14 (c. 84), Psalm. 23, 7 minime ad Ezechiam sed ad Christum pertineant; atque caritate se adduci declarat ut multa pridie disputata repetat in gratiam eorum qui non adfuerant (c. 85). — Novus autem Iustino nascebatur labor in Christi morte similiter defendenda. Multa igitur colligit quae lignum crucis in veteri testa-

mento praesignificarint (c. 86); Tryphoni per occasionem interroganti cur Christus, quum deus sit, opus habuerit spiritu sancto, fusius respondet (c. 87 sq.). Quum autem ille negaret adduci se posse ut ignominiam crucis a prophetis praedictam esse agnoscat, propterea quod ἐπικατάρατος ὁ σταυρούμενος (c. 89), Iustinus quanta sit crucis potentia ex manibus Mosis extensis (c. 90), ex benedictione data Iosepho, ex serpente exaltato demonstrat (c. 91), et nonnullis de interpretanda scriptura obiter monitis (c. 92 sq.) tandem locum a Iudaeo obiectum explicat (c. 94), addens alia testimonia (c. 95 sqq.). — Resurrectionem Christi probat ex Psalm. 21, 22 sq. (c. 106) et ex Ionae historia (c. 107), quam Iudaei non modo respuerunt, sed et per totum orbem miserunt qui Christum ac Christianos teterrimis calumniis in invidiam vocarent (c. 108).

Pars III. Memorata Ninivitarum conversio, quam Iudaei non imitati sint, transitum Iustino praebet ad probandam gentium conversionem, quippe praedictam a Michaea (c. 109); multa praeterea colligit quibus gentium per Christi sanguinem liberatio praesignificata sit (c. 110 sq.). Postquam ieiunas Iudaeorum interpretationes refellit (c. 112), Iosuam (Iesum) figuram Christi fuisse ostendit: gentes per Christum in terram sanctam introductum iri (c. 113) ab eoque secundam circumcisionem longe iudaica praestantiorem accepisse (c. 114). Idem illud dogma confirmat ex Zachariae visione (c. 115) et Malachiae de sacrificio Christianorum praedictione (c. 116 sq.), quam ex Christi sacerdotio firmat aliisque eius titulis (c. 118). Docet eosdem Christianos populum es-

se, et populum quidem multo sanctiorem Iudaeis (c. 119), ac genus Abrahamo eiusque filio et nepoti promissum (c. 120). Benedictionem autem in ipso Christo promissam (c. 121) non ad proselytos Iudaeorum sed ad Christianos pertinere (c. 122), qui verus Israel sint (c. 123) et filii dei (c. 124), quod Christus sit filius dei et Israel et deus, qui patriarchis apparuerit (c. 125 sqq.). Eosdem laetari cum populo dei, id quod prophetae praedixerint (c. 130), et vocationem suam vitae sanctitate comprobare (c. 131), dum Iudaei impietate deum offenderint et offendant (c. 132 sq.) — Similiter ecclesiam christianam figuris et oraculis ostendit praenuntiatam esse, scilicet connubiis Iacobi (c. 134), cui aliud semen promissum (c. 135), Iudaeis reprobis successurum (c. 136 sq.), item arca Noachi (c. 138) et benedictionibus a Noacho filiis datis (c. 139). In hac ecclesia nullum dari discrimen servorum et liberorum, ac frustra Iudaeos se esse filios Abrahami gloriari (c. 140), quos quidem sua culpa cecidisse probat (c. 141).

Hac peracta disputatione gratias Trypho agit vicissimque Iustinus salutat, nec quidquam illis melius precari posse ait quam ut Iesum Christum agnoscant (c. 142).

IUSTINI PHIL. ET MART.

OPERA INDUBITATA.

TOM. I. P. I.

APOLOGIA MAIOR AD ANTONINUM PIUM.
APOLOGIA MINOR AD SENATUM ROMANUM.
APPENDIX: ANTONINI EPISTOLA AD COMMUNE ASIAE.
MARCI EPISTOLA AD SENATUM ROMANUM.

---

[1] ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΩΤΗ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ.

---

1. [2] *Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ* [3] *Σε-* P. 53
βαστῷ Καίσαρι, [4] *καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ* [5] *φι-* ed.
λοσόφῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παι- Mor
δείας, ἱερᾷ τε Συγκλήτῳ καὶ [6] *δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων* [7] *ὑπὲρ τῶν* et Col.

1. *ΤΟΥ* etc.] De inscriptione huius Apologiae in utroque codice msto (Reg. et Clar.) vid. Prolegomena. Uterque pro *πρώτη* praebet *δευτέρα*. Sic etiam Stephanus, Sylburgius, Morellus, quos iuxta atque librarios errasse liquet ex Eusebii Hist. eccl. IV. c. 8 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 312 sqq. coll. Apol. I. c. 29. p. 72. A, c. 31. p. 72. E, c. 68. p. 99. C. — Eus. l. c. c. 11. p. 321 sqq. coll. Apol. I. c. 26. p. 70. A. B. C. — Eus. l. c. c. 12. p. 323 sqq. coll. Apol. I. c. 1. p. 53. B. Duas ab Iustino Apologias scriptas esse testantur Eusebius l. c. c. 18. p. 376 et Photius Biblioth. Cod. 125 (ed. Bekker. Tom. I) p. 94. Quapropter ordine utriusque Apologiae mutato cum caeteris editoribus *πρώτη* in inscriptione exhibui.

2. *Αὐτοκράτορι . . . πεποίημαι*] Citavit hunc locum Euseb. l. c. IV. c. 12 (Tom. I) p. 323 sqq..

3. *Σεβαστῷ Καίσαρι*] Euseb. *Καίσαρι Σεβαστῷ*. Sylburgius et Ritterus (Animadvv. in primam S. Iust. Apolog. p. 4 sq.) pro *Καίσ. καὶ Οὐηρ.* (Annio Verissimo h. e. *Marco Aurelio*, Annii Veri filio ab Antonino Pio adoptato) scribi volunt *καὶ Καίσαρι Οὐηρισσίμῳ*, sed vulgatam lectionem bene defendit Semisch. *Justin der Märtyr*. Tom. I. p. 68 sqq..

4. *καὶ*] Male praetermiserunt Maranus et Braunius.

5. *φιλοσόφῳ*] Euseb. *φιλοσόφου* (ut parallelismus sit cognominum *φιλοσόφου* et *εὐσεβοῦς*); sed de eodem filio Antonini Pii adoptivo l. c. IV. c. 17. p. 376 ut Iustinus Apol. II. c. 2. p. 43. B: *φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί*. — Philosophi titulus *Lucio Vero* (*Καίσαρος* — h. e. L. Aelii Veri, qui ab Hadriano adoptatus, ut Spartianus Vit. Ael. Ver. c. 2 narrat, primus *Caesar* est appellatus — *φύσει υἱῷ*) adhuc puero a Martyre tributus nihil sane offensionis habet, ut concedunt editores. Adeas etiam quae Semisch. (in *Ullmanni et Umbr. Theolog. Studien u. Kritik.* Hamb. 1835. Fasc. 4. p. 921 sqq.) et Schnitzer. (*Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 68. p. 271 sq.) ea de re exposuerunt.

SANCTI IUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS

APOLOGIA PRIMA PRO CHRISTIANIS AD ANTONINUM PIUM.

---

1. Imperatori Tito Aelio Adriano Antonino Pio Augusto Caesari, et Verissimo filio philosopho, et Lucio philosopho Caesaris natura filio ac Pii adoptivo, doctrinae amatori, sacroque Senatui et populo Romano universo pro iis qui ex omni

6. *δήμῳ παντὶ*] Euseb. *παντὶ δήμῳ.*

7. *ὑπὲρ . . . ἐπηρεαζ.*] Male Gelenius: *pro generi humano iniuste invisis.* Similiter Perionius: *pro iis quos omne hominum genus injuriâ odit.* Melius Langus: *pro his qui ex omni hominum genere iniuste* (Maran. *praeter aequum*) *odiis et vexationi sunt obnoxii.* Nam etiam in Dial. c. Tr. c. 117 Iustinus contendit ne unum quidem esse genus hominum, in quo christiana religio non exerceatur: *Οὐδὲ ἓν γάρ ὅλως ἐστι τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων* etc., *ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρ. Ἰησοῦ εὐχαὶ . . . γίνωνται.* Ibid. c. 52: *οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων διὰ τῆς πίστεως τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοσεβεῖς καὶ δίκαιοι γενόμενοι.* C. 131: *ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων θεοσεβεῖς καὶ εἰρηνικοὺς δείκνυσθαι εἶναι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.* Apol. I. c. 32: *μηνυτικὸν ἦν ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκήσουσιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον.* C. 40: *ὅτι πιστεύεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων.* Adde Epist. ad Diogn. c. 6: *Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις sc. ἐσπαρμένοι εἰσί.* Similiter Hermas Past. III. sim. 9. c. 17: „Universae nationes, quae sub coelo sunt, audierunt et crediderunt.“ Irenaeus adv. haeres. III. c. 4. §. 2; idem c. 11: *κατέσπαρται ἡ ἐκκλησία ἐπὶ πάσης τῆς γῆς.* Tertullianus Apol. c. 37: „Hesterni sumus et vestra omnia implevimus, urbes, insulas“ etc.. Adv. Marc. III. c. 20: „Qui (Christus) totum iam orbem evangelii sui fide cepit.“ Adv. Iud. c. 7. Clemens Strom. VI. c. 18. §. 167. Lactantius de mort. persecc. c. 3 (statum ecclesiae post mortem Neronis describens). Haec Iustini aliorumque testimonia nimis praefracte sumere non licet; Origenes (in Matth. tract. 28) multas fatetur esse nationes, quae nondum evangelii lucem receperint. — At propositione ista, ut Grabius recte advertit, Iustinus intentionem forte excitare voluit, dicens se non paucorum homuncionum sed magnae ubique terrarum multitudinis causam agere. Verbis *μισουμ.* et *ἐπηρεαζ.* videtur ad

ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομέ-
νων Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ [8] Βακχείου, τῶν ἀπὸ [9] Φλαουΐας νέας C
πόλεως [10] τῆς Συρίας Παλαιστίνης, [11] εἷς αὐτῶν ὤν, τὴν προσφώ- 4
νησιν καὶ ἔντευξιν [12] πεποίημαι.

2. [1] Τοὺς κατ' ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τἀλη-
θὲς τιμᾶν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις
[2] παλαιῶν ἐξακολουθεῖν, ἂν φαῦλαι ὦσιν· οὐ γὰρ μόνον μὴ ἕπε-
σθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν ἢ δογματίσασιν [3] ὁ σώφρων λόγος
ὑπαγορεύει, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν D
φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια [4] λέγειν τε καὶ πράτ-
τειν αἱρεῖσθαι δεῖ. Ὑμεῖς μὲν οὖν [5] ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς καὶ φιλό- 5
σοφοι καὶ φύλακες δικαιοσύνης καὶ ἐρασταὶ παιδείας, ἀκούετε παν-
ταχοῦ· εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, [6] δειχθήσεται. Οὐ γὰρ κολακεύσοντες
ὑμᾶς διὰ τῶνδε τῶν [7] γραμμάτων οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντες

Matth. 5, 44 alludere.

8. *Βακχείου*] Hoc nomen apud Graecos prioris et posterioris aetatis haud insolens fuit; cf. Pape *Wörterb. d. Griech. Eigennamen* (Brunsuic. 1842) p. 90. Perperam igitur Thirlbius voluit *Βακχίου* (Nicephor.) scribi. — Hieronymum de vir. illustr. c. 23 (Opp. ed. Vallars. T. II. P. 1) p. 868 et Photium l. c. p. 95, patrem Iustini Priscum Bacchium dictum esse scribentes, errasse in aprico est. Probe Rufinus: *Iustinus Prisci filius Bacchiadis.*

9. *Φλαουΐας*] Euseb. *Φλαυΐας*. Erat haec Flavia Neapolis non vetus illa et celebris Samaria (qui Stephani Byzantini aliorumque error iamdudum abunde refutatus est) neque adeo quae Sichem et Sychar vocabatur (quod Hieronymus aliique minus accurate scripserunt et vulgo credunt viri docti), sed potius revera *νέα πόλις* iuxta ruinas urbis Sichem condita. Euseb. Onomast.: *Συχὲμ — πόλις Ἰακώβ, νῦν ἔρημος, δείκνυται δὲ ὁ τόπος ἐν προαστείοις* *Νέας πόλεως*. Antea Mamortha dicebatur, quod nos Plinius docet Hist. natur. V. 13. sect. 14. *Thirlbius*. — Flaviae cognomen urbs adepta est in honorem Flavii Vespasiani. Hodie Nâbulus appellatur. Plura si cupias scire, Ed. Robinson *Palästina* Tom. III (Hal. 1842) p. 336 sqq. et 342 sqq. adeas.

10. *τῆς Συρίας Παλαιστ.*] Etiam apud Eusebium ante *Συρίας* articulus ex codd. mstis reponendus est. Sylburg. [*τῆς*] *Παλαιστ.* (ex Euseb.) cumque sequitur Morellus, licet non opus sit articulo; nam Thirlbio monente numi huius urbis magno consensu *ΦΛ. Ν. Π. ΣΥ-ΡΙΑΣ ΠΑΛ.*. Vetus lapis apud Gruterum p. CCCCXCV. 2: *ΑΝΤΙ-ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΣΥΡΙΑΣ ΠΑΛΑΙ-ΣΤΕΙΝΗΣ.*

11. *εἷς αὐτῶν*] Stephanus (ex Reg.) malo comma post *εἷς* posuit, ut ad *τῶν ἀπὸ Φλ.* referatur. Post *αὐτῶν* ex Eusebio restitui *ὤν*. Pariter Trollopius. Videlicet, ut Grab. recte vidit, excidit occasione eius-

genere hominum iniuste odio habentur et vexantur Iustinus, Prisci filius Bacchii nepos, Flaviae Neapolis in Syria Palaestinae civium, unus ex illis, orationem et supplicationem conscripsi.

2. Praecipit ratio ut vere pii et philosophi solam veritatem colant et diligant, recusantes maiorum opiniones sequi, si pravae sint; non enim id solum sana ratio praecipit ut ne eos sequamur qui iniuste quidquam fecerunt aut docuerunt, sed omnino vel prae sua ipsius anima veritatis amatorem, quamvis mors intentetur, eligere oportet ut quae iusta sunt et dicat et faciat. Vos igitur appellari pios et philosophos et iustitiae custodes et doctrinae amatores, ubique auditis: utrum vero tales sitis, demonstrabitur. Non enim adulaturi vos hoc scripto neque ad gratiam dicturi accessimus sed po-

dem syllabae proxime praecedentis.

12. *πεποίημαι*] Euseb. *ποιοῦμαι*, quae scriptura placuit Grabio, at non mihi ac Thirlbio. Cf. c. 68. p. 99. D. Caeterum *ἐντυγχάνειν*, ut Valesius ad Euseb. l. c. docet, Graeci dicunt *adire imperatorem et preces ad eum deferre*, quod plerumque fiebat scripto. *Προσφώνησις* et *ἔντευξις* hic copulantur ut c. 2 *γραμμάτων* et *ὁμιλήσαντες*.

1. *Τοὺς κατ' . . . αἱρεῖσθαι δεῖ*] Citavit hunc locum Ioannes Damasc. Sacr. Parallel. (Opp. ed. Lequien Tom. II) p. 753.

2. *καλ. ἐξακ., ἂν*] Ioann. Dam. minus recte *π ο λ λ ῶ ν ἐπακολ., ἐάν*. Mox omisit *μόνον*, posuit vero articulum ante *θάνατος*.

3. *ὁ σώφρ. λόγος*] H. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 90) minus belle legit *ὁ σώφρ. λογισμός*.

4. *λέγειν τε καὶ πράττειν*] Ioann. Dam. *πράττειν τε καὶ λέγειν*. Non male, quum praecesserit *πράξωσιν ἢ δογματίσωσιν*. Sed noli Iustinum corrigere.

5. *ὅτι λέγεσθε*] H. Stephanus (l. c. p. 79) coniecit haec Iustini non esse, sed quum is scripsisset *ὑμεῖς μὲν οὖν εὐσεβεῖς . . . ἀκούετε πανταχοῦ*, aliquem in margine ad *ἀκούετε* adnotasse: *ὅ ἐστι λέγεσθε* — idque postea in textum irrepsisse. Thirlbius voluit *ἐπιλέγεσθε* pro *ὅτι λέγεσθε*, ita ut verba *καὶ φύλακες . . . παιδείας* ad *ἀκούετε* referantur. Heumanno (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 224) tantummodo *ὅτι* eiiciendum videtur. Trollopio arrisit *λέγετε ὅτι*. Melius sane pro *οὖν ὅτι* scriberetur *οἶδ' ὅτι*. Sed coniecturis istis non videtur opus esse.

6. *δειχθήσεται*] H. Stephan. (l. c. p. 90) frustra maluit *δείξετε*. — Sensus: Lecta Apologia quum imperatores sententiam de Christianis tulerunt, manifestum erit num reapse an nomine tantum pii et philosophi et iusti sint.

7. *γραμμάτων*] Codd. msti in margine habent *πραγμάτων*. Sylburg. commendat *προσαγορευμάτων*, sed textus bene habet. Cf. c. 1. n. 12.

ἀλλ' ἀπαιτήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξεταστικὸν λόγον τὴν κρί- E
σιν ποιήσασθαι [8] προσεληλύθειμεν, μὴ προλήψει μηδ' [9] ἀνθρωπαρεσκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατεχομένους ἢ ἀλόγῳ ὁρμῇ καὶ χρονίᾳ προκατεσχηκυίᾳ φήμῃ κακῇ τὴν καθ' ἑαυτῶν ψῆφον φέροντας. Ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαί τι κακὸν δύνασθαι λελο- 6
γίσμεθα, ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχώμεθα ἢ πονηροὶ διεγνώσμε- 54
θα· [10] ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ.

3. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἄλογον φωνὴν καὶ τολμηρὰν δόξῃ τις ταῦτα εἶναι, ἀξιοῦμεν τὰ κατηγορούμενα [1] αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, καί, ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, [2] κολάζεσθαι ὡς πρέπον ἐστί· εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι τις ἐλέγχειν, οὐχ ὑπαγορεύει ὁ ἀληθὴς λόγος διὰ φήμην πονηρὰν ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ ἑαυτούς, οἳ οὐ B
κρίσει ἀλλὰ πάθει [3] τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦτε. Καλὴν δὲ καὶ

8. προσεληλύθειμεν] Sylburg., Thalemann., Braun. convenientius legendum contendunt προσεληλύθαμεν. Sed infra in uno eodemque commatio est variatio modi: ἐλεγχώμεθα et διεγνώσμεθα. — Quae Iustinus hic postulat ea ipsa Athenagoras Suppl. p. Christ. c. 2. p. 4. B. ed. Colon. (Ἀναγκαῖον ... προκατασχεθῆναι) et Theophilus ad Autol. III. c. 4. p. 119. A. ed. Colon. (Ἔπειτα ... συκοφαντούντων ἡμᾶς) videntur imitati esse.

9. ἀνθρωπαρ.] Codd. multi ἀνθρωποπαρεσκείᾳ vitiose.

10. ὑμεῖς ... δ' οὔ] Sensus: Christiani suppliciis afficiuntur, at non exstinguuntur (immo numero crescunt); cf. Dial. c. Tr. c. 110. p. 337. B. et Epist. ad Diogn. c. 6. p. 498. B, c. 7. p. 499. A. — Respexit Iustinus ad Socratis dictum apud Platon. Apolog. p. 30. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 71), ubi ille docet suam mortem non sibi sed civitati Atheniensium detrimento fore (vid. Stallbaum. ad loc.): ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν βλάψειεν οὔτε Μέλητος οὔτε Ἄνυτος· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιτο. Augustin. Epist. 146: „Saepe nihil nocet ei qui patitur iniuriam, ei autem qui facit necesse est ut noceat. Quid enim nocuit martyribus iniquitas persequentium?"

1. αὐτῶν] H. e. τῶν Χριστιανῶν.

2. κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστί] His verbis vulgo additur μᾶλλον δὲ κολάζειν. Sed ita locum corruptum esse, omnes editores viderunt. Quare Sylburgius, Langi versione (*seu potius ut acrius puniantur*) ductus, legi voluit μᾶλλον δὲ κολάζεσθαι πικρότερον (ac sic fere habet Athenagor. Suppl. p. Christ. c. 2. p. 3. A. ed. Colon.). Grabius vero additione ista reiecta reddidit: *Si crimina Christianis obiecta fuerint probata, puniantur, quin* (vel *seu*) *potius vos ipsi puniatis.* Porro Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 59 sq.) Grabium corrigens ita interpretatus est: *Volumus ea crimina Christianis obiecta inquiri, atque, si*

stulaturi ut iudicium ad accuratam et in inquirendo diligentem rationem faciatis, neque anticipata opinione et superstitiosis hominibus placendi studio detenti aut impetu a ratione alieno et dudum insidente animis malo rumore ducti sententiam in vos ipsos feratis. Nos enim a nemine quidquam mali perpeti posse censemus, nisi maleficii arguamur aut improbi deprehendamur; vos autem occidere quidem potestis, laedere vero nequaquam.

3. Sed ne haec quis alienam a ratione et temerariam vocem esse existimet, rogamus ut examinentur ea de quibus illi accusantur, ac, si ita se habere pateat, puniantur ut par est; sed si quis nihil arguere habeat, vera ratio non praecipit ut ob malum rumorem hominibus innocentibus iniuriam faciatis, immo potius vobis ipsis, qui non iudicio sed affectu negotia facessere aequum censetis. Hunc quidem honestum

ita se habere probata fuerint, pro eo atque par est puniri, seu potius (ipsimet nos) illa punire. Sed haec quoque interpretatio non satisfacit. Maranus pro *ὡς κρέκον ἐστί, μᾶλλον δὲ κολάζειν* legit *ὡς κρέκον ἐστὶν ἄλλον δὲ κολάζειν: ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur.* At vero repugnat *δέ*; debebat esse *τινά*. Trollopius *ὡς κρ. ἐστὶ καὶ ἄλλον κολάζειν.* En malum effugium. Quae quum ita sint, verba *μᾶλλον δὲ κολάζειν* delenda esse existimavi. Idem suasit Thirlbius, et mecum Langius (in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 975) sentit. Nam, ut Heumannus quoque (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 223 sq.) observavit, aliquis huius loci lector, qui *κολάζεσθαι* perperam scriptum esse putavit, adscripsit in margine vel supra lineam *μᾶλλον κολάζειν*, quae verba librarius in contextum recepit et connexionis causa *δὲ* inseruit. Sed V. D. in eo erravit quod correctorem recte mutasse censuit; etenim *κολάζεσθαι* (sc. non *κατηγορούμενα* sed *αὐτοὺς*) hoc loco passivam habet significationem, id quod ex praecedente *ἐξετάζεσθαι* patet aliisque ex locis, quorum hunc tantummodo afferam nostro haud dissimilem: *κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας . . . ἀξιοῦμεν* (c. 16. p. 64. C).

3. *τὰ πράγματα ἐπάγειν*] Billius (Observv. sacr. II. c. 6) legit *τ. πρ. ἐτάζειν (examinare)*; quod si voluisset Iustinus, haud dubie *ἐξετάζειν* scripsisset, veluti supra et c. 5. p. 55. D: *οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλ' ἀλόγῳ πάθει . . . ἐξελαυνόμενοι.* Sylburg. coniecit *τὰς εἰσπράξεις* seu *τὰς τιμωρίας*. Aliis fortasse magis placebit *τ. πρ. ὑπάγειν* h. e. *deferre res in iudicium*, quae quidem coniectura minoris mutationis commendationem habet. Sed emendationibus supersedemus, si cum Grabio *πράγματα* pro *δυσχερείαις (vexationibus)* accipiamus; valet igitur *τ. πρ. ἐπάγ. negotia facessere,*

μόνην δικαίαν [4]πρόκλησιν ταύτην πᾶς ὁ σωφρονῶν ἀποφανεῖται, τὸ τοὺς ἀρχομένους τὴν εὐθύνην τοῦ ἑαυτῶν βίου καὶ λόγου ἄληπτον παρέχειν, ὁμοίως δ' αὖ καὶ τοὺς ἄρχοντας μὴ βίᾳ μηδὲ τυραννίδι ἀλλ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀκολουθοῦντας τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Οὕτως γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπολαύοιεν τοῦ ἀγαθοῦ. Ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν· [5]Ἂν μὴ οἱ C ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. Ἡμέτερον οὖν ἔργον καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν, [6]μήπως ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτῶν ἑαυτοῖς ὀφλήσωμεν· ὑμέτερον δέ, ὡς αἱρεῖ λόγος, ἀκούοντας ἀγαθοὺς εὑρίσκεσθαι κριτάς. Ἀναπολόγητον γὰρ λοιπὸν μαθοῦσιν, ἢν μὴ τὰ δίκαια ποιήσητε, ὑπάρξει πρὸς θεόν. D

4. Ὀνόματος μὲν οὖν [1]προσωνυμίᾳ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κα-

quemadmodum ἐπάγειν κινδύνους apud graecos scriptores invenitur. Sed tum fortasse dativus personae adiiciendus erat vel praepositio ἐπὶ c. acc.; itaque Langius (l. c. p. 976): „Es scheint Justinus absichtlich so unbestimmt gesprochen zu haben, so dass man sowohl an die Christen als an die Kaiser selbst denken kann, ganz entsprechend dem früheren: ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν (die Christen), μᾶλλον δὲ ἑαυτούς (die Kaiser). Wir würden übersetzen: die ihr nicht nach dem Wege des Rechtes, sondern nach Leidenschaft die Sachen verfügen zu können glaubt."

4. πρόκλησιν] Proposuit Thirlb. πρόσκλησιν: *provocationem in ius*. Saepe utraque vox commutatur; cf. Cohort. ad Gent. c. 30. Sed vulgata lectio recte se habet, quia πρόκλησις saepe *rogatum* seu *conditionem* (*Aufforderung*, *Vorschlag*) denotat; cf. Pape *Handwörterb. der griech. Sprache* Tom. II (Brunsuic. 1843) s. v. p. 691. Exponitur autem πρόκλησις verbis τὸ τοὺς ἀρχομένους etc.. Respondent igitur praecedentibus ἀ ξ ι ο ῦ μ ε ν τὰ κατηγορούμενα ... ὡς πρέπον ἐστί. — De formula ψῆφον τίθεσθαι cf. Pape l. c. p. 1523.

5. Ἂν ... εὐδαιμονῆσαι] Est Platonis de republ. V. p. 473. D. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VII. p. 52 sq.) dictum — quum apud veteres mirifice celebratum tum imperatoribus Antonino Pio (Aurel. Victor Hist. rom. breviar. p. 258. ed. Lugd. Bat.) et Marco Antonino (Iul. Capitolinus Vit. M. Ant. c. 27) admodum familiare (ergo a Iustino prudenter usurpatum) — de felicitate urbium, quibus qui imperant sunt philosophi. Quum igitur Plato hic paulo aliter locutus sit, H. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 79) a Iustino fortasse alium quemdam ex veteribus censuit designari. Sed Iustinus non accuratissimus est in aliorum verbis afferendis. Rectius Thalemannus illud καὶ οἱ ἀρχόμενοι in-

esse ac solum iustum rogatum sanus quisque pronuntiabit, ut qui reguntur inculpatam vitae et doctrinae suae rationem exhibeant, itidem vero etiam qui regunt, non vim neque tyrannidem sed pietatem et philosophiam sequentes, sententiam dicant. Sic enim et qui regunt et qui reguntur bono perfruantur. Dixit enim alicubi quidam veterum: *Nisi philosophentur et qui regunt et qui reguntur, fieri non possit ut beatae sint civitates.* Nostrum igitur munus est ut et vitae et doctrinae nostrae inspiciendae copiam omnibus faciamus, ne pro iis qui res nostras ignorare sibi videntur poenam eorum quae caecutientes inter illos peccaverint nobis ipsis contrahamus; vestrum autem est, quemadmodum evincit ratio, ut audita causa boni iudices reperiamini. Nihil enim deinceps excusationis re cognita apud deum relinquetur, si iusta non feceritis.

4. Nominis quidem appellatione nec bonum nec malum

sititium putavit esse; sed nolui expungere, quum quadamtenus ferri possit.

6. *μήπως ὑπὲρ τῶν* etc.] Vulgo *ὅπως ὑπὲρ τῶν ... αὐτῶν αὐτοῖς ὀφλήσωμεν*, quae verba editores vehementer vexarunt. Billius (l. c.) post *ὅπως* addit *μὴ* et delet *αὐτῶν*. Adstipulatur Thirlbius, nisi quod *μήπως* pro *ὅπως* [*μὴ*] commendat; etiam Grabius et censor in *Theolog. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1831. N. 1. p. 3 amplectuntur Billii coniecturam, sed insuper volunt pro *αὐτοῖς* legi *αὐτοί*. Maranus mallet: *ὅπως μὴ ὑπὲρ ... τυφλώττοντες αὐτῶν* (h. e. *qui ex iis caecutiunt*) *αὐτοὶ ὀφλήσωμεν*. Thalemannus sic scribendum opinatur: *ὅπως μὴ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων τὴν τιμωρίαν, ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες, αὐτοὶ ὀφλήσωμεν*. Braunius vero locum correxit addendo *μὴ* post *ὅπως*. Equidem, ut locus sanus sit, censeo nihil eiiciendum esse nihilque mutandum, nisi *ὅπως* in *μήπως* et *αὐτοῖς* in *ἑαυτοῖς*. Alibi facilius ferri potest *αὐτοῖς* pro *ἑαυτοῖς*, *αὐτῶν* pro *ἑαυτῶν* etc. (formas *αὑτοῖς*, *αὑτῶν* etc. non agnoscunt codd. Iustini msti) more prisco. Saepe librarii in isto pronomine peccarunt; nostro loco eos a vero abduxit antecedens *αὐτῶν*. — Nimia ideoque calculo critico indigna est Langii (l. c. p. 976) correctio: *μήπως αὐτῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμ. ... τυφλώττοντες ἑαυτοῖς ὀφλήσωμεν*. Trollopius textui recte inseruit *μήπως*, sed pro *αὐτῶν αὐτοῖς* male coniecit *αὐτῶς* (*frustra*) *αὐτοί*. Saltem scribendum erat *αὔτως*.

1. *προσωνυμίᾳ*] Huic voci subscriptum iota Grabius, cui Trollop. adstipulatur, deleri voluit ita vertens: *Nominis sane quidem appellatio neque bona neque mala sine factis sub nomen ipsum cadentibus iudicatur*. Fortasse ita locum accepit Athenagoras Suppl. p. Christ. c. 2: *Οὐδὲν δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ οὐ πονηρὸν οὔτε χρη-*

μὲν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων· ἐπεί,
[2]ὅσον γε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι
ὑπάρχομεν. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τοῦτο δίκαιον ἡγούμεθα, διὰ τὸ ὄνομα,
ἐὰν κακοὶ ἐλεγχώμεθα, αἰτεῖν ἀφίεσθαι, πάλιν, εἰ μηδὲν διά τε
τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὑρισκόμεθα E
ἀδικοῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαί ἐστι μὴ ἀδίκως κολάζοντες τοὺς
μὴ ἐλεγχομένους τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε. Ἐξ ὀνόματος μὲν
γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρε-
τον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. Καὶ γὰρ τοὺς κα-
τηγορουμένους [3]ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε, 55
ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε, καίπερ, ὅσον γε ἐκ
τοῦ ὀνόματος, τοὺς κατηγοροῦντας μᾶλλον κολάζειν ὀφείλετε. Χρι-
στιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· [4]τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ
δίκαιον. [5]Καὶ πάλιν ἐὰν μέν τις τῶν κατηγορουμένων ἔξαρνος
γένηται τῇ φωνῇ μὴ εἶναι φήσας, ἀφίετε αὐτὸν ὡς μηδὲν ἐλέγ-
χειν ἔχοντες ἁμαρτάνοντα, ἐὰν δέ [6]τις ὁμολογήσῃ εἶναι, διὰ τὴν B
ὁμολογίαν κολάζετε· δέον καὶ τὸν τοῦ ὁμολογοῦντος βίον εὐθύ-
νειν καὶ τὸν τοῦ ἀρνουμένου, ὅπως διὰ τῶν πράξεων ὁποῖός
ἐστιν ἕκαστος φαίνηται. Ὃν γὰρ τρόπον παραλαβόντες τινὲς
[7]παρὰ τοῦ διδασκάλου Χριστοῦ μὴ ἀρνεῖσθαι ἐξεταζόμενοι [8]πα-

στὸν νομίζεται etc.. Sed tamen Iustini scriptura codd. mstis firmata bene habet. — De sententia cf. etiam Tertullian. Apol. c. 3 et ad nat. I. c. 3.

2. ὅσον γε] Ita scripsi pro vulgari ὅσον τε. Literae *Γ* et *T* facile commutantur. Huc accedit, quod paulo post (p. 55. A) in simillimo loco ὅσον γε repetitur. Mecum sentit Trollopius. Utrobique subaudias κρίνειν ἐστὶ aut aliud quid huiusmodi.

3. ἐφ' ὑμῶν] Thalemannus et Trollopius non male coniectarunt ἐξ ὑμῶν, ut occasione statim sequentis ἐφ' ἡμῶν (= *in Ansehung unser*; cf. c. 5. p. 55. D. et 56. A) scriptura illa nata sit. Quae si vera est, non significat *coram vobis* (Maran.): nam Christiani quoque coram imperatoribus saepe sive coram iudicibus accusabantur, sed *apud vos* (Thirlb.) h. e. *in eurer Nähe*, ut gentiles denotentur. Scriptoris mens enim est: Quicunque vestrum h. e. gentilium, s. ex iis qui sacra vestra colunt, accusantur. Morellus vitiose πάντων pro πάντας.

4. τὸ δὲ χρηστὸν] Non ignorat S. Martyr veram nominis christiani originem; ut apparet ex Apol. I. c. 12. p. 60. A. et II. c. 6. p. 44. E [Dial. c. Tr. c. 63. p. 287. B, c. 117. p. 345. B]; nec ideo cum Sylburgio, Lango et Grabio legendum Χρηστιανοί. Vehementer vero antiqui tum sacri tum profani scriptores, Attici

diiudicatur sine subiectis nomini actionibus; etenim, quantum ad nomen quod crimini datur attinet, optimi sumus. Sed quia iustum esse non censemus, ut propter nomen, si mali esse arguamur, absolutionem petamus, rursus, si neque ob nominis appellationem neque ob vivendi rationem quidquam peccamus, vestrum est elaborare ne iniuste animadvertentes in eos qui convicti non sunt poenas iustitiae vobis contrahatis. Ex nomine enim nec laus nec poena merito exstiterit, nisi quid egregie possit aut improbe factum probari. Etenim qui apud vos accusantur eos ante quam convincantur poena non afficitis, de nobis autem nomen argumenti loco sumitis, quamvis, quantum ad ipsum nomen attinet, in accusatores potius animadvertere deberetis. Accusamur enim quod Christiani simus: bonum autem odio haberi contra iustitiam est. Deinde si quis ex iis qui accusantur negatorem se praebeat verbo negans se Christianum esse, dimittitis eum tamquam nihil habentes quod eum peccare arguatis, si quis autem confiteatur, poenam ob ipsam confessionem irrogatis; quamquam et confitentis et negantis vitam excutere oportet, ut ex actionibus qualis quisque sit pateat. Quemadmodum enim quidam, quum a magistro Christo didicerint non negare, interrogati

imprimis (Plato et Demosthenes), in eiusmodi lusibus etymologicis et quidem in hac ipsa voce χρηστὸς elaborarunt. Cf. Grotius ad Matth. 1, 21 et Petavius in Epiphan. Tom. II. p. 53. *Braunius*. — Cf. praeterea Koch. *Comment. über d. Br. P. an den Philemon* (Tur. 1846) p. 77.

5. *Καὶ πάλιν* etc.] Idem alii Patres testantur, v. c. Tertullianus Apol. c. 2: „Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum. … Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est dicit; tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendae praesides, de nobis solis mendacium elaboratis audire.“

6. *τις*] Stephan. (ex Reg.) male *τι*.

7. *κ. τ. διδ. Χρ.*] Matth. 10, 33. Illud autem *μὴ ἀρνεῖσθαι* absolute positum esse videtur ideoque non supplendum *αὐτόν*.

8. *παρακελεύονται*] Cohortantur, excitant patientia et constantia sua alios ad christianam religionem amplectendam vel saltem admirandam. *Grabius*. — Tertullian. l. c. c. 50: „Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est.“ Thirlb. (in Add.) vult *παρακαλοῦνται*.

φαντασιοῦνται, τὸν αὐτὸν τρόπον κακῶς ζῶντες ἴσως ἀφορμὰς παρέχουσι [9] τοῖς ἄλλως καταλέγειν τῶν πάντων Χριστιανῶν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἱρουμένοις. Οὐκ ὀρθῶς μὲν οὐδὲ τοῦτο πράττεται. Καὶ γάρ τοι φιλοσοφίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἐπιγράφονταί τινες, οἳ οὐδὲν ἄξιον τῆς ὑποσχέσεως πράττουσι· γινώσκετε δ' ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι. Καὶ τούτων τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν, [10] καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· [11] κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν, ἆθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι [12] τούτους τίθετε.

9 C D

5. [1] Τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη; Ἐφ' ἡμῶν, ὑπισχνουμένων μηδὲν ἀδικεῖν μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν, [2] οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλ', ἀλόγῳ πάθει καὶ [3] μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι, ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες. Εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δαίμονες φαῦλοι, [4] ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν καὶ παῖδας διέφθειραν καὶ φόβητρα ἀνθρώποις ἔδειξαν, ὡς καταπλαγῆναι [5] τοὺς οἳ λόγῳ τὰς γινομένας πράξεις

10 E

9. τοῖς ἄλλως] Ita codd. msti, Stephan., Sylburg., Maran., Braun.; caeteri coniecturam Billii (Observv. sacr. II. c. 6) amplexi maluerunt vocula ἄλλως (refer. ad αἱρουμένοις) non intellecta τοῖς ἄλλοις, insuper Thirlb. et Davis.: καταλ. τ. πάντ. Χρ., ὡς ἀσ. κ. ἀδικ. αἱρουμένων.

10. καὶ τ. Δία . . . καταγγέλλουσι] Cf. Orat. ad Gent. c. 2.

11. κἀκείνων . . . ὑβρίζουσι] Maran. illud falso interpretatus est: *Quorum* (poetarum) *fabulas qui agunt* etc.. Reliqui quoque interpretes erraverunt. Nam ἐκεῖνοι sunt philosophi, ὑβρίζοντες vero poetae. — Inde consimiliter de gentilium poetis locutus est Theophil. ad Autol. III. c. 30: τοὺς σεβομένους αὐτὸν (Θεὸν) ἐδίωξαν καὶ τὸ καθ' ἡμέραν διώκουσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τὸν Θεὸν ἆθλα καὶ τιμὰς τιθέασι. Cf. ibid. c. 15. p. 127. A. ed. Colon..

12. τούτους] H. e. τὸν Δία ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισίν. Editores ante Maranum τούτοις praebuerunt, sed jam Bill. (l. c.), Sylburg. et Grab. animadverterunt melius accusativum poni: is revera est in codd. mstis.

1. Τί . . . εἴη;] Ita recte interpungunt Maranus, Braunius, Trollopius. Stephanus vero: Τί . . . εἴη ἐφ' . . . δοξάζειν. οὐ etc.. Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 60): Τί . . . ἡμῶν; h. e. *Quare igitur ita agitur nobiscum? Ut nempe a vobis prohibeamur*. Caeteri habent post δοξάζειν punctum interrogans. Grabio σὺ post οὖν videtur

hortatorum munere funguntur: sic male viventes ansam fortasse iis praebent qui temere ad affingendam omnibus Christianis impietatem et iniustitiam parati sunt. Neque id recte fit. Etenim philosophiae nomen et habitum quidam prae se ferunt, qui nihil dignum hoc promisso faciunt; vos non latet etiam eos qui contraria olim inter se sensere ac docuere uno nomine appellari philosophos. Et horum nonnulli nullos deos esse docuerunt, et Iovem una cum eius liberis impudicum poetae promulgant: tamen illorum doctrinas qui profitentur non prohibentur a vobis, istos vero eleganti voce exagitantibus praemia et honores ponitis.

5. Quid haec igitur sibi volunt? De nobis, qui nihil mali nos facturos neque impia ista opinaturos pollicemur, non accusationes examinatis, sed, affectu a ratione alieno ac malorum daemonum flagello agitati, causa non iudicata animadvertitis nihil pensi habentes. Dicetur enim quod res est: quandoquidem olim pravi daemones, praesentiam suam exhibentes, et mulieres stuprarunt et pueros imminuerunt et terriculamenta hominibus monstrarunt, ita ut percellerentur qui res quae

excidisse: *Quare ergo non nobis ista fit gratia?* cuius scilicet modo mentionem fecerat Iustinus.

2. *οὐ κρίσεις*] Grabius scribendum suspicatus est *οὐ κρίσει* (coll. c. 3: *οὐ κρίσει ἀλλὰ πάθει*), Pearson. (iuxta falsam interpunctionem: vid. n. 1) *οὓς οὐ κρίσει.* Nihil muto. Langus: *non legitimo examine iudicia exercetis.* Maran.: *non iudicia examinatis.* Ritter. (Animadvv. in primam S. Iust. Apolog. p. 11): *non iudicia accurate agitis.* *Κρίσις* hoc loco, ut apud Lycurgum oratorem, est *accusatio.* Cf. Weber ad Demosth. Orat. in Aristocr. (Ien. 1845) p. 253.

3. *μάστ. δαιμόνων φ. ἐξελ.*] Christianorum persecutiones a machinationibus daemonum (c. 44. Apol. II. cc. 1. 5. 8. Dial. c. Tr. c. 39) repetierunt alii quoque Patres: Tertullian. Apol. c. 27 et Lactant. Institt. div. V. c. 21.

4. *ἐπιφαν. ποιησ.*] *Effecting apparitions of themselves:* either visibly or in dreams. *Trollopius.*

5. *τοὺς*] Pearson. voluit *αὐτούς.* Idem (vel *τούτους*) admisit Schätzer. (*Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 282). Immo Trollop. textui inseruit. Sed cf. Dial. c. Tr. c. 47: *τὰ ὅσα (ea quae)*, et Cohort. ad Gent. c. 2: *τὸν ὄν.* Est usus ionicus (Hom. Il. XVII. 171. XIX. 326. Od. XVII. 388), etiam apud Atticos obvius; cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Sprache* Tom. II. p. 269.

οὐκ ἔκρινον, ἀλλά, δέει συνηρπασμένοι καὶ μὴ ἐπιστάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλους, θεοὺς προσωνόμαζον, καὶ ὀνόματι ἕκαστον προσηγόρευον ὅπερ ἕκαστος [6] ἑαυτῷ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο. Ὅτε δὲ Σωκράτης λόγῳ ἀληθεῖ καὶ [7] ἐξεταστικῶς ταῦτα εἰς φανερὸν 56
ἐπειρᾶτο φέρειν καὶ ἀπάγειν τῶν δαιμόνων τοὺς ἀνθρώπους, [8] καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες διὰ τῶν χαιρόντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν ὡς ἄθεον καὶ ἀσεβῆ ἀποκτεῖναι, λέγοντες [9] καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια· καὶ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσιν. Οὐ γὰρ μόνον [10] ἐν Ἕλλησι διὰ Σωκράτους ὑπὸ λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν βαρβάροις ὑπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος, ᾧ πεισθέν- B
τες ἡμεῖς τοὺς ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον [11] μὴ ὀρθοὺς εἶναί φαμεν, ἀλλὰ κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας, οἳ οὐδὲ τοῖς ἀρετὴν ποθοῦσιν ἀνθρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας ἔχουσιν.

6. Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων
1. 2 Cor. 1. 3, πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν.
ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν C
παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα [1] καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν

6. ἑαυτῷ] Vulgo αὐτῷ. Cf. c. 8. n. 6. Similis locus est Apol. II. c. 5: Ὀνόματι γὰρ ἕκαστον, ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ τῶν ἀγγέλων καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγόρευσαν. — Pseudo-Iustinus Quaestt. et Resp. ad Orthod. 82: Ὥσπερ τὸ εἶναι δαίμονας ὑπ' αὐτῶν τῶν δαιμόνων ἐμάνθανον οἱ ἄνθρωποι, οὕτως καὶ τὰς ὀνομασίας αὐτῶν παρ' αὐτῶν ἐδιδάχθησαν etc..

7. ἐξεταστικῶς] Arcerius mavult ἐξεταστικῷ, ad λόγῳ sc. facta relatione. *Sylburgius*. Ταῦτα spectat ad absurdas gentilium de diis opiniones.

8. καὶ αὐτοὶ] Thirlbius acute legit καὶ αὐτόν: eum quoque olim, ut nos hodie —; καὶ αὐτὸν ἐνήργ. ἀποκτεῖναι, καὶ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσι.

9. καινὰ . . . δαιμόνια] Idem dictum in Apol. II. c. 10 exstat. Cf. Xenoph. Memor. Socr. c. 1. §. 1 et Plat. Apolog. Socr. p. 24. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 56). — Tertullian. Apol. c. 14.

10. ἐν Ἕλλησι] Vulgo omittitur praepositio, sed eam legendam esse (respondet ἐν βαρβάροις, ut alibi) post Perionium omnes observarunt. Quare reposui; obtemperavit Trollopius. Iustinus autem Ἕλληνας opposuit βαρβάροις ex mente eorum ad quos scripsit. B a r b a r i proprie vocati sunt qui non essent natione Graeci, ne Romanis quidem exceptis; qui quum graecas literas

fiebant non ratione iudicabant, sed, metu correpti et ignari malos daemones esse, deos appellabant, et eo quemque nomine designabant quod sibi quisque daemon imposuerat. Postquam autem Socrates ratione vera et accurate haec in lucem proferre conatus est et a daemonibus homines abducere, et ipsi daemones per homines nequitia gaudentes effecerunt ut velut atheus et impius necaretur, dictitantes *nova ab eo daemonia induci:* pariter de nobis idem moliuntur. Non enim apud Graios solum haec a logo per Socratem sunt convicta, sed etiam apud barbaros ab ipso logo forma indute et homine facto et Iesu Christo appellato, cui nos credentes istos daemones, qui haec perpetrarunt, non modo non bonos esse dicimus, sed malos et nefandos daemones, qui ne hominibus quidem virtutis cupidis similes actiones habeant.

6. Inde ortum est ut athei appellaremur. Atque atheos quidem nos esse confitemur quoad opinatos eiusmodi deos, secus vero quoad verissimum illum et iustitiae et temperantiae et caeterarum virtutum patrem purumque a vitiositate deum; sed Eum, et Filium qui ab eo venit ac nos haec docuit,

recepissent, de barbarorum (incultorum) numero se exemerunt. Cf. Cic. de fin. II. 15. Christiani scriptores nomine isto Iudaeos designare solent; cf. c. 7: *οἱ ἐν Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες ... οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γεν. καὶ δοξ. σοφῶν* — c. 46: *ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος ..., ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραὰμ καὶ Ἀνανίας* etc.. Plerumque (cf. Ep. ad Diogn. c. 5: *ὑπὸ Ἰουδαίων ... πολεμοῦνται καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται*) comprehendunt voce *Ἑλλήνων*, latiori sensu usurpata, omnes idolorum cultores seu gentiles. Vid. librum meum De Epist. ad Diogn. p. 1. n. 1 et Bretschneideri Lexic. man. in libros Ni Ti (ed. 3) p. 67 et 134.

11. *μὴ ὀρθοὺς*] Thirlb., Davis., Braun. commendarunt *μὴ θεοὺς* s. *οὐ θεούς* et illud Trollop. in ipso contextu posuit. Heumannus autem (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 225), qui recte monuit Thirlbium, unde *ὀρ* natum sit, minus verisimiliter docere, substituit *μὴ ὁρατούς*. Cave a mutatione. Contendit enim Iustinus a Christianis daemones neutiquam *ὀρθοὺς* vocari — id quod a gentilibus fiebat, apud quos plerumque *ἀγαθοὶ δαίμονες* appellabantur — sed potius (*ἀλλά*, cui recte non additum est *καί*) *κακοὺς καὶ ἀνοσίους*.

1. *καὶ διδάξαντα ἡμᾶς* etc.] Insignis hic locus interpretes mirum in modum torsit. 1°. Langus, Gra-

[2] τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατόν, [3] πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ [4] προσκυνοῦμεν,

hius, Thalemannus ἀγγέλων στρατὸν atque ἡμᾶς junxerunt cum διδάξαντα, ut Christus non homines modo sed etiam angelos diceretur docuisse. Sed talem sententiam hoc loco prorsus non exspectabas, atque saltem ταῦτα ἡμᾶς pro ἡμᾶς ταῦτα scribendum erat. 2°. Iac. Ode (Comment. de angelis, Trai. ad Rh. 1739. 4. p. 969), Roesslerus (*Biblioth. der Kirchenvät.* Tom. I. p. 106 sq.), Moehlerus (*Tübing. theol. Quartalschr.* 1833. Fasc. 1. p. 53 sqq.), Trollopius copularunt ἀγγέλων στρατὸν et ταῦτα cum διδάξαντα: *filius dei nos non solum de his sed etiam de angelis edocuit.* Sed tum dicendum hic erat διδ. ἡμᾶς ταῦτα καὶ τὰ (περὶ) τοῦ ... ἀγγέλων στρατοῦ. 3°. Keilius (Opuscc. acad. ed. Goldhorn. Lips. 1821. p. 556 sq.) maluit στρατηγὸν pro στρατόν, ut Christus dux appellaretur angelorum, quin immo Muenterus (*Handb. der ältest. christl. Dogmen-Gesch.* ed. Ewers. Getting. 1804. Vol. II. P. 1. p. 7 sq.) etiam ἄλλων mutandum putavit in ἁπάντων. Verum enim vero recte Maranus, Braunius (coll. *Achterfeldii Zeitschrift für Philos. u. kathol. Theologie.* Colon. 1833. Fasc. 5. p. 91 sqq.), Neander (in *Ullmanni et Umbr. Theolog. Studien u. Kritik.* Hamb. 1833. Fasc. 3. p. 774 sqq.), Georgii (in *Stirmii Studien d. evangel. Geistlichk. Würtembergs.* Stuttg. 1838. Vol. X. Fasc. 2. p. 76 sqq.), Hasselbachius (*Theol. Studd. u. Kr.* 1839. Fasc. 2. p. 329 sqq.), Baumgarten-Crusius (*Comp. der christl. Dogmengesch.* Tom. II. ed. Hase. Lips. 1846. p. 182) verba καὶ τὸν τῶν ἄλλων ... στρατὸν censuerunt pendere a σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, ut revera de angelorum cultu sermo sit. Cf. Athenagor. Suppl. p. Christ. c. 10. *Ταῦτα* autem non referendum est ad id quod antea de malis daemonibus, sed ad id quod modo de veri dei attributis (δικαιοσ. καὶ σωφροσ. etc.) erat expositum. — Plura si cupias scire, adeas librum meum De Iustini Martyr. scriptis et doctrina p. 143 sqq. et Semisch. *Justin der Märtyr.* P. II. p. 350 sqq.. Non ad manus erant [James Bryant] Observations on a controverted passage in Justin Martyr p. 47 edit. Bened., Lond. 1793. 4.

2. τῶν ἄλλων] Nequaquam licet illud τῶν ἄλλων ad sequens commation referre (Neander *Allg. Geschichte der chr. Religion u. Kirche,* Sect. I. Tom. 2. ed. 2. p. 1049): „und sowohl die Schaar der übrigen ihm nachfolgenden Engel als insbesondere den heiligen Geist." Haec quidem interpretatio (vid. n. 3) ut locum obtineret, debebat Iustinus scribere: καὶ τὸν τῶν τε ἄλλων ἑπομένων ... στρατὸν καὶ πνεῦμα τὸ προφ. σεβόμεθα. Cf. Ast. Lexic. Platon. s. v. ἄλλος (p. 108 sq.). Itaque dictum est illud τῶν ἄλλων hic respectu habito praecedentium verborum τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα. Ac probe Semischius l. c. p. 358 sq.: „Justin hatte so eben des Sohnes erwähnt und diesen, freilich nicht mit dem Ausdrucke, wohl

et caeterorum assectantium et assimilatorum bonorum Angelorum exercitum, Spiritumque propheticum colimus et adora-

aber der Sache nach in der Eigenschaft des göttlichen ἄγγελος, in welcher er ihn so oft vorstellt [υἱὸν αὐτοῦ καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ — Dial. c. Tr. c. 127; ibid. c. 93. p. 321. A. Christus dicitur ἄγγελος colendus: alios locos laudavi in libro meo De Epistola ad Diogn. p. 84], gedacht; dieses führt ihn unmittelbar auf die Engel, welchen dieser ihr Name mit dem Sohne gemeinsam war [nomen enim ἀγγέλου Christo impositum repetiit a munere, id quod etiam e loco Dial. c. Tr. c. 57 patescit, ubi narrat ex tribus angelis, qui Abrahame (Gen. 18, 2) apparuerint, duos fuisse τῷ ὄντι ἀγγέλους, tertium (logon) tantummodo hoc nomine nuncupari], und er knüpft sie arglos vermittelst des gegensätzlich-verbindenden τῶν ἄλλων mit Prädicaten, welche ihre Verwandtschaft mit dem Sohne Gottes noch weiter bethätigen [ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων], an diesen an." Sic simul tollitur difficultas illa, quod nempe Iustinus spiritum sanctum quarto loco (tamquam angelis inferiorem) posuerit. Quid? Notandum quoque est relativum ἄλλος saepissime in impropria et imperfectâ relatione usurpari; cf. Plat. Alcib. I. p. 112. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. V. p. 22): τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις (vern. *wie auch*) *Τρωσίν*. Multa eiusmodi exempla attuli ad verba Dial. c. Tr. c. 3 ὁρατὸν τὸ θεῖον ὡς τὰ ἄλλα ζῶα.

lige Geist nach den Engeln zufällig oder als ihr Haupt." Particulâ τε (cf. Klotz. ad Devar. p. 744) spiritus arctissime adiungitur ad angelorum exercitum (Dial. c. Tr. c. 116: ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ πεμφθεῖσα ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ), minime vero quod minoris momenti sit (Winer *Grammat. des neutest. Sprachidioms* ed. 4. p. 412: „vielmehr hebt sich das mit τε Angefügte oft sichtbar hervor"), sed tamquam caput angelorum. — *Πνεῦμα* multoties a Iustino προφητικὸν appellatur (spiritus qui per prophetas locutus est): primum haud dubio propterea quod vim non exerceat in externam rerum naturam sed in hominum animos — ita ut opponatur πνεύματι δημιουργικῷ h. e. ψυχῇ, animae mundi apud Platonicos (quacum comparatur v. c. ab Athenagora Suppl. p. Christ. c. 6: πνεύματι συνέχεται τὰ πάντα, et a Theophilo ad Autol. I. c. 5: ἡ πᾶσα κτίσις περιέχεται ὑπὸ πνεύματος θεοῦ); deinde ut, quum Gnostici spiritum veteris testamenti diversum a spiritu novi testamenti statuerent, contra eos spiritus utriusque testamenti unus idemque declaretur. Plenius vocatur τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα c. 44. p. 81. B, c. 53. p. 88. D, Dial. c. Tr. c. 32. p. 249. E, c. 56. p. 275. C. et semel τὸ θεῖον ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα Apol. I. c. 32. p. 73. C.

3. πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν] Baumgarten-Crusius l. c.: „Der hei-

4. προσκυν., λόγῳ κ. ἀληθ. τιμ.] Coll. Ioann. 4, 24.

λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, [5]ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.

7. [1]Ἀλλά, φήσει τις, ἤδη τινὲς ληφθέντες ἠλέγχθησαν κακοῦργοι. [2]Καὶ γὰρ πολλοὺς πολλάκις, ὅταν ἑκάστοτε τῶν κα- D τηγορουμένων τὸν βίον ἐξετάζητε, ἀλλ' οὐ διὰ τοὺς προλεχθέντας καταδικάζετε. Καθόλου μὲν οὖν κἀκεῖνο ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὃν τρόπον οἱ ἐν Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες ἐκ παντὸς

5. ὡς ἐδιδ.] Erunt fortasse qui omnino legendum putent ὅσα. Nos nihil mutamus. *Thirlbius.*

1. Ἀλλά, φ. τις, ἤδη] Vulgo: Ἀλλὰ φ. τις· Ἤδη etc..

2. Καὶ γὰρ ... καταδικάζετε] Haec verba admodum tentata sunt. Perionius, Maranus, Braunius pro διὰ τοὺς προλεχθέντας voluerunt διὰ τοὺς προελεγχθέντας legi: „Multos sane condemnatis, quum de cuiusque vita inquiritis, sed eos non condemnatis propter eos qui iam convicti fuere; quare etiamsi nonnulli ex Christianis convicti fuerint, non idcirco caeteri condemnandi.“ Ita quoque Billius (Observ. sacr. II. c. 6), nisi quod πάντας ante διὰ τοὺς inserendum opinatus est. Grabius, qui ad πολλάκις perperam ἐλέγχετε subintellexit, nil nisi τοὺς in τοῦτο vertit; Iustinum de eo conqueri „quod rei non propter malefacta, quorum sunt convicti, damnentur, sed propterea quod sint Christiani.“ Davisius reponendum putavit: Καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις ... ἀλλ' οὐ, διὰ τοὺς προλεχθέντας, πάντας καταδικάζετε. Scriptor anonymus in Miscellan.-observatt. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. p. 365 sq. correxit: Καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις, ὅταν ... ἐξετάζητε· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τοὺς προλεχθέντας καταδικάζετε h. e. „inter eos, quos Christianos creditis, non solummodo aliqui, sed multi malefici inveniuntur et a vobis hac de causa condemnantur; sed sciatis has personas non esse veros Christianos, non sunt οἱ προλεχθέντες veri adoratores perfectissimi dei eiusque filii et sancti spiritus.“ Lego equidem, ut est in textu codd. mstis firmato, hoc fere modo explicans: *Sed, dicet aliquis, iam aliquot Christiani, postquam comprehensi sunt, criminis sunt convicti. Ita est; etenim* (καὶ γὰρ ponitur ad rem, quae iam per se non dubia est, magis affirmandam) *multos* (h. e. haud paucos scil. Christianos) *saepe* (πολλάκις quoque ad sententiam augendam appositum est: et saepe quidem, sive: id quod saepenumero solet fieri), *quum in iudicio vitam eorum singulatim disquiritis, condemnatis, sed non* (scil. condemnatis; etenim struendum: πολλοὺς πολλάκις καταδικάζετε, ἀλλ' οὐ διὰ τ. προλ. scil. καταδικάζετε) *ob illos de quibus antea locutus sum*, h. e. sinceros verosque Christianos; hi scilicet nihil peccantes in causa non sunt. Est enim discrimen inter Christianos faciendum, quum eorum alii sint boni et reapse Christiani, qui deum perfectissimum eiusque filium etc. λόγῳ et ἀληθείᾳ colunt (c. 6), alii mali

mus, ratione ac veritate venerantes, et unicuique discere volenti, ut edocti sumus, citra invidiam impertientes.

7. Sed, dicet aliquis, iam nonnulli, quum comprehensi sunt, convicti sunt malefacti. Sane multos quidem persaepe, quum singulatim in vitam reorum inquiritis, sed non propter praedictos condemnatis. In universum igitur etiam illud confitemur: quemadmodum ii qui apud Graios arridentes sibi

(κακοῦργοι), qui dumtaxat nomine tenus Christiani sunt. Res igitur nequaquam a solo nomine pendet (coll. c. 4). Nam, inquit Iustinus, quemadmodum apud Graecos variae sectae reperiuntur, multum suis dogmatis a se invicem differentes, et omnes tamen uno eodemque nomine vocantur Philosophi, sic plane apud nos: multi nomine Christianorum utuntur, quorum dogmata et actiones a nobis condemnantur. (Ad hos praeter alios etiam Simonis, Menandri, Marcionis discipuli c. 26 [quo loco formulâ ὡς ἔφημεν ad nostrum respicitur], Marciani, Valentiniani, Basilidiani, Saturniliani Dial. c. Tr. c. 35 referuntur.) Nemo ergo — ita recte concludit — a iudicibus ethnicis puniatur tamquam Christianus (ὡς Χριστιανός); si quis inculpatus comperiatur, absolvatur tamquam innocens Christianus. Probavit allatam loci difficillimi interpretationem Kimmel. in *Theol. Literaturblatt z. Allg. Kirchen-Zeitung* 1844. N. 94. p. 785. Langius contra (in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 977) ita interpretatus est: „Wohl geben wir zu, dass einige Christen ergriffen und als Übelthäter überführt worden sind. Allein diess beweist Nichts gegen die Christen überhaupt: denn ihr verurtheilt gar oft Viele, nachdem ihr Untersuchung über das Leben der Angeschuldigten gehalten, aber ihr verurtheilt sie nicht wegen Derer, die vorher (= vor der Untersuchung) als Übelthäter genannt worden sind" — ut Iustinus generatim loquatur. Sed tum ad τοὺς προλεχθέντας saltem addendum erat κακούργους. Provocavit V. D. ad Raphel. Annotatt. philol. in Nov. Test. ex Polybio et Arriano (Hamb. 1715) p. 582; is vero nihil attulit quod huc pertineret: dixit verbum προλέγειν non carere emphasi (= *publice profiteri*, *laut sagen*), unde cum διαμαρτύρεσθαι copulatum sit a Demosthene quum alibi [Philipp. II. p. 73. ed. Reisk.] tum in Oratione pro corona [p. 240]. Vid. Thesaur. gr. linguae Stephan. ed. Hase s. v. (Vol. VI. p. 1766 sq.). Trollopius διὰ τὰ προλεχθέντα coniecit; sed deseruit ipse coniecturam, et ad διὰ τ. προλεχθέντας supplevit δαίμονας hoc sensu: „It is true that some Christians may have been convicted as evil doers: for you condemn many after enquiring into the charges brought against them, as notorious offenders, and not at the instigation of the daemons before mentioned." At talis sententia minus belle congruit doctrinae Iustinianae de Christianorum persecutionibus, quippe a daemonibus repetendis: cf. c. 5. n. 3.

τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων, οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γενομένων καὶ δοξάντων σοφῶν [3] τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα κοινόν ἐστι· 12
Χριστιανοὶ γὰρ πάντες προσαγορεύονται. Ὅθεν πάντων τῶν κα- E
ταγγελλομένων ὑμῖν τὰς πράξεις κρίνεσθαι ἀξιοῦμεν, ἵνα ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς Χριστιανός· ἐὰν δέ τις ἀνέλεγκτος [4] φάνηται, ἀπολύηται ὡς Χριστιανὸς οὐδὲν ἀδικῶν. [5] Οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦντας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιώσομεν· ἀρκοῦνται γὰρ τῇ προσούσῃ πονηρίᾳ καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀγνοίᾳ. 57

8. Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ [1] ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ἀρνεῖσθαι ἐξεταζομένους. Ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες· τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ [2] καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες τῆς μετὰ θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα, καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν, οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν θεὸν δι' ἔργων πείσαντας ὅτι αὐτῷ εἵποντο καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἤρων, ἔν- B
θα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ. [3] Ὡς μὲν οὖν διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἅ τε προσδοκῶμεν καὶ μεμαθήκαμεν διὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ διδάσκομεν ταῦτά ἐστι. Πλάτων δ' ὁμοίως ἔφη [4] Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας· ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμά φαμεν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, [5] κἂν τοῖς αὐ-

3. τὸ ἐπικατηγ. ὄν.] Lang.: *commune sibi inditum nomen obtinent.* Similiter Maranus. Male. Cf. c. 4: ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος.

4. φάνηται] Hanc scripturam indicavit Sylburg. recteque Braun. in textum recepit pro vulgata φανῆται.

5. Οὐ γὰρ ... ἀξιώσομεν] Respexit, nisi fallor, Iustinus rescriptum Adriani imperatoris huic Apologiae subnexum, cuius clausula poenam minatur iis qui per calumniam Christianis crimen intentarint. *Grabius.*

1. ὑμῶν] Frustra Perionius legendum putat ἡμῶν. Cf. Apol. II. c. 15: τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι. — Mox pro ἐξεταζομένους exspectaveris ἐξεταζομένοις; sed accusativus ad infinitivum pertinet.

2. καθαροῦ] Scriptor anonymus in Miscell. observatt. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. p. 366 legit μακαρίου, quia Iustinus omnibus locis, ubi loquatur de futuro bonorum statu, nihil περὶ τῆς καθαρότητος dicat. Sed vita futura cur nequeat vocari p u r a v i t a ex oppositione vitae huius vitiis contaminatae equidem non video. Firmatur scriptura vulgata verbis quae se-

opiniones docuere uno omnino philosophiae nomine appellantur, quamvis contrariae sint eorum sententiae, ita iis quoque qui apud barbaros exstitere aut existimati sunt sapientes nomen quod crimini datur commune esse: Christiani enim appellantur omnes. Quare rogamus ut omnium, qui apud vos accusantur, diiudicentur actiones, ut qui convictus fuerit puniatur tamquam improbus, non tamquam Christianus; si quem autem extra noxiam esse pateat, dimittatur tamquam Christianus qui nihil iniusti egerit. Non enim rogabimus ut in ipsos accusatores animadvertatis; nam satis est illis supplicii sua ipsorum nequitia ac bonarum rerum ignoratio.

8. Vestrâ autem causâ haec a nobis dicta esse ex eo intelligite quod in nobis situm sit negare quum inquirimur. Sed nolumus vivere obstricti mendacio; aeternae enim ac purae vitae cupidi ad domicilium cum deo universorum patre et opifice contendimus, atque properamus ad confitendum, quum persuasum habeamus et credamus comparari posse haec bona ab iis qui factis suis testati deo fuerint se illum sectatos esse et illud apud eum domicilium adamasse, ubi vitiositas non reluctatur. Ut igitur paucis dicam, haec sunt quae exspectamus et a Christo didicimus et docemus. Similiter quidem Plato improbos, postquam ad Minoem et Rhadamanthum venerunt, dixit ab iis punitum iri; nos autem idem illis even-

quuntur: *παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἥρων, ἔνθα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ.* Hoc autem loco *κακία* non est *aerumna* (Trollop.) sed *pravitas*; cf. c. 6: *ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ.*

3. *Ὡς ... ταῦτά ἐστι.*] Annon hic articuli fidei desunt? An nondum symbolum fidei confectum est? *Pearsonus.* Utut contextus habet, respicit Iustinus antecedentia, h. e. ea quae de vita post mortem cum deo degenda dixerat.

4. *Ῥαδάμ. κ. Μίνω* etc.] Cf. Plat. Gorg. p. 523. E. 524. A. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IV. p. 165 sq.). Thalemann. male *Ῥαδάμανθον.*

5. *κἂν ... κολασθησομένων*] Codd. msti et editi *καὶ τοῖς* etc.. Davis. maluit *κἂν τοῖς αὐτοῖς σώμασι μὲν τῶν ψυχῶν γινομ.* etc., Thirlb. *καὶ τοῖς ... γινομένοις ... κολασθησομένοις.* Trollop. commate post *Χριστοῦ* deleto commendavit *ἐπὶ τοῖς αὐτῶν* (sc. *ἀδίκων*) *σώμασι* etc.. Equidem non mutavi nisi *καὶ* in *κἂν* (= *καὶ ἐν*). Voculae *και* et *καν* saepissime in codd. confunduntur; cf. Dial. c. Tr. c. 22. p. 240. D, c. 60. p. 283. B. al.. Ad *γινο-*

τοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ [6] χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, μόνον. Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, [7] ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλον πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα. C 13

9. Ἀλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν [1] τιμῶμεν οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες θεοὺς προσωνόμασαν, ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ [2] ταῦτα γινώσκομεν καὶ θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα ([3] οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγούμεθα τὸν θεὸν ἔχειν τὴν μορφήν, ἥν φασί τινες εἰς τιμὴν μεμιμῆσθαι), ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. Τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, [4] ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι ξέοντες καὶ τέμνοντες καὶ χωνεύοντες καὶ τύ- D

μένων autem supplendum αὐτῶν h. e. ἀνθρώπων. Cf. Apol. II. c. 2: βουλομένου sc. αὐτοῦ. Dial. c. Tr. c. 123: συντιθεμένου sc. αὐτοῦ. Ibid. c. 8: παρεπομένης sc. ταύτης. — Ad sententiam vid. de resurr. c. 2 init..

6. χιλιονταετῆ περίοδον] Cf. Plat. Phaedr. p. 249. A (Vol. X. p. 326), coll. de republ. p. 615. A (Vol. VII. p. 324).

7. ἥδε ἡ πλάνη ... ἐλεγχόμεθα] Maranus contra codd. mstos ἡ δὲ πλάνη. Perionius sic reddidit: *error hic unus est cum altero, quoad re ipsa nihil nos sceleris admittere doceatur;* Langus: *in errorem hoc alium ex alio seductio fuerit.* His interpretationibus improbatis Fabricio (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 60) πλάνη ἄλλον πρὸς ἕτερον est error, quo quis decipitur in subiecto: *Si hoc quisquam incredibile esse nobis dixerit aut ita fieri posse negaverit, error noster saltim consistet in eo, quod nos alii cuidam* (Christo nempe) *tribuimus, quod vos* (ethnici) *Rhadamantho et Minoi vindicatis, dum interim in re ipsa nihil peccasse aut absurdi statuisse a vobis convinci possumus.* Davisius et Thirlbius adstipulantibus Braunio et Trollopio argutius quam verius deleto post ἡμᾶς commate distinxerunt post τις et mutaverunt ἄλλον in ἀλλ' οὐ: *ad nos ille error attinet, non ad alium quemvis, dummodo (?) re ipsa* etc.. At tum vero nescio an Iustinus πρὸς ἑτέρους s. ἄλλους scripserit, nedum sententia satis Iustiniana sit. Recte (Thalemanno suffragante) Maranus voces ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλον πρὸς ἕτερον idem sonare dixit ac πλάνη ἀλλοπρόσαλλος, *error communis:* quem si quis nobis obiiciat, facile sit in ipso censore similem errorem castigare. Langius (in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 979) simpliciter ita reddidit: „Wenn also Jemand diess gegen uns unglaublich oder unmöglich nennen sollte, so ist diess ein Irrthum des Einen gegen den Andern, so lange wir nicht überwiesen werden, dass wir wirklich

turum dicimus, sed a Christo, idque exsistentibus in iisdem corporibus una cum suis animabus ut poena aeterna puniantur, minime mille annorum, ut iste dixit, circuitu definita. Quodsi quis ad nos id dicat incredibile vel impossibile esse, communis est hic error, quamdiu re ipsa nullius malefacti arguimur.

9. Neque etiam victimarum copia et florum coronis colimus quos homines, postquam effinxere et in fanis collocavere, deos appellaverunt, siquidem inanima et mortua haec esse nec dei forma praedita (neque enim talem deo inesse formam putamus, qualem quidam colendi causa simulatam dicunt), sed malorum illorum qui apparuerunt daemonum et nomina et figuras referre novimus. Quid enim opus est vobis qui probe scitis exponere, ad quod artifices materiam praeparent scal-

Unrecht thun, d. h. so handelt es sich hier nicht um ein Verbrechen, sondern um eine Meinung, um einen Ausdruck, in welchem der Eine so gut wie der Andere sich irren kann.“ Subtiliter V. D. addidit: „Auf dem wiederholten *Πλάτων ἔφη* — *ἡμεῖς φαμεν* — *ἐκεῖνος ἔφη* — *καὶ φήσει τις πρὸς ἡμᾶς* scheint uns ein besonderer Nachdruck zu liegen.“ Hac autem ratiocinatione Iustinus lubenter usus est; cf. c. 20: *τῷ δὲ κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὔσας τὰς τῶν ἀδίκων ψυχάς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωριῶν εὖ διάγειν, ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν.* Contendit c. 21 sq. Christianos, dum filium dei natum et crucifixum et in coelum evectum praedicent, idem dicere atque gentilium scriptores de filiis deorum. Similiter alii patres; cf. c. 21. n. 1. — Sylburgius, si id magis placet, pro *ἐλεγχόμεθα* vult *ἐλεγχοίμεθα*.

1. *τιμῶμεν οὓς*] Hoc modo legendum esse omnes editores ante Maranum observarunt, sed is primus illud ex Clar. in textum recepit pro vulg. *τιμωμένους* (Reg.). Nemini sane persuadebunt Henr. Stephanus, qui (in edit. Epist. ad Diogn. p. 43) *τιμωμένους ἀνθρώπους . . . προσωνομάσαμεν* legit, et Sylburgius, qui *τιμ. ἀνθρωπομορφώσαντες ... προσωνομάκαμεν* voluit reponi. — Caeterum cf. de toto hoc capite simillimum in Ep. ad Diogn. c. 2.

2. *ταῦτα*] H. e. *εἴδωλα*, ut ex praecedentibus patet. De sententia cf. Athenag. Suppl. p. Christ. c. 26.

3. *οὐ γὰρ τοιαύτην* etc.] Perionius ob sequentia *ἀλλ' ἐκείνων* etc. (neque parenthetice illa verba dicta esse intelligens) perperam maluit: *οὐ γὰρ τοιαῦτα ἡγούμεθα τοῦ θεοῦ* etc..

4. *ἃ* etc.] Editores exceptis Marano et Trollopio post *τύπτοντες* perverse comma posuerunt. Omnes illud *ἃ* (quocum Trollop. *σχήματα* subaudit) interpretati sunt: *quo modo* (= *ᾗ*). Duplex ille accusativus ita explicandus est ut alter sit obiecti, alter praedicati.

πτοντες; Καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα
μόνον ἀλλάξαντες καὶ [5] μορφοποιήσαντες θεοὺς ἐπονομάζουσιν.
Ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἡγούμεθα ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ θεοῦ
γίνεσθαι, ὃς ἄῤῥητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ E
δεομένοις θεραπείας πράγμασιν ἐπονομάζεται. Καὶ ὅτι [6] οἱ τού- 14
των τεχνῖται ἀσελγεῖς τε καὶ πᾶσαν κακίαν, ἵνα μὴ καταριθμῶ-
μεν, ἔχουσιν ἀκριβῶς ἐπίστασθε· καὶ τὰς ἑαυτῶν παιδίσκας συν- 58
εργαζομένας φθείρουσιν. Ὢ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκο-
λάστους θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν [7] λέγεσθαι καὶ με-
ταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους
καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀν-
θρώπους θεῶν εἶναι φύλακας!

10. Ἀλλ' οὐ [1] δέεσθαι τῆς παρ' ἀνθρώπων ὑλικῆς προσ-
φορᾶς [2] προσειλήφαμεν τὸν θεόν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶν- B
τες· ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα καὶ πε-
πείσμεθα καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμου-
μένους, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ
ὅσα οἰκεῖα θεῷ ἐστι, τῷ μηδενὶ ὀνόματι θετῷ καλουμένῳ. Καὶ
πάντα [3] τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν [4] ἐξ ἀμόρ-

5. μορφοποιήσαντες] H. Stephanus (l. c. p. 50) praeter necessitatem arbitratus est vel ἀνθρώπους vel ἀνθρώπων εἰκόνας ante vel post μορφοπ. ponendum esse: *postquam hominum figuras repraesentarunt*. Etiam paulo ante absolute legitur μορφώσαντες. Caeterum illud ἀλλάξ. et μορφοπ. allusio est ad Iesai. 44, 9 sqq..

6. οἱ τούτων ... φθείρουσιν] Orig. c. Cels. I. c. 5: μὴ εὔλογόν ἐστι τὰ ὑπὸ φαυλοτάτων δημιουργῶν καὶ μοχθηρῶν τὸ ἦθος εἰργασμένα εἶναι θεούς, πολλάκις καὶ ὑπὸ ἀδίκων ἀνθρώπων κατασκευασθέντα.

7. λέγεσθαι] Sic H. Stephanus (l. c. p. 49) bene pro λέγεσθε coniectavit in codd. mstis obvio; textui inseruerunt Morell., Maran., Thalemann., Braun., Trollop..

1. δέεσθαι] Thalemann. voluit scribi δεῖσθαι. Sed illa forma comparet etiam Apol. II. c. 14 fin. ac Quaestt. et Respp. ad Orthod. 77. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 220. — Tertullian. ad Scap. c. 2: „Non enim eget deus, conditor universitatis, odoris aut sanguinis alicuius; haec enim daemoniorum pabula sunt.“ Similiter saepe alii Patres.

2. προσειλήφαμεν] Hic et paulo infra Grabius monitu H. Stephani (in edit. Epist. ad Diogn. p. 52) et Sylburgii mallet προειλήφαμεν, Thalemann. παρειλήφαμεν. Sed Iustinus, ut iam Maranus observavit, saepius hanc vocem usurpat ad ea significanda quae a Christo eiusque apo-

pendo et caedendo et fundendo et tundendo? Immo ex inhonestis saepe vasibus posteaquam formam tantum artificiose mutarunt atque effigiem induxerunt deos cognominant. Quod quidem non solum a ratione alienum esse censemus sed etiam contumeliose in deum fieri, cuius, gloriam et formam non enarrabilem habentis, nomen rebus corruptioni obnoxiis et assiduam curam requirentibus imponitur. Atque horum artifices impudicos et omni vitio, ne singula recenseam, deditos esse accurate nostis; etiam suas ancillas, dum secum laborant, stuprant. O stuporem, incontinentes homines deos ad colendum fingere dici et transformare, ac fanorum, in quibus illi collocantur, tales constituere custodes: quippe non intelligentes nefas esse cogitatu et dictu homines deorum esse custodes!

10. Enimvero materialibus hominum donis deum non indigere accepimus, ipsum omnia largiri cernentes; illos vero solos ei probari didicimus et persuasum habemus et credimus, qui insita ei bona imitantur, temperantiam et iustitiam et humanitatem, et quaecumque propria dei sunt, qui nullo nomine imposito vocatur. Porro eum, quum bonus sit, omnia initio ex informi materia propter homines condidisse didici-

stolis edocti sunt Christiani.

3. τὴν ἀρχὴν] Langus: *in principio (anfangs)*. Maranus: *ab initio (von Anfang an)*. Braunius: *omnino (überhaupt, schlechthin*; non semper tamen, si id significat, locum negativam continere sententiam necesse est, cf. v. c. ev. Ioann. 8, 25, Herod. Histor. I. c. 9). Haec tria formulae τὴν ἀρχὴν inesse quis negaverit? Sed recte vidit Ritterus (Animadvv. in primam S. Iustini Apolog. p. 12) dumtaxat primitivam significationem nostro loco valere, praesertim quum in eadem fere sententia c. 59. p. 92. D (πῶς τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τίνων ἐδημιούργησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἔφη οὕτως· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν etc.) nihil aliud nisi *primitus* (ἐν ἀρχῇ) denotare queat (coll. Apol. II. c. 6. p. 44. E). Praeterea bis occurrit in eodem nostro capite, ubi etiam prima significatio praeferenda videtur, ita quidem, ut τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε creationem generis humani initio mundi et τὴν ἀρχὴν γενέσθαι οὐχ ἡμέτερον ἦν creationem innuat singulorum hominum, quorum tempore procedente cuivis fuit initium; quod si non statueris, illam particulam priori loco *omnino* vertendam esse et altero certe abundare concedas oportet.

4. ἐξ ἀμόρφου ὕλης] Haec verba Halloixius (S. Iustini Phil. et Mart. vita et docum. Duaci 1622. Fol. p. 329) tamquam spuria eiecit,

φου ὕλης δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα· οἳ ἐὰν [5] ἀξίους τῷ ἐκεί- 15
νου βουλεύματι ἑαυτοὺς δι' ἔργων δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀνα- C
στροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρ-
τους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. Ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ
ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον διὰ τὸ ἑλέσθαι τοὺς
αἱρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας κα-
ταξιωθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι οὐχ ἡμέτερον ἦν·
τὸ δ' ἐξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους δι' ὧν αὐτὸς
ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς. D
Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι [6] τῷ μὴ εἴργεσθαι
ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. [7] Ἅπερ γὰρ
οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι ταῦτα [8] ὁ λόγος
θεῖος ὢν εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολ-
λὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν
ἑκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν, [9] ὧν E
οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν.

11. [1] Καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς,
ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ 16
θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ [2] τοῦ ἀνεταζομένους ὑφ' ὑμῶν ὁμολο-

„quod materiam deo coaeternam supponant". Langus: *ex nihilo et non ex informi materia.* Sed vide librum meum de Iustini Martyr. scriptis et doctrina p. 180 sq. et Semisch. *Justin der Märtyr.* P. II. p. 334 sqq..

5. *ἀξίους τῷ ἐ. βουλεύματι*] „With respect to his counsel." *Trollopius.* — Sylburgius aptius (?) dicit *βουλήματι* et mox *συμβασιλεύσοντας*.

6. *τῷ μὴ εἴργ.*] „In respect to their not being restrained." *Trollopius.* — Sylburgius ferme convenientius dicit *τὸ* pro *τῷ*.

7. *Ἅπερ*] Hoc pro vulg. *ὅπερ* legendum probe Davisius notavit adstipulantibus Gallandio et Braunio; ergo recepi: secutus est meum exemplum Trollopius. Minus probabile Perionius mutavit *ταῦτα* in *τοῦτο*, ut respondeat singulari *ὅπερ*.

8. *ὁ λόγος θεῖος ὢν*] Perion. et Thalemann. proposuerunt *ὁ λ. θ. ἄν.* Sed tum scribendum erat *ὁ θεῖος λόγος*. Thirlb. et Maran. maluerunt *ὁ λ. θεὸς ὤν*. At haec emendatio non necessaria est, quum *θεὸς* (sine artic.) et *θεῖος* idem valeant; nimirum opponitur *ὁ θεὸς* s. *ὁ ὄντως θεὸς* (c. 13. p. 60. E. al.). Iam a Philone de somn. I. p. 655 ed. Mang. distinguuntur *λόγος ὁ ἐν καταχρήσει θεὸς* (*δεύτερος θεὸς* sive simpliciter *θεός*, *εἰκών*, *σκιὰ τ. θεοῦ*) et *εἷς ἐν ἀληθείᾳ θεός*. Augustinus in Genes. 83, 10: „Articulo evidentissime solet veri dei unius fieri significatio." Quem usum si observaveris, facile expedies locum Ioann.

mus; quos quidem, si dignos se operibus illius consilio exhibuerint, adepturos accepimus ut cum eo degant atque una regnent corruptionis et perpessionis expertes. Quemadmodum enim initio non exsistentes creavit, eodem modo futurum credimus ut qui elegerint quae ipsi placent ob hanc eligendi rationem immortalitate et dei convictu dignentur. Nam ut initio fieremus in nobis situm non erat: ut autem ea quae ipsi placent sequamur adhibitis quas donavit rationalibus facultatibus, persuadet nobis et ad fidem nos adducit. Atque id quidem ad omnes homines pertinere arbitramur, eo quod non arceantur ab his discendis, sed potius hortatu ad ea incitentur. Quae enim non potuerant leges humanae perficere ea logos quippe divinus praestitisset, nisi mali daemones, sociam ad omnia et adiutricem adhibentes malam in unoquoque et variam natura cupiditatem, in vulgus sparsissent multa falsa et impia crimina, quorum nullius conscii nobis sumus.

11. Vos autem, audientes regnum a nobis exspectari, humanum a nobis designari temere suspicamini, quum nos id quod cum deo est dicamus, ut etiam ex eo patet quod a vo-

1, 1: *καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.* — Braunius servavit quidem vulgarem lectionem, sed, non respiciens *ὢν* appositum, male de *divina doctrina* s. *religione christiana* accepit. Revera intelligendus est logos divinus, id quod insuper arguit locus simillimus in Orat. ad Gent. c. 5. p. 40. C (*ἐπιστατῶν ἡμῖν ὁ θεῖος λόγος*), ubi etiam de logo sermo est. Participium *ὢν* autem nequaquam abundat, sed per aetiologiam positum est: *divinus quum sit.* Langius (in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 979) meae interpretationi assentitur; addit vero: „Jedoch hätte noch kürzlich angedeutet werden können, in welcher Beziehung hier gerade der göttliche Logos aufzufassen sei. Er bezeichnet nämlich hier dem Zusammenhange gemäss die göttliche Vernunft, offenbar in der geschaffenen Welt, wodurch die Menschen, was die Gesetze nicht bewirken konnten, zur Erkenntniss der Wahrheit würden gelangt seyn, wenn es die Dämonen nicht verhindert hätten.“

9. *ὢν*] Pertinet ad *κατηγορήματα.* Cf. c. 28 fin..

1. *Καὶ ὑμεῖς* etc.] Recte Hagenbach. (*Lehrb. d. Dogmengesch.* P. I. ed. 2. p. 191): „Diese Stelle spricht gegen die Hoffnung eines menschlichen politischen Reiches, nicht aber gegen die eines tausendjährigen Gottesreiches“ [Dial. c. Tr. c. 81]. Cf. Semisch. *Justin. d. Märtyr.* P. II. p. 117. n. 3.

2. *τοῦ ἀνεταξ.*] Thalemann. et

γεῖν εἶναι Χριστιανούς, [3] γινώσκοντες τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον
τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται. Εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσ- 59
εδοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν· ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς [4] τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, [5] τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου.

12. [1] Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, οἳ ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν θεὸν κακόεργον ἢ πλεονέκτην ἢ ἐπίβουλον ἢ ἐνάρετον ἀδύνατον εἶναι,
καὶ ἕκαστον ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν B
πράξεων πορεύεσθαι. Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ᾑρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ [2] τύχῃ ἀγαθῶν καὶ τῶν κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη. [3] Οὐ γὰρ
διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶνται λαν- C
θάνειν ἀδικοῦντες, ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι ἀδικοῦσιν· [4] εἰ ἔμαθον καὶ ἐπείσθησαν θεὸν ἀδύ-

Trollop. legerunt τοῦ τοὺς ἀνεταζ..

3. γινώσκοντες] Perion. et Pearson. coniecerunt γινώσκοντας. Sed vide Cohort. ad Gent. c. 4 (ἐναντίοι) et c. 7 (δυνηθέντες), ubi etiam nominativus cum infinitivo invenitur.

4. τὸ νῦν] Thirlbio τὰ νῦν aptius videtur.

5. τοῦ καὶ πάντως] H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 46) post τοῦ addidit σώματος. Alii fortasse, inquit Thirlbius, argutiores legent τὸ καὶ πάντως ἀπ. ὀφειλόμενον. Grabius vocem παντὸς ob proximum illud πάντως excidisse putavit. Sed (Maran.) si quid addendum, παντὶ addendum esset, ut in Apol. II. c. 11: πάντως παντὶ... θανεῖν ὤφείλετο. Illud ἀποθανεῖν cum articulo est dictum loco substantivi.

1. Ἀρωγοὶ ... ἀνθρώπων] Adeo non regnum affectamus aut novis rebus studemus (quod temere suspicamini), ut etiam auxilio vobis magno simus in administrando orbis vestri imperio. *Thirlbius*. — Stephan. (ex Reg.) ἀῤῥωγοί. Mox Perion. pro ὡς λαθεῖν vult τὸ λαθ., Sylburg. καὶ λαθ., sine causa.

2. τύχῃ ... εἴη] Sylburgio τύχοι ... εἴη scriptum videtur. Haec modi varietas non est quod nos offendat: vid. c. 2. not. 8.

3. Οὐ γὰρ διὰ etc.] Davis. et Thirlb. legerunt Οἱ (Trollop. Οἱ inepte) γὰρ διὰ etc.: *Qui enim propter leges et poenas a vobis consti-*

bis interrogati fateamur nos esse Christianos, quamvis mortis poenam confitenti positam sciamus. Nam si humanum regnum exspectaremus, utique negaremus ne occideremur, et latere conaremur ut quae exspectamus consequeremur; sed quia spes in rebus praesentibus positas non habemus, interfectores parvi pendimus, praesertim quum mors omnino declinari nequeat.

12. Prae omnibus autem hominibus adiutores vobis et auxiliarii ad pacem sumus, qui haec docemus, fieri omnino non posse ut deum lateat maleficus aut avarus aut insidiator aut virtute praeditus, et unumquemque ad aeternam sive poenam sive salutem pro meritis actionum proficisci. Nam si haec omnibus hominibus cognita essent, nemo vitium ad breve tempus eligeret, quum sciret se ad aeternam ignis condemnationem proficisci, sed sese omnino contineret ac virtute exornaret, ut bona quae a deo promittuntur consequeretur et supplicia fugeret. Non enim propter positas a vobis leges et poenas latere conantur iniuste agentes, sed quum se consequi posse sciant ut vos utpote homines lateant, iniuste agunt; si didicissent et persuasum haberent fieri non posse ut deum

tutas contendunt latere iniuste agentes (quoniam vero sciunt fieri posse ut vos, utpote qui homines estis, lateant, iniuste agunt) si edocti essent etc.: Perion. coniecit *καὶ εἰ ἔμαθον*, Sylburg. *εἰ δ' ἔμαθον*, Thalemann. *εἰ δ' οὖν ἔμαθον*. Braun. post *ἀδικοῦντες* voluit interrogandi signum poni et particulam adversativam *δὲ* post *εἰ* hoc modo: *Nonne ob leges ac poenas a vobis constitutas latere student ii qui iniuste agunt? Homines autem* etc.. At cum Rittero (Animadvv. in primam S. Iustini Apolog. p. 13) magnopere vereor, „ne haec mutatio signorum significationi *οὐ γὰρ* vim inferat, quae in serie orationis, qualis nostra est, interrogationi haud inservire possit." — Intellexit locum Maranus: „Hic enim Iustinus quam potentior sit humanis legibus christiana doctrina demonstrat hoc argumento, quod spem fallendi ista praeripiat, hae vero relinquant. Statuit itaque latendi studio in hominibus improbis non auctoritatem legum commendari sed infirmitatem argui, nec legum metu ac reverentia latebras ad facinus quaeri sed spe facinoris abscondendi, quae si tollatur, non iam facinus committetur."

4. *εἰ ἔμαθον . . . κἂν . . . ἦσαν*] Potest posterius commation dictum esse pro *καὶ (etiam) διὰ . . . ἂν ἦσαν*. Sed cf. c. 11: *εἰ . . . προσεδοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα*. — De sententia cf. Tertullian. Apol. c. 45 et Lactant. Institt. div. V. c. 8.

νατον εἶναι λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραττόμενον ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον, κἂν διὰ τὰ ἐπικείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν, ὡς καὶ [5] ὑμεῖς συμφήσετε. Ἀλλ' ἐοίκατε δεδιέναι μὴ πάντες δικαιοπραγήσωσι καὶ ὑμεῖς οὓς [6] κολάσετε ἔτι οὐχ ἕξετε· δημίων δ' ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' οὐκ ἀρχόντων ἀγαθῶν. Πεπεί- D σμεθα δ' ἐκ δαιμόνων φαύλων, οἳ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγως βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θεραπείας, [7] καὶ ταῦτα, ὡς προέφημεν, ἐνεργεῖσθαι· ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, οἵ γε εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι [8] πρᾶξαι ὑπειλήφαμεν. Εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, πράττετε ὃ δύνασθε. [9] Τοσοῦτον δὲ δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀλη- E θείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. Ὅτι δ' [10] οὐ καλλιερήσετε, ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, [11] οὗ βασιλικώτατον καὶ δικαιότατον ἄρχοντα μετὰ τὸν γεννήσαντα θεὸν οὐδένα οἴδαμεν ὄντα. Ὃν γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας ἢ πάθη ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιροῦνται πάντες, οὕτως καὶ ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃ ὁ 60 λόγος μὴ δεῖν αἱρεῖσθαι ὁ νουνεχὴς [12] οὐχ αἱρήσεται. Γενήσεσθαι ταῦτα πάντα προεῖπε, [13] φημί, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος καὶ τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ υἱὸς καὶ [14] ἀπόστολος ὢν

5. ὑμεῖς] Ita pro vulg. ἡμεῖς in textu primus posuit Braunius.

6. κολάσετε] Codd. msti κολάζετε. Illud dedit Braunius monitu Sylburgii. Is etiam commendavit κολάζητε, id quod Trollopius recepit. — Mox Stephan. οὐκ pro οὐχ.

7. καὶ ταῦτα] H. e. perversum istum metum ne omnes iuste agant neve adsint qui puniantur. Cf. c. 5.

8. πρᾶξαι] H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 82) perperam posuit πράξειν. — Ad εὐσ. κ. φιλ. cf. Apologiae inscriptionem; spectant ad Antoninos Pium et Philosophum.

9. Τοσοῦτον ... ἐρημίᾳ] Citavit hunc locum Ioannes Damasc. Sacr. Parallel. (Opp. ed. Lequien Tom. II) p. 446. Non autem agnovit prius καί. — Sensus: Principes isti plus non possunt quam latrones.

10. οὐ καλλιερήσετε] Perspicuum est Iustinum de iniusta Christianorum nece expostulare ac imperatores litaturos [h. e. prosperos successus habituros] negare, si veritatem consuetudini posthabeant et, ut solent latrones in solitudine, Christianos furori suo immolent —: idque ab ipso logo demonstratum esse declarat. *Maranus.*

11. οὗ] Hoc relativum pro vulg. οὐ probe Thalemann., Braun., Trollop. textui inseruere. — De gradu superlativo βασιλικώτατον locum comparativi obtinente vide Cohort. ad Gent. cc. 9. 35 (πρεσβύτατος), c. 12 (ἀρχαιοτάτην), c. 21 (πρώτους).

quidquam lateat, non modo factum sed etiam cogitatum, utique propter impendentia supplicia honestatem omnino colerent, id quod vos quoque concedetis. Sed speciem datis metuentium ne omnes quae iusta sunt faciant neve iam habeatis in quos animadvertatis; carnificum vero id foret, non bonorum principum. Persuasum autem habemus operatione malorum daemonum, qui ab hominibus praeter rationem viventibus hostias et cultum petunt, haec quoque, ut iam diximus, fieri: vos autem, qui pietatis et philosophiae studiosi estis, nihil praeter rationem facturos arbitramur. Sin vos quoque ut homines insipientes veritati consuetudinem anteponitis, facite quod potestis. Tantum autem possunt ipsi principes, si veritati opinionem anteponant, quantum latrones in solitudine. At vos minime litaturos logos declarat, quo magis regium iustumque principem secundum genitorem eius deum novimus neminem. Quemadmodum enim paupertatem aut morbos aut ignominiam haereditate a parentibus accipere omnes detrectant, sic etiam quaecumque logos eligi non debere praeceperit vir sanae mentis haud eliget. Futura haec omnia praedixit, inquam, magister noster et parentis omniumque dominique

Cf. Hermann. ad Viger. (ed. 4) p. 717 sq.. et Waterland, Defense

12. οὐχ αἱρήσεται] Grabius non male subintellexit: *etiamsi patrio more sint recepta*. Frustra Sylburgius coniecit οὐκ ἀρνήσεται (*non negaverit*).

13. φημί] Refertur hoc verbum ad ea quae paulo ante dixit Iustinus, nempe imperatores non litaturos si Christianos mactent, idque a logo demonstrari et doceri. Quare non incommode illud *inquam* usurpat, ubi explicare instituit, quomodo logos docuerit i n a n e s f o r e p e r s e c u t o r u m c o n a t u s [contra Christianos]. Duplici enim rationis momento veritatem Christi praedictionis [Matth. 10, 16 sqq. 24, 9 al.] demonstrat. Ac primum quidem repetit ex ipsius Christi maiestate, qui, cum summum exerceat cum patre imperium, Christianos suos ita roborabit, ut quaecumque fugere praeceperit ab iis refugiant, ut alii homines a paupertate et morbis et ignominia refugere solent. Sed quia de Christi divinitate non fatebantur ethnici, aliud argumentum repetit Iustinus ex ipso praedicationis eventu, quo Christianos ita firmari et roborari docet, ut ipsa persecutio addat animos, nedum persecutores optatos sibi successus polliceri possint. Grabius cum sententiae seriem minus videret, lacunam et hiatum suspicatus est. *Maranus*.

14. ἀπόστολ. ὢν Ἰησ.] Coll.

Ἰησοῦς Χριστός, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχή-
καμεν. Ὅθεν καὶ βέβαιοι γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιδαγμένα ὑπ'
αὐτοῦ πάντα, ἐπειδὴ ἔργῳ φαίνεται γινόμενα ὅσα φθάσας γε-
νέσθαι προεῖπεν· ὅπερ θεοῦ ἔργον ἐστί, πρὶν ἢ γενέσθαι [15] εἰ- B
πεῖν καὶ οὕτως δειχθῆναι γινόμενον ὡς προείρηται. Ἦν μὲν
οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις παυσαμένους μηδὲν προστιθέναι, λογισα-
μένους ὅτι δίκαιά τε καὶ ἀληθῆ ἀξιοῦμεν· ἀλλ' [16] ἐπεὶ γνωρίζο-
μεν οὐ ῥᾷον ἀγνοίᾳ κατεχομένην ψυχὴν συντόμως μεταβάλλειν, (9
ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι τοὺς φιλαλήθεις μικρὰ προσθεῖναι προεθυμή-
θημεν, εἰδότες ὅτι οὐκ ἀδύνατον ἀληθείας παρατεθείσης ἄγνοι-
αν φυγεῖν.

13. Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμεν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ C
παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων,
ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας [1] ἐφ' οἷς
προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες, μόνην ἀξίαν αὐ-
τοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατρο-
φὴν γενόμενα οὐ πυρὶ δαπανᾶν ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις
[2] προσφέρειν, ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας διὰ λόγου [3] πομπὰς D
καὶ ὕμνους πέμπειν ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι καὶ τῶν εἰς εὐρω-
στίαν πόρων πάντων, [4] ποιοτήτων μὲν γενῶν× καὶ μεταβολῶν ὡ-
Note ρῶν, καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν
αὐτῷ [5] αἰτήσεις πέμποντες, — τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει;
Τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν καὶ εἰς τοῦτο γεννη-
θέντα Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλά-

Hebr. 3, 1. — Cf. c. 63 (bis): ἄγγελος καλεῖται καὶ ἀπόστολος.

15. εἰπεῖν] Infinitivum, quem omnes probant, iam Langus in versione expressit; fluxit scriptura vulgaris εἶπε, quam equidem (accedente Trollopio) e textu eieci, a praecedente προεῖπεν.

16. ἐπεὶ ... φυγεῖν] Haec verba ex Iustino repetivit Irenaeus adv. haeres. III. c. 2. §. 3: „Si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnimodo impossibile est errorem effugere apposita veritate."

1. ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν] Lang.: *in oblationibus* (panis et vini in sacramento eucharistiae —: Grab.) *quas offerimus omnibus*. Maran.: *in his omnibus quae offerimus*. At *offerre* apud Patres non est προσφέρεσθαι sed προσφέρειν. × Recte igitur Höfling. (*Die Lehre Justins d. Märt. vom Opfer im chr. Cultus*. Erlang. 1839. p. 6): „für Alles was wir zu uns nehmen und

+ Bunsen would read πόρων, πάντων ποιητῶν καὶ γενητῶν. Hippolytus, I. 219, note.

dei filius et apostolus Iesus Christus, a quo etiam habuimus ut Christiani appellaremur. Unde etiam confirmamur in omnibus quae ille docuit, quandoquidem re ipsa videmus evenire quaecunque futura praedixit; quod quidem dei opus est: res ante quam fiant dicere atque ita factas exhiberi ut praedictae sunt. Licebat igitur nobis hoc loco desinentibus nihil amplius addere, quum consideraverimus iusta nos et vera postulare: sed quia difficile esse novimus mentem ignoratione obsessam subito immutari, pauca ad veritatis amatores persuadendos adiicere statuimus, haud ignari posse fieri ut veritate proposita ignoratio profligetur.

13. Quis igitur sanae mentis homo non fatebitur atheos nos non esse, qui opificem huius universitatis colimus, eum sanguine et libationibus et suffimentis non indigere, ut edocti sumus, asseveramus, verbis, precationem gratiarumque actionem habentibus, pro omnibus quibus vescimur eum, quantum possumus, laudamus (quum hunc solum cultum eo dignum esse acceperimus: ea quae ab illo ad alendum creata sunt non igne consumere sed nobis et indigentibus offerre, illi autem gratos nos exhibentes verbis pompas et hymnos celebrare pro creatione et omnibus ad bonam valetudinem adiumentis, generum qualitatibus et tempestatum vicissitudinibus), et, ut rursus incorrupti fiamus, per fidem quae nobis in eum est preces fundimus? Nostrum autem harum rerum doctorem et natum ad hoc munus Iesum Christum, sub Pontio Pilato, in Iu-

geniessen." Hanc interpretationem ea firmant quae statim adiiciuntur: *μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν* usque ad *καὶ ὕμνους πέμπειν.* Cf. c. 67: *Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων.* — Formula *ὅση δύναμις* c. 67 repetitur; vide quae ibi adnotavi.

2. *προσφέρειν*] *Fruenda offerre.*

3. *πομπὰς*] *Πομπαὶ* hic non ritus sunt vel caerimoniae (Maran.), sed preces solemni modo recitatae (Grab.). Eodem modo *πομπή* ad orationis splendorem transfertur in Platonis Axioch. p. 359. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. XI. p. 192).

4. *ποιοτήτων μ. γενῶν*] Res enim naturae sunt optime comparatae. *Γένη* forsan dictum de elementis. Cf. Pape *Hdwtb. d. gr. Spr.* in vv. illis.

5. *αἰτήσεις*] Thirlb. coniectavit *αἰνέσεις*, ut etiam verba *ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι* etc. ad *αἰν. πέμπ.* queant referri. Non muto.

του, τοῦ γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος E
ἐπιτρόπου, [6] υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευ-
τέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει ὅτι
[7] μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν
καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα 61
θεὸν καὶ [8] γεννήτορα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι δι-
δόναι ἡμᾶς λέγοντες, ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσ-
έχειν ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπόμεθα.

14. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι μὴ οἱ προδιαβεβλη-
μένοι ὑφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς καὶ ἀποτρέψωσι τοῦ
ὅλως ἐντυχεῖν καὶ [1] συνεῖναι τὰ λεγόμενα (ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν
ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφα- B
νείας, ποτὲ δ' αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους), [2] ὃν
τρόπον καὶ ἡμεῖς μετὰ τὸ τῷ λόγῳ πεισθῆναι ἐκείνων μὲν ἀπέ-
στημεν, θεῷ δὲ μόνῳ [3] τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἑπόμεθα· [4] οἱ
πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπα-
ζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, [5] ἀγαθῷ καὶ ἀγεν-

6. υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως θεοῦ] Thirlb. commendavit υἱὸν αὐτὸν τοῦ ὄντως ὄντος θεοῦ. Melius propter minorem mutationem fuerit υἱὸν αὐτὸν τοῦ ὄντως θεοῦ.

7. μετὰ λόγου] Fortasse μετὰ [τὸν] λόγον (*post logon*), praesertim quum statim sequatur: μετὰ τὸν ἄτρεπτον κ. ἀ. ὄ. θεόν. Nihil vero mutandum. Nam antea Christus neutiquam nomine λόγου sed υἱοῦ τοῦ ὄντως θεοῦ notatus erat; atque μ. λ. idem valere ac *non sine ratione* („auf vernünftige Weise") ex sequentibus patescit: ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν κ. τ. λ.. Cf. simillimum locum c. 6: λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες.

8. γεννήτορα τῶν ἁπάντων] Similiter sexcenties Iustinus. Vulgo hic legitur γεννήτορα τὸν ἁπάντων. Lectio a me (et a Trollopio) recepta inde confirmatur quod in caeteris casibus ista constructio apud nostrum scriptorem non reperitur: nusquam ὁ ποιητὴς (s. πατὴρ) ὁ πάντων (s. ὅλων) vel τοῦ ποιητοῦ τοῦ πάντων vel τῷ ποιητῷ τῷ πάντων, sed tantum τὸν ποιητὴν τὸν πάντων (c. 58. Dial. c. Tr. c. 56 et 60), ubi τὸν facile errore pro τοῦ scribi potuit. — Ad sententiam quod attinet, cf. Lucian. de morte Peregrin. c. 11: τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα. Alia eiusmodi testimonia Semisch. *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 128 attulit.

1. συνεῖναι] Davis., Maran. (in Add.), Galland., Braun. συνιέναι censuere legendum esse. Cur autem,

daea temporibus Tiberii Caesaris procuratore, crucifixum, quem veri dei filium esse edocti sumus et secundo loco habemus, Spiritumque propheticum tertio ordine cum ratione a nobis coli demonstrabimus. In hoc enim insaniae nos accusant, post immutabilem et sempiternum deum et parentem omnium homini crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, ignorantes huius rei mysterium, quod dum exponimus ut attente audiatis hortamur.

14. Denuntiamus enim vobis cavendum esse ne supra exagitati a nobis daemones vos decipiant atque ab iis quae dicimus omnino legendis et intelligendis avertant (valde enim contendunt ut vos servos et ministros habeant, ac nunc quidem per somniorum visa, nunc per magicas praestigias eos omnes capiunt qui de sua salute nihil laborant), quemadmodum etiam nos, postquam logo credidimus, ab istis quidem descivimus, solum vero ingenitum deum per filium sequimur: qui olim stupris gaudebamus, nunc castimoniam unice amplectimur; qui magicis etiam artibus utebamur, bono et ingenito

Ritterus (Animadvv. in primam S. Iustini M. Apolog. p. 14) recte ait, forma aoristi II. verbi *συνίημι* mutanda sit cum praesenti tempore, non intelligimus, inprimis praecedente aoristo *ἐντυχεῖν*.

2. *ὃν τρόπον*] Haec referenda sunt ad cautionem adversus daemonum insidias. Ethnicos monet Justinus ut caveant ne decipiantur a daemonibus et a christiana religione abducantur: tum ait Christianos ad hunc modum, id est dum fraudes daemonum perspiciunt et christianae doctrinae assentiuntur, a daemonibus discessisse. *Maranus.*

3. *τῷ ἀγεννήτῳ*] Semisch. *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 258. n. 1: „Der Titel *ἀγέννητος* ist bei Justin fast stehende Bezeichnung des göttlichen Wesens.“ Dial. c. Tr. c. 5: *μόνος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὁ θεὸς καὶ διὰ τοῦτο θεός ἐστιν.* Apol. II. cc. 6. 12. 13. Cf. Baumgarten-Crusius *Compend. d. christl. Dogmengesch.* Tom. II. ed. Hase. p. 141.

4. *οἱ πάλαι* etc.] Hoc argumentum, ex mirifica rei christianae vi in hominum animos petitum, ad divinam illius originem probandam maxime idoneum erat. Cf. insignes locos Epist. ad Diogn. c. 5 sq. et Lactant. Institt. div. III. c. 26. Alios permultos laudavit Semisch. l. c. p. 191 sqq., coll. Neander *Allg. Geschichte d. chr. Rel. u. Kirche* ed. 2. Sect. I. Tom. 1. p. 428 sqq..

5. *ἀγαθῷ*] Fortassis *νῦν* (ut antea et deinceps) praeponendum est.

νήτῳ θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· [6]χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοι- C
νὸν φέροντες καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες· οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη [7]καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως [8]οἱ κατὰ τὰς 21
τοῦ Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες εὐέλπιδες ὦσι σὺν D
ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος θεοῦ τυχεῖν. Ἵνα δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διδαγμάτων ἐπιμνησθῆναι καλῶς ἔχειν [9]πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἡγησάμεθα, καὶ ὑμέτερον ἔστω [10]ὡς δυνατῶν βασιλέων ἐξετάσαι εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. [11]Βραχεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν· οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν. E

15. [1]Περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης τοσοῦτον εἶπεν· [2]Ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ θεῷ. Καί· [3]Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν· συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μετὰ τῶν δύο πεμφθῆναι εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. Καί· [4]Ὃς γαμεῖ ἀπολελυμένην ἀφ' ἑτέ- 62 22
ρου ἀνδρὸς μοιχᾶται. Καί· [5]Εἰσί τινες οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰσὶ δὲ οἳ ἐγεννήθησαν εὐνοῦχοι, εἰσὶ δὲ

6. χρημ. δ. κ. κτημ.] Κτήματα res sunt quae moveri non possunt, χρήματα vero mobiles. Κτήματα γάρ ἐστι κτητὰ ὄντα, καὶ χρήματα χρήσιμα ὄντα καὶ εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων παρεσκευασμένα ὑπὸ τοῦ θεοῦ — Clem. Alex. Quis dives salv. c. 14. *Braunius.*

7. καὶ ἑστίας] Ita codd. msti. Voculam καὶ Grab., Maran., Thalemann., Braun. causa non allata omiserunt. H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 58 sq. et 72) scribi maluit τραπέζας καὶ ἑστίας, quum mox sequatur ὁμοδίαιτοι γινόμενοι. Sed monente Sylburgio nostra scriptura bene se habet, si καὶ capiatur ἐπιτατικῶς = *etiam*. — Illud διὰ τὰ ἔθη *(ob diversa instituta)* pertinet ad verba καὶ ἑστίας κ. μ. ποιούμενοι.

8. οἱ κατὰ etc.] Maranus illud οἱ, quamvis non repugnet, commode tamen expungi posse censet.

9. πρὸ τῆς ἀποδείξεως] Hanc demonstrationem c. 13 promiserat.

10 ὡς δυνατῶν] Legendum putavit H. Stephan. (l. c. p. 90) ὡς

deo nos consecravimus; qui pecuniarum et possessionum vias prae omnibus rebus adamabamus, nunc etiam ea quae possidemus in commune conferimus et cum indigentibus quibusque communicamus; qui mutuis odiis et caedibus pugnabamus et cum iis qui tribules nostri non essent propter instituta etiam communem focum non habebamus, nunc post Christi apparitionem convictores sumus, et pro inimicis oramus, et qui nos iniquis odiis prosequuntur eos suadendo flectere conamur, ut qui secundum praeclara Christi praecepta vixerint bonam spem habeant eadem se ac nos a dominatore omnium deo consecuturos. Ne autem vos decipere videamur, operae pretium esse duximus pauca quaedam ex ipsius Christi praeceptis ante, quam ad demonstrationem veniamus, commemorare: ac vobis convenit ut potentibus regibus dispicere an revera haec docti simus et doceamus. Breve autem et concisum fuit illius dicendi genus; non enim sophista erat, sed virtus dei oratio eius fuit.

15. Itaque de castitate tantumdem dixit: *Qui inspexerit mulierem ut eam concupiscat iam moechatus est in corde apud deum.* Et: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum; conducit enim tibi luscum te potius ingredi in regnum coelorum, quam duos oculos habentem mitti in aeternum ignem.* Et: *Qui ducit repudiatam ab altero viro moechatur.* Et: *Sunt quidam qui eunuchi facti sunt ab hominibus, sunt qui nati sunt eunuchi, sunt qui se ipsi eunuchos fecerunt pro-*

δὴ συνετῶν, quia ad eiusmodi rerum considerationem non potentia opus est sed sapientia. Sed quo maior erat imperatorum potestas, eo magis illos decebat veritatis inquisitio, praesertim in his rebus ob quas homines innocentes damnabantur. *Maranus.*

11. *Βραχεῖς* etc.] Nota Sophistarum loquacitas. Clem. Alex. Strom. I. c. 3. — Cf. Matth. 7, 29.

1. *Περὶ μὲν οὖν* etc.] Martyr ea prae caeteris morum praecepta exhibuit quae rei christianae propria sunt refellendisque criminationibus quam maxime apta.

2. *Ὃς ... θεῷ*] Matth. 5, 28.

3. *Εἰ ... πῦρ*] Matth. 5, 29 coll. 18, 9 et Marc. 9, 47.

4. *Ὃς ... μοιχᾶται*] Matth. 5, 32 coll. Luc. 16, 18.

5. *Εἰσὶ ... χωροῦσιν*] Matth. 19, 12.

οἳ [6] εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν. [7] Ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ [8] διγαμίας ποιούμενοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· [9] οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ ἀλλὰ καὶ ὁ B
μοιχεῦσαι βουλόμενος, ὡς οὐ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ θεῷ ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. [10] Καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. Τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων καὶ ταῦτα μαθόντων; Οὐ γὰρ τοὺς δικαίους οὐδὲ τοὺς σώφρονας εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστός, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀκολάστους καὶ ἀδίκους. C
Εἶπε δὲ οὕτως· [11] Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. [12] Θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ. Περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας ταῦτα ἐδίδαξεν· [13] Εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί

6. *εὐνούχισαν*] Stephan. male *εὐνούχησαν*.

7. *Ὥσπερ*] Melius (Davis.) legeretur *ὥστε*, quum quae sequuntur colligantur ex verbis antecedentibus. Vulgo *οὕτω* supplent ante *καὶ οἱ προσβλέποντες*.

8. *διγαμίας*] Hac voce Maranus opinatus est nuptias a Iustino vituperari quae non soluto priore vinculo contrahuntur (theologi polygamiam simultaneam vocant), Braunius secundum contendit matrimonium (*τοὺς δευτέρους γάμους* s. bigamiam successivam) improbari, Thirlbius et Ritterus melius intellexerunt secundas nuptias post divortia contractas nec vetitas legibus humanis. Hic enim (Animadvv. in primam S. Iustini M. Apolog. p. 14 sq.): „Non,“ inquit, „negamus S. Iustinum improbasse secunda matrimonia successiva, quae mortua altera parte ineuntur, quemadmodum plerique veteres ecclesiae patres fecere; verum ex eo non sequitur scriptorem hoc loco illa prae oculis habuisse et nomine peccati notasse: nam improbare aliquid et pro peccato habere plurimum inter se differunt. — Notum est patres voce *διγαμία* triplici significatione uti, et primum quidem cum quis binas habeat uxores, deinde cum quis matrimonio prioris coniugis morte soluto ad secundas nuptias transierit, denique tertio loco si quis uxore secundum leges dimissa aliam duxerit. Tantum de tertii matrimonii genere hoc loco Iustinum agere ex eo patet quod in praecedenti oratione ex verbis Christi ad moechiam spectantia duo notaverat atque edixerat, primum si quis adspexisset mulierem ad concupiscendam eam, iam eum moechatum esse in corde suo, et si quis

pter regnum coelorum; sed non omnes hoc capiunt. Quemadmodum etiam qui ex lege humana digamiam ineunt peccatores sunt apud nostrum magistrum, ita et qui mulierem adspiciunt ut eam concupiscant; non enim solum ab eo eiicitur qui re ipsa moechatur sed etiam qui moechari vult, quum deo non solum facta sed etiam cogitata pateant. Ac multi sexus utriusque annos sexaginta et septuaginta nati, qui a pueris disciplina Christi imbuti sunt, incorrupti perseverant; et profiteor tales in omni hominum genere me monstraturum. Quid enim innumerabilem eorum multitudinem dicam qui ex intemperantia se receperunt et haec didicerunt? Non enim iustos neque castos ad poenitentiam vocavit Christus, sed impios et incontinentes et iniustos. Sic enim dixit: *Non veni vocare iustos sed peccatores ad poenitentiam.* Poenitentiam enim peccatoris pater coelestis mavult quam poenam. De cunctis autem hominibus diligendis ita docuit: *Si diligitis eos qui vos diligunt, quid novi facitis? Nam etiam fornicatores hoc faciunt.*

dimissam ab alio uxorem duxisset, eum item adulterium commisisse. Duo haecce genera repetit hoc addens: secundum doctrinam christianam alterum quoque hoc adulterium esse, quamvis leges humanae soluto inter vivos matrimonio ad aliud procedere permittant."

9. *οὐ γὰρ ... βουλόμενος*] Irenaeus adv. haeres. II. c. 32. §. 1 Martyris vestigiis: „Apud quem non solum qui moechatur expellitur sed et qui moechari vult."

10. *Καὶ πολλοὶ ... ἄφθοροι διαμένουσι*] Recte Semisch. (*Justin d. Märtyr*. P. II. p. 432): „Mit diesen Worten ist weiter Nichts gesagt, als dass viele Individuen beiderlei Geschlechts schon in jungen Jahren Schüler Christi geworden seien. Der Begriff des *μαθητεύεσθαι* schliesst das Getauftsein nicht nothwendig in sich; er zwingt bloss, an ein Katechumenat zu denken. Und selbst gesetzt, in *μαθητεύεσθαι* läge der Taufakt eingeschlossen, so wäre darum noch keineswegs bestimmt von der Kindertaufe die Rede. *Ἐκ παίδων*, zumal im Gegensatze von *ἑξηκοντοῦται* und *ἑβδομηκοντοῦται*, könnte eben so gut das angehende Jünglings- und Jungfrauen-Alter bedeuten." — Tertullian. de cultu feminar. II. c. 9: „Se spadonatui adsignant propter regnum dei."

11: *Οὐκ ... μετάνοιαν*] Matth. 9, 13 (Marc. 2, 17) et Luc. 5, 32.

12. *Θέλει ... αὐτοῦ*] Coll. Ezech. 33, 11.

13. *Εἰ ... ποιοῦσιν*] Matth. 5, 46. — Lucas (6, 32) *οἱ ἁμαρτωλοί*, unde fortasse putet aliquis legendum hic (pro *οἱ πόρνοι*) *οἱ πονηροί*. Sed vulgatam lectionem retinere nihil vetat. *Thirlbius*. Idem V. D. licet pro *τοῦτο* mallet *τὸ αὐ-*

καινὸν ποιεῖτε; Καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. [14]Ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω· Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ εὔ- D
χεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν ταῦτα ἔφη· [15]Παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῆτε. Εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; Τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. [16]Ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζητε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει καὶ λῃσταὶ διορύσσουσι· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου E
οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. [17]Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; Ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; Θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. Καί· [18]Γίνεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν χρηστός ἐστι καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ 63
δικαίους καὶ πονηρούς. [19]Μὴ μεριμνᾶτε δὲ τί φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε. Οὐχ ὑμεῖς τῶν πετεινῶν καὶ τῶν θηρίων διαφέρετε; Καὶ ὁ θεὸς τρέφει αὐτά. Μὴ οὖν μεριμνήσητε τί φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι τούτων χρείαν ἔχετε. Ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. Καί· [20]Μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε B
παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

16. Περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι καὶ

τό (Luc. 6, 33), non tamen mutandum existimavit.

14. Ἐγὼ ... ἐπηρ. ὑμᾶς] Matth. 5, 44 coll. Luc. 6, 27 sq..

15. Παντὶ ... ποιοῦσιν] Matth. 5, 42 et Luc. 6, (30) 34.

16. Ὑμεῖς ... ἀφανίζει] Matth. 6, 19 sq..

17. Τί ... ἀφανίζει] Matth. 16, 26 et 6, 20. Altero hoc loco (Θησ. ... ἀφαν.) non opus esse Thirlbius observavit: commodius sane repeti potuisset infra post προστεθήσεται ὑμῖν, ubi proxime sequitur: Ὅπου γὰρ ὁ θησ. ἐστ., ἐκ. κ. ὁ νοῦς ἀνθρ.. Sed standum auctoritati utriusque libri msti. — Non semper Iustinus iustum ordinem servat, idemque memoriter plerumque videtur referre ac proinde non accuratissime. Quamquam pro certo contendere ausim talibus in

Ego vero vobis dico: Orate pro inimicis vestris et diligite eos qui odio vos persequuntur et benedicite iis qui maledicunt vobis et orate pro iis qui vos vexant. Ut autem nostra communicemus cum egentibus nec quidquam gloriae causa faciamus, haec dixit: *Omni petenti date et mutuo sumere volentem ne averseminі. Si enim mutuo datis a quibus vos recepturos speratis, quid novi facitis? Hoc etiam publicani faciunt. Vos autem nolite colligere vobis thesauros in terra, ubi tinea et rubigo eos perdunt et praedones effodiunt; colligite potius vobis thesauros in coelo, ubi neque tinea neque rubigo perdunt. Quid enim prodest homini, si mundum totum lucratus fuerit, animam vero suam perdiderit? Aut quod pro ea dabit pretium? Colligite ergo thesauros in coelis, ubi neque tinea neque rubigo perdunt.* Et: *Estote autem benigni et misericordes, sicut etiam pater vester benignus est et misericors, ac solem suum oriri facit super peccatores et iustos et malos. Ne sollicite curetis quid esuri sitis aut quibus usuri vestimentis. An vos volucribus et feris non praestatis? Et deus eas alit. Ne igitur solliciti sitis quid esuri sitis aut quibus usuri indumentis; novit enim pater vester coelestis vos hisce indigere. Quaerite autem regnum coelorum, et omnia haec adiicientur vobis. Ubi enim thesaurus, illic etiam mens hominis est.* Et: *Ne haec feceritis ut ab hominibus spectemini, sin minus, mercedem non habetis a patre vestro qui in coelis est.*

16. Ut autem patientes simus et ad serviendum omnibus

locis scripturae sacrae transscribendis saepius librarios quoque peccasse, quorum errores sine dubio magna ex parte detegerentur, si plures restarent libri Martyris manu exarati. Vide Cohort. ad Gent. c. 29 (ὕστερον οὕτως· Ὅρα ποιήσεις etc.).

18. *Γίνεσθε . . . πονηρούς*] Luc. 6, 35 sq. et Matth. 5, 45. Davisius, ut sit cui πονηροὺς opponas, mavult ἀνθρώπους pro ἁμαρτωλούς. Thirlbius proponit: ἐπὶ ἁμαρτ. καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχει ἐπὶ δικ. κ. πον., praesertim quum in Dial. c. Tr. c. 96. p. 324. A. eodem fere modo legatur. Braunius censet excidisse ὁσίους. Nihil muto.

19. *Μὴ . . . ἀνθρώπου*] Matth. 6, 25 sq. (Luc. 12, 22—24) 31—33 et 21 (coll. Luc. 12, 34).

20. *Μὴ . . . οὐρανοῖς*] Matth. 6, 1.

ἀοργήτους ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι· [1]Τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα ἢ τὸ ἱμάτιον μὴ κωλύσῃς. [2]Ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ. Παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον ἀκολούθησον δύο. Λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες θαυμάζωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [3]Οὐ γὰρ C ἀνταίρειν δεῖ· οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πραότητος ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας τῶν κακῶν ἄγειν πάντας προετρέψατο. [4]Ὅ γε καὶ ἐπὶ πολλῶν τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἀποδεῖξαι ἔχομεν· ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον, ἡττηθέντες ἢ γειτόνων καρτερίαν βίου παρακολουθήσαντες ἢ συνοδοιπόρων πλεονεκτουμένων ὑπομονὴν ξένην κατανοήσαντες ἢ συμπραγματευομένων [5]πειραθέντες. Περὶ δὲ τοῦ μὴ D ὀμνύναι ὅλως, τἀληθῆ δὲ λέγειν ἀεί, οὕτως παρεκελεύσατο· [6]Μὴ ὀμόσητε ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ. Ὡς δὲ καὶ τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν εἰπών· [7]Μεγίστη ἐντολή ἐστι· Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, κύριον τὸν θεὸν E τὸν ποιήσαντά σε. Καὶ [8]προσελθόντος αὐτῷ τινος καὶ εἰπόντος· Διδάσκαλε ἀγαθέ! ἀπεκρίνατο λέγων· Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὰ πάντα. Οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοί, κἂν λέγωσιν διὰ γλώτ-

1. Τῷ ... κωλύσῃς] Luc. 6, 29. — Maranus, „si quis emendare vellit," commendavit: καὶ τὸν αἴρ. σου τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς. Sed vestigiis vulgaris contextus magis convenit (Thirlb.) non nisi ἢ mutare in καὶ — Matth. 5, 40: ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον — ita ut ad pretium utriusque vestimenti respiciatur. Cf. Baumgarten-Crusius *Comment. über das Evang. des Matthaeus* (Ien. 1844) p. 119.

2. Ὃς ... οὐρανοῖς] Matth. 5, 22. 41. 16. — Vulgo vitiose σοι (natum occasione praecedentis dativi ἀγγαρεύοντι) pro σε legitur.

3. Οὐ γὰρ ἀντ. δεῖ] Coll. Matth. 5, 39.

4. Ὅ γε καὶ etc.] Vulgo ὃ γὰρ καὶ etc.. Thalemannus coniecit ὃ γὰρ mutandum in ὅ γ' ἂν (male), Davisius pro γεγενημένων voluit γεγενημένον. Commendarunt Thirlbius: ὃ (vel ὅγε) καὶ ἐπὶ π. τ. παρ' ἡμῖν γεγενημένον ἀποδ. ἔχ., οἳ ἐκ βιαίων κ. τυραννικῶν μετέβ., Maranus: ὅ γε καὶ ... ἔχομεν, οἳ ἐκ βιαίων, Langius (in Roehrii *Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 960): ὃ καὶ ἐπὶ ... ἔχο-

parati et irae expertes quae dixit haec sunt: *Caedenti maxillam tuam praebe alteram quoque, et auferentem tunicam tuam aut pallium noli prohibere. Qui vero ira excanduerit, obnoxius est igni. Quemque autem, cogentem te ad ministerium unius milliarii conficiendi, duo comitare. Luceant vero benefacta vestra coram hominibus, ut si ea spectaverint admirentur patrem vestrum qui in coelis est.* Non enim reluctari oportet; neque nos imitatores esse malorum voluit, sed ut patientia et lenitate omnes a dedecore et cupiditate malorum abduceremus hortatus est. Quod quidem et de multis, qui apud vos fuerunt, demonstrare possumus: ex violentis et tyrannis immutati sunt, victi vel vestigata vicinorum vitae constantia vel perspecta viae comitum defraudatorum mira patientia vel explorata patientia secum negotiantium. Ne autem iuremus omnino, sed ut vera semper dicamus, sic praecepit: *Ne iuretis omnino; sit vero vestrum sane sane, et non non: quod his adiicitur malum est.* Deum autem solum colendum esse ita suasit dicens: *Maximum mandatum est: Dominum deum tuum adorabis et eum solum coles ex toto corde tuo et ex totis viribus tuis, dominum deum tuum qui te fecit.* Et accedente ad eum quodam ac dicente: *Magister bone!* respondit verbis: *Nemo bonus praeterquam solus deus qui condidit omnia.* Qui autem non ita ut docuit comperiuntur vivere co-

μεν· ἐκ γὰρ βιαίων etc.. — Equidem pro *γὰρ* exhibui *γε*. Hae enim particulae in codd. saepe confunduntur; cf. Herbst ad Xenoph. Memorab. Socr. II. c. 2. §. 5. Pro vulg. autem *παρ' ἡμῖν γεγεννημένων* vel legendum est *παρ' ἡμῖν γεγεννημένον*: *quod quidem multis nostrorum evenisse possumus demonstrare*, vel — id quod optimo iure duxi praeferendum textuique inserendum — *παρ' ὑ μ ῖ ν γεγεννημένων*: *qui vestris sacris antea adhaeserunt s. gentilia castra aliquando secuti sunt.* Nil frequentius quam istorum pronominum in codicibus (etiam Iustini) confusio. Hanc emendationem etiam Trollopius orationi inseruit.

5. *πειραθέντες*] Sic recte codd. msti; sed Grab., Thalemann., Braun., Trollop. *πειρασθέντες*.

6. *Μὴ . . . πονηροῦ*] Matth. 5, 34. 37.

7. *Μεγίστη ... ποιήσ. σε*] Matth. 4, 10 et Marc. 12, 30 coll. Luc. 10, 27.

8. *προσελθόντος . . . πάντα*] Matth. 19, 16 sq. et Marc. 10, 17 sq. coll. Luc. 18, 18 sq..

της τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας ἀλλὰ 64
τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας σωθήσεσθαι ἔφη. Εἶπε γὰρ οὕ-
τως· [9] Οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε κύριε εἰσελεύσεται εἰς τὴν
βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου
τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [10] Ὃς γὰρ ἀκούει μου καὶ ποιεῖ ἃ λέγω
ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. [11] Πολλοὶ δὲ ἐροῦσί μοι· Κύριε
κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ δυνάμεις 26
ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργά- B
ται τῆς ἀνομίας. [12] Τότε κλαυθμὸς ἔσται καὶ βρυγμὸς τῶν ὀ-
δόντων ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ ἄδικοι
πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. [13] Πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ
ὀνόματί μου, ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσω-
θεν δὲ ὄντες λύκοι ἅρπαγες· ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε
αὐτούς. [14] Πᾶν δὲ δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλόν, ἐκκόπτε-
ται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. [15] Κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως
τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστια- C
νούς, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν.

17. [1] Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις παν-
ταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐ-
τοῦ. Κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ προσελθόντες τινὲς ἠρώτων αὐ-
τόν, [2] εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τελεῖν. Καὶ ἀπεκρίνατο· Εἴπατέ μοι,
τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα ἔχει; Οἱ δὲ ἔφασαν· Καίσαρος. Καὶ
πάλιν ἀνταπεκρίνατο αὐτοῖς· Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καί- D
σαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ. Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυ-
νοῦμεν, ὑμῖν δὲ [3] πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς

9. Οὐχὶ ... οὐρανοῖς] Matth. 7, 21.

10. Ὃς ... με] Luc. 10, 16.

11. Πολλοὶ ... ἀνομίας] Luc. 13, 26 sq. et Matth. 7, 22 sq.. — Ashton (referente Trollopio) mallet οὐκ ἐνώπιόν σου ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυν. ἐποιήσαμεν. Sed sic sine dubio ipse Iustinus corrigeretur.

12. Τότε ... πῦρ] Matth. 13, 42 sq.. — Pro πέμπωνται forsitan (Davis.) πέμψωνται legendum ob praecedens λάμψωσιν.

13. Πολλοὶ ... βάλλεται] Matth. 24, 5. 7, 15. 16. 19.

14. Πᾶν δὲ δένδρ. etc.] Thirlb. (in Add.) dicit fortasse intercidisse πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ (Matth. 7, 17).

15. Κολάζεσθαι etc.] Cf. c. 8 et 7.

1. Φόρους δ. κ. εἰσφορὰς] Φόρος est *tributum annuum* (regelmäs-

gnoscantur non esse Christiani, quamvis lingua profiteantur Christi doctrinam; non enim eos qui tantum profitentur sed qui facta etiam exhibent salvos fore dixit. Ait enim sic: *Non omnis qui dicit mihi Domine domine introibit in regnum coelorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in coelis est. Qui enim me audit et quae dico facit eum audit qui me misit. Multi autem dicent mihi: Domine domine, nonne in nomine tuo edimus et bibimus et facinora edidimus? Et tunc iis dicam: Discedite a me, malefici. Tum fletus erit et stridor dentium quum iusti quidem ut sol fulgebunt, iniusti autem mittuntur in aeternum ignem. Multi enim venient in nomine meo, extrinsecus ovium pellibus induti, quum intus lupi sint rapaces; ex operibus eos cognoscetis. Omnis autem arbor, non faciens fructum bonum, exciditur et in ignem conticitur.* Caeterum qui non consentanee praeceptis eius vivunt, nomine tenus Christiani, ut puniantur etiam a vobis rogamus.

17. Tributa vero et collationes iis qui a vobis sunt ordinati ubique prae omnibus pendere contendimus, quemadmodum ab eo instituti sumus. Illo enim tempore accedentes quidam eum interrogarunt, *an Caesari tributa pendere oporteat.* Et respondit: *Dicite mihi, cuius imaginem numus habet?* Illi autem dixerunt: *Caesaris.* Et rursus respondit iis: *Reddite igitur quae Caesaris sunt Caesari, et quae dei deo.* Proinde nos solum deum adoramus, vobis autem in rebus aliis laeti

sige Steuer) vel pro capite solvendum vel fundo impositum in quemlibet rei publicae usum; εἰσφορά est *stipendium temporarium* (ausserordentliche Steuer) potissimum ex censu factum ad belli necessitates. Cf. Meyer. *Krit. exeg. Handbuch über d. Evv. d. Markus u. Lukas* (ed. 2) p. 438 et Wolf. in Schaeferi Appar. crit. et exeg. ad Demosthenem Tom. III. p. 30. — Tertullian. Apolog. c. 42: „Vectigalia gratias Christianis agent ex fide dependentibus debitum."

2. εἰ ... θεῷ] Luc. 20, 22. 25; coll. locc. parall..

3. πρὸς τὰ ἄλλα] Scil. quae ad προσκύνησιν non pertinent. — Tertullian. l. c. c. 30: „Sciunt quis illis dederit imperium; sciunt, qua homines, quis et animam; sentiunt eum deum esse solum, in cuius solius potestate sunt, a quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes et super omnes deos."

καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὑρεθῆναι. Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντα εἰς φανερὸν τιθέντων [4] ἀφροντιστήσετε, [5] οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον 27
τίσειν διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας, καὶ πρὸς ἀναλογίαν ὧν ἔλαβε E
δυνάμεων παρὰ θεοῦ τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς ἐμήνυσεν εἰπών· [6] Ὧι πλέον ἔδωκεν ὁ θεός, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ' αὐτοῦ.

18. Ἀποβλέψατε γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέθανον· [1] ὅπερ εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι [2] γενομένοις μένει καὶ κόλασις αἰωνία [3] ἀπόκειται, μὴ 65
ἀμελήσητε πεισθῆναί τε καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι. [4] Νε-

4. ἀφροντιστήσετε] H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 92) suspicatur a Iustino additum fuisse καὶ ἀναιρήσετε. Hoc minime necessarium est.

5. οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα etc.] Non ineleganter neque irreverenter (habet enim comitatis vices etsi rariores) subticet hic Iustinus quod praecipue intelligi vult, nempe imperatoribus ipsis id exitio fore; neque eos in aeternis ignibus poenas daturos esse dicit, sed omnes malos κατ' ἀναλογίαν ὧν ἔλαβον παρὰ θεοῦ δυνάμεων. *Thirlbius.*

6. Ὧι ... αὐτοῦ] Luc. 12, 48.

1. ὅπερ] H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 91) censuit ὥσπερ substituendum; sed vulg. ὅπερ est ad totam praecedentem sententiam referendum, nempe τὸ τὸν κοινὸν ἀποθανεῖν θάνατον. — Absurde Langus verba ἕρμαιον ... πᾶσιν sic reddidit: *lucrosus iniustis omnibus esset.* Nam si post mortem nihil esset, non idcirco mors malis foret lucrum. Neque hoc dicit Iustinus; sed (Thirlb.) „ut post mortem nihil sentiant et proinde puniri non possint, id vero iis lucrum magnum foret, et quod sperare merito non poterant.“ Dial. c. Tr. c. 5: Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς ἀδίκοις. Plato in Phaedon. p. 107. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 243) dixisse videtur mortem, si simul cum corpore anima periret, improbis lucrum fore: Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὑτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. Ad hunc locum Iustinus respexit. Eumdem Clemens Alex. laudavit (Strom. IV. c. 7. §. 44); quo teste (l. c.) etiam Theano Pythagorica scripserat: Ἦν

servimus, reges vos ac principes hominum esse agnoscentes et precantes ut cum regia potestate sanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quodsi nos precantes et omnia in lucem proferentes non curaveritis, nihil nos quidem capiemus detrimenti, quum credamus, vel potius persuasum habeamus, pro meritis actionum unumquemque poenas per aeternum ignem daturum, et pro proportione acceptarum a deo facultatum rationem ei redditurum, quemadmodum Christus declaravit dicens: *Cui plus dedit deus, plus ab eo etiam reposcetur.*

18. Respicite enim ad exitum cuiusque superiorum regum: communem omnibus mortem obierunt; quae si in statum sensus expertem evaderet, de lucro id esset improbis omnibus. Sed quia et sensus manet iis omnibus qui exstiterunt et poena aeterna reposita est, ne negligatis persuasum habere et credere haec vera esse. Necyomantiae enim et incorruptorum

γὰρ τῷ ὄντι τοῖς κακοῖς εὐωχία ὁ βίος, πονηρευσαμένοις ἔπειτα τελευτῶσιν, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχή, ἕρμαιον ὁ θάνατος. Cf. Isidor. Pelus. Epist. II. 203. Caeterum Plato in Apol. Socr. p. 40 ed. Steph. mortem, quae omnem sensum tolleret, non tantum malis sed hominibus cuiusvis generis fore lucrum (θαυμάσιον κέρδος) contendit.

2. γενομένοις ... μὴ ἀμελήσητε] Ita codd. msti. Legit vero H. Stephanus (l. c.) ἀπογενομένοις, ut de mortuis Iustinum loqui clarius pateat; porro pro ἐπεὶ aliquod nomen opinatur scriptum fuisse, copulâ καὶ cum nomine αἴσθησις iunctum; denique coniectat καὶ μὴ ἀμελ. vel μὴ ἀμελ. δέ. Sunt haec prorsus inutilia. Non enim voce γενομένοις mortui designantur sed omnes quicunque antea fuerunt; cf. v. c. c. 4: οἱ γενόμενοι ποιηταί. Ante καὶ αἴσθησις autem ne μετὰ τῆς ψυχῆς ex praecedentibus (= *etiam*) subaudias (Sylburg.), sed καὶ ad alterum καὶ (ante κόλασ.) tamquam comitem (= *et — et*) trahas (Thirlb.).

3. ἀπόκειται] Ex ἀπόκειται [sc. τ. ἀδίκοις] facile efficeres ἐπίκειται, quemadmodum supra Iustinus [c. 12] p. 59. C: κἂν διὰ τὰ ἐπικείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν. Sed vulgata lectio ferri potest. *Thirlbius.*

4. Νεκυομαντεῖαι etc.] Omnes has magicarum praestigiarum species Tertullianus quoque commemorat Apolog. c. 23: „Si et magi phantasmata edunt et iam defunctorum infamant animas, si pueros in eloquium oraculi elidunt, si multa miracula circulatoriis praestigiis ludunt, si et somnia immittunt" etc.. Lactantius Institt. div. VII. c. 13: „Qui profecto non auderent de interitu animarum mago aliquo praesente disserere, qui sciret certis carminibus cieri ab inferis animas et adesse" etc.. — Mox vocula γάρ, codd.

νεκυομαντεῖαι μὲν γὰρ [5] καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις [6] ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί, καὶ [7] οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι B
καὶ ῥιπτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα Ἀμφιλόχου καὶ Δωδώνης καὶ Πυθοῦς, [8] καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων· οἷς κἂν ὁμοίως ἡμᾶς [9] ἀποδέξασθε, οὐχ ἧττον ἐκεί- C
νων θεῷ πιστεύοντας ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα πάλιν ἀπολήψεσθαι ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν, ἀδύνατον μηδὲν εἶναι θεῷ λέγοντες.

19. Καὶ [1] κατανοοῦντι τί ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ

mstis probata, male a Marano et Braunio omissa est.

5. *καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις*] Reg. *αἱ διαφθόρων*, sed in margine: *Οἶμαι, αἱ ἀδιαφθόρων παίδων*. Ad hunc locum illustrandum Grabio observante apprime facit geminus Socratis Hist. eccles. III. c. 13, ubi inter nefanda gentilium sacra refertur, quod pueros impuberes (*παῖδας ἀφθόρους*) utriusque sexus immolarint et exta eorum inspexerint (*σπλαγχνοσκοπούμενοι*). Similia Eusebius de Valeriano imperatore Hist. eccles. VII. c. 10 et de Maxentio tyranno l. c. VIIII. c. 14 narravit. Quid vero tales inspectiones ad immortalitatem probandam? Utique, ut verbis Grabii utar, hanc supponebant magi, rati animas talium puerorum, qui violentam et immaturam mortem obierint, tunc assistere atque futura revelare. Hinc Simon Magus in Clement. Recognn. II. c. 13: „Pueri incorrupti et violenter necati animam adiuramentis ineffabilibus evocatam adsistere mihi feci, et per ipsam fit omne quod iubeo.... Statim et praescientiam habet (sc. anima corpore exuta), propter quod evocatur ad necromantiam." — Quare Iustinus mox subiungit *ψυχῶν ἀνθρ. κλήσεις*, quum non tantum puerorum sed aliorum quoque animae evocari solerent, id quod ex ipsa scriptura 1 Sam. 28, 7 sqq. apparet, ubi Samuel a mortuis per pythonissam evocatus apparuisse dicitur; unde immortalitatem Iustinus probat in Dial. c. Tr. c. 105. p. 333. A.

6. *ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι*] Valesius ad Eusebii Histor. eccles. IV. c. 7 recte notavit p a r e d r o s dictos esse spiritus magis adsistentes, vel etiam quos magi aliis immittebant ut perpetuo ad tutelam adsisterent; o n i r o p o m p o s

puerorum inspectiones et animarum humanarum evocationes et qui apud magos somniorum immissores et assessores dicuntur et quae a peritis harum rerum fiunt persuadeant vobis animas etiam post mortem sensu praeditas esse, tum qui ab animabus mortuorum corripiuntur et proiiciuntur, daemoniaci et furiosi ab omnibus appellati, deinde quae dicuntur apud vos oracula Amphilochium et Dodonaeum et Pythium, et quaecunque alia eiusmodi, denique scriptorum sententiae, Empedoclis et Pythagorae, Platonis et Socratis (praeterea Homeri fossa et descensus Ulyssis horum videndorum causa), atque eorum qui eadem quae hi dixerunt: quibus nos saltem aeque approbate, qui non minus quam illi sed magis deo credimus, quum nostra corpora etiam mortua et in terram coniecta nos rursus recepturos speremus, nihil non posse a deo fieri asserentes.

19. Et attente consideranti quid incredibilius videatur,

vero istos qui somnia hominibus iniiciebant ut de eventibus edocerentur futuris.

7. οἱ ψυχαῖς ἀποθαν. λαμβαν. ... καλοῦσι πάντες] Quod Iustinus hic ex principiis gentilium (aliter Apol. II. c. 6) de animabus defunctorum (comp. Ioseph. de bello iud. VII. c. 6. §. 3) colligit negat Tatianus Orat. adv. Gent. c. 16: δαίμονες δὲ οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτάττοντες οὐκ εἰσιν οἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί. Daemones „sub obtentu earum“ operari Tertullianus de anima c. 57 exponit.

8. καὶ ὅσα ... εἰπόντων] Davisius totam ῥῆσιν ita disponendam autumat: καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν (coniectat εἰς τ. νεκύων ἐπίσκεψιν, nam venit ille ἰδεῖν νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον, uti loquitur Homerus Od. XI. 93), καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπ. κ. Πυθ., Πλ. τ. κ. Σωκρ., καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων. Non mala mutatio, at non necessaria. Cf. Dial. c. Tr. c. 36. n. 2.

9. ἀποδέξασθε] Schnitzer. (*Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 281) propter antecedens κἂν legit ἀποδέξαισθε. Inanis emendatio. Cf. 2 Cor. 11, 16: κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με. Vid. Rueckert. et Meyer. ad h. loc..

1. κατανοοῦντι τί etc.] Vulgo κατανοοῦντι ἀπιστ. etc.. Sed (Grab.) τί ob ultimam in κατανοοῦντι syllabam excidit. Restituere non dubitavi; exemplum meum Trollopius secutus est. Thirlbius coniecit quidem πιστότερον, mallet tamen (Perionium secutus) deleri ἤ particulam. *Μᾶλλον* autem comparativo additum est, ut in Dial. c. Tr. c. 121. p. 350. A. Cf. Boissonade ad Aristaenet. p. 430 sq.

ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν καί τις ἔλεγεν ἐκ μικρᾶς τινος ῥανίδος
τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος δυνατὸν ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ
σάρκας εἰκονοποιηθέντα, οἷα ὁρῶμεν, γενέσθαι; Ἔστω γὰρ νῦν D 29
ἐφ' ὑποθέσεως λεγόμενον· Εἴ τις ὑμῖν μὴ οὖσι τοιούτοις μηδὲ
[2] τοιούτων ἔλεγε, τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς καὶ εἰκόνα
γραπτήν, ἐκ τοῦ τοιοῦδε [3] οἷόν τε γενέσθαι διαβεβαιούμενος, πρὶν
ἰδεῖν γενόμενον ἐπιστεύσατε; [4] Οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν.
Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον [5] διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα
νεκρὸν ἀπιστία ἔχει. Ἀλλ' ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύ- E
σατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶ-
τε γινομένους, τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε ὅτι διαλυθέντα καὶ
δίκην σπερμάτων εἰς γῆν [6] ἀναλυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα κατὰ
καιρὸν προστάξει θεοῦ ἀναστῆναι καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι οὐκ
ἀδύνατον. Ποίαν γὰρ ἀξίαν θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες
εἰς ἐκεῖνο χωρεῖν ἕκαστον ἐξ οὗπερ ἐγένετο, καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν 66
ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν θεόν, οὐκ ἔχομεν λέγειν· ἀλλ' ἐκεῖνο συν-
ορῶμεν ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατὸν εἶναι τοιούτους ποτὲ γενέ-
σθαι, ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ ἐξ ὁποίων
γεγενημένα ὁρῶσι. Κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ τὰ τῇ ἑαυτῶν φύσει
καὶ ἀνθρώποις ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν, προει- 30
λήφαμεν, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἡμέτερον διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν B

et Fritzsche ad Evang. Marc. p. 306. — Iustini vestigiis Irenaeus adv. haeres. V. c. 3. §. 2: *Ἀπιστότερον ἦν ἐκ μὴ ὄντων ὀστέων τε καὶ νεύρων* * [*καὶ σαρκῶν*? — vetus interpr.: *et venis*] *καὶ τῆς λοιπῆς τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίας ποιῆσαι εἰς τὸ εἶναι* etc.. — Sententiam Iustini iisdem fere verbis pronuntiarunt Theophilus ad Autol. I. c. 8. p. 75. A. ed. Colon., Constitt. apost. V. c. 7, alii quos Semisch. *Justin. der Märtyr.* P. II. p. 139 laudavit. Cf. etiam de resurr. c. 5. p. 591. A. et quae ibi adnotavi.

2. *τοιούτων*] Perion. et Kimmel. (*Theol. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1844. N. 93. p. 778) volunt *ἐκ τοιούτων*. Scriptura vero vulgaris potest tolerari ideoque debet. Minus bene Trollop. subaudit *τέκνοις*. Interpres Campidonensis: „Wenn ihr nicht diese eure Gestalt und von solchen Menschen eure Abkunft hättet."

3. *οἷόν τε*] Legere amat Davis. *τοιόνδε*.

4. *Οὐκ . . . ἀντειπεῖν*] Davis., si emendatione sit opus, lubens rescripserit: *Οὐκ ἄν τις τολμ. ἂν εἰπεῖν*. Idem vult Thirlbius, veretur tamen ne Iustinus ipse in culpa sit. Cf. Dial. c. Tr. c. 83 et 95: *οὐδ'*

quam si in corpore non essemus et aliquis diceret ex parva quadam humani seminis gutta posse ossa et nervos et carnes ad effigiem, quam videmus, conformata fieri? Sit hoc enim nunc per concessionem dictum: Si tales non essetis neque ex talibus orti, et vobis aliquis hominis semen et effigiem pictam demonstrans ex tali re eum generari posse asseveraret, num prius, quam videretis factum, crederetis? Nemo contradicere audebit. Eodem igitur modo, quia nondum vidistis mortuum ad vitam revocatum, increduli estis. Sed quemadmodum omnino non credidissetis vos ex parva gutta posse tales fieri, et factos tamen videtis, eodem modo existimate fieri posse ut dissoluta et instar seminum in terram resoluta hominum corpora certo tempore dei iussu resurgant et incorruptionem induant. Quam enim deo dignam potentiam asserant qui unumquodque dicunt in id redire unde exstitit, ac praeterea ne deum quidem quidquam aliud posse, statuere non possumus; sed illud perspicimus minime eos credituros fuisse fieri posse ut tales unquam fierent, quales et se ipsos et universum mundum et ex qualibus factos vident. Melius autem esse ea credere quae et nostrae naturae et aliorum hominum vires superant, quam pariter cum aliis incredulos esse, accepimus, quandoquidem etiam magistrum nostrum Iesum Christum ita

ὑμεῖς ἀντειπεῖν τολμήσετε. Thalemann. scribendum dicit: ὅτι ἐπιστεύσατε, οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, vel: ὅτι οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε (sic paulo post), οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν. Nihil mutandum.

5. διὰ τὸ μ. ἑωρ. ὑ. ἀν. ν.] Autolycus ap. Theophilum I. c. 13: Δεῖξόν μοι κἂν ἕνα ἐγερθέντα ἐκ νεκρῶν, ἵνα ἰδὼν πιστεύσω.

6. ἀναλυθέντα] Vulgo διαλυθέντα, ut paulo ante, ubi Grabius vitandae tautologiae ergo proponit διαλαθέντα. Prorsus tollendum videtur prius verbum Thalemanno. Pro altero διαλυθέντα Davis. et Braun. volunt διαχυθέντα (Quaestt. et Respp. ad Orthod. 68. n. 1), Thirlbius vero Iustinum scripsisse coniicit διαλυθ. κ. δ. σπ. εἰς γῆν ἀναλυθέντα, quemadmodum Irenaeus τὴν εἰς τὴν γῆν ἡμῶν ἀνάλυσιν (V. c. 2. §. 3) et ἀναλυθὲν εἰς τὴν γῆν (V. c. 3. §. 2), qui (vid. n. 1) hunc locum prae oculis habuit. Cf. infra c. 20 εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι, Dial. c. Tr. c. 128 ἀναλ. εἰς ἐκεῖνο ἐξ οὗπερ γεγόνασιν, Cohort. ad Gent. c. 8 εἰς ὕδωρ ἀναλ.. Digna est emendatio quae in textum recipiatur, praesertim quum ἀναλυθέντα in Clar. ad marginem legatur. Mecum fecit Trollopius.

ἔγνωμεν εἰπόντα· [7] *Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις δυνατὰ παρὰ θεῷ. Καί·* [8] *Μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς καὶ μετὰ ταῦτα μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι, εἶπε, φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν. Ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος, ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι ὅσα ὁ θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε.*

20. *Καὶ* [1] *Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρ-* C
τῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. [2] *Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φι-*
λόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι καὶ
αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν· ἡμεῖς
δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν [3] *τὸν πάντων ποιη-*
τὴν θεόν. Εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις 31
ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἔνια δὲ καὶ μειζόνως καὶ D
[4] *θείως καὶ μόνοι μετ' ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως*
μισούμεθα; Τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς ὑπὸ θεοῦ πάντα κεκοσμῆσθαι
καὶ γεγενῆσθαι [5] *Πλάτωνος δόξομεν λέγειν δόγμα· τῷ δὲ ἐκπύ-*
ρωσιν γενέσθαι Στωϊκῶν· τῷ δὲ κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ

7. *Τὰ ... θεῷ*] Luc. 18, 27. — Celsus ap. Orig. V. c. 14 Christianis obiecit: *οὐδὲν ἔχοντες ἀποκρίνασθαι καταφεύγουσιν εἰς ἀτοπωτάτην ἀναχώρησιν, ὅτι πᾶν δυνατὸν τῷ θεῷ· ἀλλ' οὔτι γε τὰ αἰσχρὰ ὁ θεὸς δύναται οὐδὲ τὰ παρὰ φύσιν βούλεται.*

8. *Μὴ ... ἐμβαλεῖν*] Luc. 12, 4 sq. et Matth. 10, 28.

1. *Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης*] Etiam infra c. 44 iunctim nominantur. Locus Sibyllae, quem Iustinus respexit, in Orac. Sibyllin. IV. v. 171 (Galland. Bibl. vett. PP. Tom. I. p. 374) exstat; eumdem respexit Pseudo-Iustinus Quaestt. et Respp. ad Orthod. 74. Cfr. Cohort. ad Gent. c. 37. n. 1. — Vaticinia Hystaspis in Praedicatione Petri (Clem. Al. Strom. VI. c. 5. §. 43) commendantur et a Lactantio (Institt. div. VII. cc. 15. 18) memorantur. Cfr. Valesius ad Ammian. Marcell. XXIII. c. 6 et Lücke *Versuch einer vollständ. Einleitung in die Offenbarung Johannis und in die gesammte apokalypt. Literatur* (Bonnae 1832) p. 45 sqq.. — *Ὑστάσπης* recte scripsi pro vulgata forma *Ὑστάσπις*, quae itacismo debetur (vid. Cohort. ad Gent. c. 20), quum praesertim c. 44 *Ὑστάσπου* exstet. Meam scripturam, a Trollopio receptam, firmant etiam Clemens et Lactantius ll. cc..

2. *Οἱ λεγόμενοι ... λέγουσιν*] Cum proxime sequatur *ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν ... ποιητὴν θεόν*, suspicetur fortasse aliquis *τὸν κόσμον* glossema esse et proinde e textu in marginem reiiciendum. Quod tu cave fa-

dixisse scimus: *Quae impossibilia apud homines possibilia apud deum.* Et: *Ne*, inquit, *timeatis eos qui occidunt vos ac deinceps nihil facere possunt*, *eum vero timete qui post mortem potest et animam et corpus coniicere in gehennam.* Est autem gehenna locus, ubi punientur qui iniuste vixerunt neque crediderunt ea futura quaecunque deus per Christum docuit.

20. Ac Sibylla quidem et Hystaspes ea quae corruptioni obnoxia sunt igne consumtum iri dixerunt. Qui vero dicuntur Stoici philosophi ipsum etiam deum in ignem resolvi docent ac mundum per mutationem rursus oriri dicunt; nos autem praestantius àliquid mutabilibus rebus creatorem omnium deum credimus. Si igitur quaedam similia his qui apud vos in honore sunt poetis et philosophis, quaedam autem plenius etiam et divine et quidem soli cum demonstratione disserimus, cur supra omnes iniuste odio habemur? Dum enim dicimus a deo omnia ornata et orta esse, Platonis sententiam proferre videbimur: dum conflagrationem fore, Stoicorum: dum improborum animas etiam post mortem sensu praeditas puniri, bono-

xis. Caeterum non erant omnes Stoici in hac sententia de *ἐκπυρώσει* novaque iterum *διακοσμήσει* sive mundi *παλιγγενεσίᾳ*. Panaetius enim e contra aliique non ignobiles eius sectae philosophi mundum immortalem esse statuerunt. Atque etiam ii qui in altera sententia erant indignarentur, opinor, si quis dixisset summum se deum (praesertim cum eum ignem esse docuerint) igni comburendum tradere. Vid. Iust. Lipsius Physiol. Stoic. II. 22. *Thirlbius.* Cf. Apol. II. c. 7.

8. *τὸν*] Trollop. *τῶν* contra codd. mstos. Melius scripsisset *τὸν τῶν*. Sed neque hac emendatione opus est; cf. v. c. c. 12 *τοῦ πατρὸς πάντων* et c. 21 *γεννήτορα πάντων*. Vid. c. 18. n. 8.

4. *θείως*] Sylburg, Maran., Rœssler (*Biblioth. der KVV.* Tom. I. p. 112. not. 14) monent *θειοτέρως* legendum. Ast hoc iam Grabius haud necessarium esse fatetur.

5. *Πλάτωνος*] Ad Platonis suffragium de creatione mundi ab uno deo facta certatim provocant Patres. Maxime vero illustre hac de re et Iustini verbis geminum est testimonium Hieroclis in lib. de providentia et fato ita scribentis: *Κατὰ Πλάτωνα θεὸν αὐτὸν προϋφίστησιν ἡ σκέψις πάσης ἐμφανοῦς τε καὶ ἀφανοῦς διακοσμήσεως δημιουργόν, ἣν ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου προαγαγεῖν τὸν τεχνίτην· ἀρκεῖν γὰρ αὐτῷ εἰς ὑπόστασιν τῶν ὄντων τὸ οἰκεῖον βούλημα. Grabius.*

μετὰ θάνατον οὔσας τὰς τῶν ἀδίκων ψυχάς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωριῶν εὖ διάγειν, [6] ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν· τῷ δὲ καὶ μὴ δεῖν [7] χειρῶν E
ἔργοις ἀνθρώπους προσκυνεῖν [8] Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ καὶ τοῖς ταῦτα φήσασι ταὐτὰ φράζομεν· [9] μείζονα γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφήναντο.

21. [1] Τῷ δὲ καὶ τὸν λόγον, ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς [2] γεγεννῆσθαι, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν διδάσκαλον ἡμῶν, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀπο- 67
θανόντα καὶ ἀναστάντα ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανόν, οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διῒ καινόν τι φέρομεν. Πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τοῦ Διὸς οἱ παρ' ὑμῖν τιμώμενοι συγγραφεῖς, ἐπίστασθε· Ἑρμῆν μέν, [3] λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον, Ἀσκληπιὸν δέ, καὶ θεραπευτὴν γενόμε- 32

6. ποιηταῖς κ. φιλοσόφοις] Horum dicta praeter caeteros Theophilus ad Autol. II. c. 37 sq. laudavit.

7. χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους] Vulgo vitiose χειρῶν ἀνθρώποις. Wolfius coniecit ἔργα χειρῶν ἀνθρώπου. H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 44) χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους, vel ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων aut ἀνθρωπίνων. Davis. χειρῶν ἀνθρώπων ἔργοις. Maran. χείρονι ἀνθρώπους. Sylburg. et Braun. probarunt χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργοις. Sed vulgatae lectioni propius est haud dubie χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους, id quod prae caeteris etiam H. Stephano et Grabio et Thalemanno placuit. Egregie facit ad nostram scripturam probandam geminus locus c. 53. p. 88. C, quo Martyr dicit ἔθνη χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα. Quare recipere non dubitavi; pariter Trollopius recepit.

8. Μενάνδρῳ] Huius testimonia citantur de monarch. c. 5.

9. μείζονα . . . ἀπεφήν.]. Cf. praecipue l. c. c. 5. p. 107. C: εἰ γὰρ ἕλκει usque ad τοῦ θεοῦ et p. 108. E: Διότι τὸν ὄντα usque ad κτίστορα.

1. Τῷ δὲ . . . καινόν τι φέρομεν] Cf. c. 8. n. 7. Hess. (*Bibliothek d. heil. Geschichte* Francof. 1791. Tom. I. p. 326 sq.): „Man hat diese Vorstellungsart für sehr unschicklich, auch wohl gar für einen Beweis der Schwäche dieses Apologeten gehalten. Wenn man sich aber in seine Lage versetzt, so war es gerade das Schicklichste und Natürlichste, was er denen sagen konnte die jene evangelischen Erzählungen für unglaublich hielten, und doch von ihren Göttern Dinge glaubten die eine gewisse äussere Ähnlichkeit mit jenen, aber dabei etwas bis zum Ungereimten Seltsames und Unglaubliches hatten. Diess hiess den Gegner von seiner schwächsten Seite und zugleich mit seinen eigenen Waffen angreifen." — Etiam Tertullianus (Apolog. c. 21) de logi incarnatione: „Recipite interim hanc fabulam, si-

rum vero a suppliciis liberas beate agere, eadem ac poetae et philosophi dicere videbimur: dum manuum opera homines colere non debere, idem dicimus quod Menander comicus et qui haec locuti sunt; maiorem enim esse opere opificem pronuntiarunt.

21. Dum autem logon, quae prima est dei progenies, dicimus sine mistione genitum esse, Iesum Christum magistrum nostrum, eumdemque crucifixum et mortuum et redivivum adscendisse in coelum: nihil ab iis qui apud vos dicuntur Iovis filiis alienum et novum afferimus. Quot enim Iovis filios commemorent qui apud vos in honore sunt scriptores, scitis: Mercurium, sermonem interpretem et omnium magistrum, Aesculapium, qui in coelum adscendit, postquam, licet

milis est vestris.“ Adde Tatian. Orat. c. Gent. c. 21: *Οὐ μωραίνομεν, ἄ. Ἕλλ., οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. Οἱ λοιδοροῦντες ἡμᾶς συγκρίνατε τοὺς μύθους ὑμῶν τοῖς ἡμετέροις διηγήμασι* etc..

2. *γεγεννῆσθαι*] Codd. msti et editi *γεγενῆσθαι*. Recte Thirlbius illud coniecit. Nam quod actum prodeundi attinet, deus quum *προβάλλειν* dicitur tum *γεννᾶν*, ideoque logos *προβάλλεσθαι* et *γεννᾶσθαι*: Dial. c. Tr. p. 62. p. 285. D, c. 76. p. 301. B; Apol. I. c. 23. p. 68. C, Apol. II. c. 6. p. 44. D, Dial. c. Tr. c. 61. p. 284. A, c. 129. p. 359. B, al.. Insuper nostro loco *γεγεννῆσθαι (genitum esse)* scribendum est propter praecedens *γέννημα*. Dial. c. Tr. c. 62: *γέννημα ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐγεγέννητο*. C. 129: *γεγεννῆσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα*. Formae autem *γεγενῆσθαι* et *γεγεννῆσθαι* interdum in codicibus confunduntur; vide quae ad Dial. c. Tr. c. 2. p. 218. D (*ἐγεννήθη*) notavi. Alibi ferri potest *γεγενῆσθαι (ortum s. natum esse)* pro *γεγεννῆσθαι*: Apol. I. c. 22. p. 67. E, Dial. c. Tr. c. 8. p. 226. B, c. 23. p. 241. B, c. 61. p. 284. B, c. 69. p. 295. A, c. 70. p. 296. B, c. 78. p. 303. B, c. 105. p. 332. C.

3. *λόγον τ. ἑρμηνευτικὸν*] Tunc Mercurium dicebant esse *λόγον*, quum fabulosum illum deum ad physiologiam i. e. ad res inanimas revocarent. Hinc Porphyrius apud Eusebium Praeparat. evang. III. c. 11, dum absurdas de diis fabulas lenire conatur, Mercurium ait esse symbolum *λόγου* omnium efficientis et interpretis etc.. *Maranus*. — Cf. Clem. Rom. Recognitt. X. c. 34: „Hoc ergo modo per allegoriam Cronum quidem, qui est Saturnus, tempus esse ut diximus tradunt, Rheam materiam...; Mercurium verbum, quo ratio de singulis quibusque reddatur.“ Ib. c. 41: „Mercurium verbum esse tradunt, per quod sensui doctrina confertur.“ Homil. VI. c. 15: *Ἑρμῆς ὁ ἑρμηνευτικὸς λόγος*.

νον, κεραυνωθέντα [4] ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανόν, Διόνυσον δὲ δια- B
σπαραχθέντα, Ἡρακλέα δὲ φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα, τοὺς
ἐκ Λήδας δὲ Διοσκούρους, καὶ τὸν ἐκ Δανάης Περσέα, καὶ [5] τὸν
ἐξ ἀνθρώπων δὲ ἐφ' ἵππου Πηγάσου Βελλεροφόντην. Τί γὰρ λέ-
γομεν τὴν Ἀριάδνην καὶ τοὺς [6] ὁμοίως αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγο-
μένους; [7] Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτο-
ρας, οὓς ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες [8] καὶ ὀμνύντα τινὰ προ-
άγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν
κατακαέντα Καίσαρα; Καὶ ὁποῖαι ἑκάστου τῶν λεγομένων υἱῶν C
τοῦ Διὸς ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, πρὸς εἰδότας λέγειν οὐκ ἀνάγ-
κη, πλὴν ὅτι [9] εἰς διαφορὰν καὶ προτροπὴν τῶν ἐκπαιδευομέ- 33
νων ταῦτα γέγραπται· μιμητὰς γὰρ θεῶν [10] καλὸν εἶναι πάντες
ἡγοῦνται. Ἀπείη δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ
θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γεννήτορα πάντων κατ'
αὐτοὺς Δία [11] πατροφόντην τε καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι,

4. *ἀνεληλυθέναι*] Pendet a praecedente *ἐπίστασθε*. Caeterum Aesculapius fulmine ictus est ob ipsam artem medicam.

5. *τὸν ἐξ ἀνθρ. δὲ ἐφ' ἵππου*] Perionius et Langus subaudiunt *ἀνηρπασμένον*, Sylburg. *ἀφανισθέντα* vel aliquid consimile. Sed Marano monente quod semel de Aesculapio dixit Iustinus, *eum in coelum adscendisse*, id ad eos qui deinceps recensentur et proinde ad ipsum etiam Bellerophontem referendum est. Cf. c. 54. p. 89. E. Pro *ἐφ' ἵππου* vulgo legitur *ὑφ' ἵππου*. Sed illud cum Trollopio reposui, praesertim quum eadem lectio infra l. c. exstet. — Ille ex gentilium opinione non in coelum avolavit, sed avolare frustra voluit; cf. praeter alios Pindar. Isthm. VII. 63 sqq., Horat. Odd. IV. 11. 26 sqq., Tzetz. ad Lycophr. v. 17.

6. *ὁμοίως*] Hoc pro vulg. *ὁμοίους* reposui, utpote Iustiniano usui maxime accommodatum. Cf. v. c. c. 19. p. 66. A. Literae autem *ου* et *ω* saepe in codd. confunduntur.

7. *Καὶ τί γὰρ* etc] Codd. msti et editi vitiose *Καὶ τί γὰρ* etc. *αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι* etc.. Recte Thirlbius advertit *οὓς* post *αὐτοκράτορας* reponendum esse; causa erroris cernitur in repetito *Σ* (*ραΣ — ουΣ*). Ad *Καὶ τί γὰρ* ex superioribus supplendum *λέγομεν*. Particula *καὶ* ante *ὀμνύντα* habet augendi vim (vern. *sogar*). — Maranus vero coniecit *Καί τοι γὰρ* etc. — male: videlicet illud *Καὶ τί γὰρ* aperte respondet praecedenti *Τί γάρ*.

8. *καὶ ὀμνύντα τινὰ ... Καίσαρα*] De tribus tantum huiusmodi consecrationibus legisse me memini: Romuli in qua perieravit Iulius Proculus, Augusti in qua Numerius Atticus, et Drusillae in qua Livius (s. Lucius) Geminius. Casaubonus autem ad Sueton. p. 123, hoc loco Iu-

medicus fuerit, fulminatus est, Bacchum postquam dilaniatus est, Herculem postquam se ipsum fuga laborum igni tradidit, Dioscuros ex Leda, Perseum ex Danaë genitos, Bellerophontem, qui, ex hominibus genitus, equo Pegaso sublatus est. Quid enim dicamus Ariadnem ac qui similiter atque illa recepti inter sidera feruntur? Et quid morientes apud vos imperatores, quos semper consecrare dignantes vel producitis quempiam qui iureiurando confirmet vidisse se crematum Caesarem in coelum adscendentem? Et qualia cuiusque eorum qui Iovis filii dicuntur facta perhibeantur, apud scientes dicere necesse non est, sed hoc tantum: in usum et adhortationem discentium ista literis mandata esse; imitatores enim deorum esse cuncti praeclarum autumant. Absit autem a sana mente haec de diis cogitatio, ut ipsum ducem et genitorem omnium secundum illos Iovem parricidam et ex patre par-

stini ut videtur maxime adductus, existimat in omnibus consecrationibus iam inde ab exemplo Romuli hoc iusiurandum fuisse necessarium. Quod ego multis de causis valde vereor ut verum sit. *Thirlbius*. Quamquam firmat Iustini testimonium Tatianus Orat. c. Gent. c. 10; idem periurium Tertullianus ad nation. I. c. 10 et II. c. 7 castigat.

9. εἰς διαφορὰν καὶ προτροπήν] Lang. et Bill. (Observv. sacr. II. c. 6) legunt διαφθορὰν *(corruptionem)* pro διαφοράν. Insuper caeteri inde a Grabio (excepto Braunio) παρατροπὴν *(depravationem)* pro προτροπὴν recipi volunt, moniti a Cotelerio: Monum. eccles. graec. Tom. II. p. 596. Sed vulgata lectio proba est, dummodo verba per ironiam prolata statuas. — *Ταῦτα*: quae de diis fabulose narrantur.

10. καλὸν εἶναι] Fortasse εἶναι καλόν. Tales transpositiones saepe librariorum incuriae originem debent.

11. πατροφόντην] Saturnum a filio suo Iove pulsum regno fuisse multi scripserunt, maxime poetae latini ex Ennii Euemero edocti: sed scriptorum pars longe maxima, sive Homerum sive famam veterem secuti, non fugatum eum sed in vincula coniectum tradunt, alii etiam exsectum, interfectum (quod sciam) nemo. Neque fortasse id voluit Iustinus, sed Iovem πατροφόντην vocat eadem significatione qua alii et ipse in Oratione πατραλοίαν, ubi sub finem [c. 2] p. 38 dicit: Ἀνάγνωτε τῷ Διῒ τὸν κατὰ πατραλοιῶν νόμον, cum paulo ante dixisset: φασὶ τὸν Δία δεσμοῖς καθεῖρξαι τὸν πατέρα. Durius tamen multo dicitur πατροφόντης quam πατραλοίας. In Recognitionibus Clementis saepe de parricidio postulatur. Cautius Lactantius Institt. div. I. c. 10: „Quid omnium horum pater Iupiter, nonne a prima sua pueritia impius ac pene parricida deprehenditur?“ *Thirlbius*. — Ne-

[12] ἔρωτί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον [13] ἐπὶ Γα- D
νυμήδην καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰ ὅμοια πράξαντας παραδέξασθαι. Ἀλλ', ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. Ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δεδιδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ ἐναρέτως ἐγγὺς θεῷ βιοῦντας, κολάζεσθαι δὲ τοὺς [14] ἀδίκως καὶ μὴ μεταβάλλοντας ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πιστεύομεν.

22. [1] Υἱὸς δὲ θεοῦ ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ [2] κοινῶς μό- E
νον ἄνθρωπος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς θεοῦ λέγεσθαι· πατέρα γὰρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε πάντες συγγραφεῖς τὸν θεὸν [3] καλοῦσιν. Εἰ δὲ καὶ ἰδίως [4] παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐκ θεοῦ λέγομεν λόγον θεοῦ, ὡς προέφημεν, κοινὸν τοῦτο ἔστω ὑμῖν τοῖς τὸν Ἑρμῆν [5] λόγον τὸν παρὰ θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν. Εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις [6] ἐσταυρῶσθαι αὐτόν, καὶ τοῦτο κοι- 68 34
νὸν τοῖς προκατηριθμημένοις παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει. Ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου ἀλλὰ διάφορα ἱστορεῖται, ὥστε [7] μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους ἥττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον, ἀλλ', ὡς ὑπεσχόμεθα, προϊόντος τοῦ λόγου καὶ κρείττονα ἀποδείξομεν, [8] μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται· [9] ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται. Εἰ δὲ καὶ [10] διὰ παρθένου

que verba πατρὸς τοιούτου (h. e. πατροφόντου) nimis praefracte capienda sunt.

12. ἔρωτί τε] Thalemann. praeter necessitatem ἔρωτι δὲ vel ἔρωτός τε καὶ voluit.

13. ἐπὶ Γανυμήδην] Idem de Iove pronuntiavit Tatian. c. Gent. c. 10: Δι' οἰνοχοΐαν τοῦ Γανυμήδους τῇ παιδεραστίᾳ σεμνύνεται.

14. ἀδίκως] Scil. βιοῦντας. Sed fortasse cum Billio (l. c.) legendum ἀδίκους, propter ea quae proxime sequuntur: καὶ μὴ μεταβάλλοντας. Vid. n. 6.

1. Υἱὸς δὲ θεοῦ etc.] Vid. c. 21. n. 1.

2. κοινῶς] Thirlb., Davis., Galland. coniecerunt κοινός. Dial. c. Tr. c. 99: ὡς κοινὸν ἄνθρωπον ἐν Ἅιδου μένειν. Sed nostro loco κοινῶς verum est, quum paulo post respondeat ἰδίως.

3. καλοῦσιν] Prae caeteris Homerus. Vid. Cohort. ad Gent. c. 2. p. 2. C.

4. παρὰ τ. κοιν. γέν.] His verbis praecedens ἰδίως explicatur, h. e. non talis eius origo est ut κοινῶς μόνον ἄνθρωπος sit. — Conieceris fortasse γέννησιν γεγεννῆσθαι. Sed tolerari potest lectio vulgata; vid. c. 21. n. 2 et Dial. c. Tr. c. 105. p. 332. C.

5. λόγον τὸν π. θ. ἀγγελτικὸν] Thirlb. mallet λόγον τῶν π. θ. ἀγγ..

ricida ortum fuisse, et malarum turpiumque voluptatum amore captum ad Ganymedem ac multas mulieres ab eo stupratas venisse, et eius filios similia fecisse credat. Sed, ut diximus, pravi daemones ista perpetrarunt. Nos autem eos solos immortalitate donari didicimus qui deum vitae sanctitate et virtute propius contingunt: eos autem qui improbe vivunt neque immutantur puniri igne aeterno credimus.

22. Filius autem dei Iesus dictus, si vel communi modo homo tantum esset, propter sapientiam dignus foret qui filius dei diceretur; *parentem* enim *virûmque deûmque* scriptores omnes appellant deum. Sin peculiari modo, a communi nativitate diverso, natum eum ex deo dicimus logon dei, id, ut iam diximus, commune nobis sit vobiscum qui Mercurium sermonem a deo internuntium appellatis. Si quis autem crucifixum eum esse obiiciat, est hoc quoque commune cum supradictis Iovis, ut vestra fert opinio, filiis qui perpessiones non effugerunt. Etenim illorum non similes sed diversae mortis passiones narrantur, ita ut neutiquam quod ad singulare passionis genus attinet inferior videatur esse, sed et praestantiorem esse, ut promisimus, procedente oratione demonstrabimus, vel potius iam demonstratum est; praestantior enim ex actionibus apparet. Quod vero etiam per virginem

Phurnutus de nat. deor. p. 30: *Παραδέδοται δὲ καὶ κῆρυξ θεῶν, καὶ διαγγέλλειν αὐτὸν ἔφασαν τὰ παρ' ἐκείνων τοῖς ἀνθρώποις.* Non mutandum. — Dial. c. Tr. c. 128: *λόγον καλοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τὰς παρὰ τοῦ πατρὸς ὁμιλίας φέρει τοῖς ἀνθρώποις.*

6. *ἐσταυρ. αὐτ.*] Vid. c. 13. n. 8.

7. *μηδὲ*] Pearson. legit *μὴ διά.* Trollop. mallet: *ὥστε μηδὲ τὸ ἴδιον αὐτοῦ πάθος.* — De particulis (quae praecedunt) *τε γὰρ* vid. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 749 sqq..

8. *μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται*] Suspicetur forsitan aliquis haec verba esse glossema et proinde e textu ad marginem reiicienda. Quod tu cave faxis.

9. *ὁ γὰρ ... φαίνεται*] Haec verba respicit Irenaeus adv. haeres. II. c. 30. §. 5: „Qui enim melior est ex operibus ostenditur."

10. *διὰ παρθ.*] Alibi Martyr dicit Christum *ἐκ παρθ.* natum. Utramque praepositionem, quam Basilius de Spiritu sancto c. 5 hac in re idem sonare dicit, iungit in Dial. c. Tr. c. 66. p. 290. C (coll. c. 43): *ὅτι ἐκ παρθένου γεννητὸς καὶ διὰ παρθένου γεννηθῆναι* etc., et ibid.

γεγεννῆσθαι φέρομεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Περσέα ἔστω B *ὑμῖν. Ὡι δὲ λέγομεν χωλοὺς καὶ παραλυτικοὺς καὶ ἐκ γενετῆς* [11] *πονηροὺς ὑγιεῖς πεποιηκέναι αὐτὸν καὶ νεκροὺς ἀνεγεῖραι, ὅμοια τοῖς ὑπ' Ἀσκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγομένοις καὶ* [12] *ταῦτα φάσκειν δόξομεν.*

23. [1] *Ἵνα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν γένηται, ὅτι ὁπόσα λέγομεν μαθόντες παρὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν προελθόντων αὐτοῦ προφητῶν μόνα ἀληθῆ ἐστι καὶ πρεσβύτερα πάντων* [2] *τῶν γεγενημένων συγγραφέων, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ ταὐτὰ λέγειν αὐτοῖς* C *παραδεχθῆναι ἀξιοῦμεν ἀλλ' ὅτι τὸ ἀληθὲς λέγομεν·* [3] *καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος καὶ δύναμις, καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ γενόμενος ἄνθρωπος ταῦτα ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἐπ' ἀλλαγῇ καὶ ἐπαναγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους·* [4] *καὶ πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν γε-*

p. 291. A. Christum ἀπὸ παρθ. natum pronuntiat.

11. πονηροὺς] Sylburg. et Grab. (nec repugnant Thirlb. et Maran.) cum Stephano (ad edit. calcem) legi malunt πηρούς, idque firmant loco ex Dial. c. Tr. c. 69 desumto: τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα πηροὺς καὶ χωλοὺς ἰάσατο. Quae emendatio ut bene se habere videatur, vulgaris tamen lectio retineri potest ideoque debet. *Braunius.* Trollopius πηροὺς textui inseruit. Scribi posset mutato accentu πονήρους (nonnulli enim grammatici πόνηρος i. q. ἐπίπονος, πονηρὸς autem i. q. κακοήθης docent esse); sed talis mutatio vix necessaria est. Vid. Goettling. *Allg. Lehre v. Accent d. griechischen Sprache* (Ien. 1835) p. 304 sq..

12. ταῦτα] Vulgo ταὐτά. Paulo ante: καὶ τοῦτο. Iustinus scripsit *ΤΑΥΤΑ.*

1. Ἵνα δὲ ἤδη etc.] Observat Ritterus (Animadvv. in primam S. Iust. Apolog. p. 19 sq.): „Restat ut scriptor, si ultra progressurus sit, demonstret quae Christiani profiteantur non solum verisimilia et aeque vera ac fabulas Graecorum, sed omnino reapse vera esse et testimoniis confirmari, quorum fides in dubium vocari non possit. Et hoc quidem praestitit a capite 30 — 65; sed quae a capite 23 — 30 tractantur, plane nobis abundare videntur. Itaque fortasse sic series membrorum restitui possit: Primum eiice primam partem capitis 23 usque ad verba καὶ Ἰησοῦς Χριστός; hac enim ratione doctrina de persona Iesu Christi, quae cap. 21 incipit, continuatur et absolvitur. Tum transpone eiectam partem capitis 23 ad finem capitis 30, ita ut rerum argumenti tractandarum partem secundam efficiat, hoc est scriptorem cogita se demonstraturum polliceri doctrinam christianam non tantum veram esse

natum tenemus, commune id quoque cum Perseo existimate. Quod claudos denique et paralyticos et ab ipso ortu debiles sanitati ab eo restitutos et mortuos ad vitam revocatos dicimus, similia haec quoque dicere videbimur iis quae ab Aesculapio facta narrantur.

23. Atque ut etiam hoc perspectum habeatis: primum quaecunque dicimus edocti a Christo et a prophetis, qui eum antecesserunt, ea sola esse vera et omnibus qui fuerunt scriptoribus antiquiora, neque idcirco quia eadem quae illi scriptores dicimus nos rogare ut probemur sed quia veritatem loquimur; porro ut vobis constet Iesum Christum, quum dei logos et primogenitus et virtus sit, solum proprie filium ei genitum esse, eiusque voluntate factum hominem instaurandi ac restituendi humani generis causa haec nos docuisse; denique, priusquam inter homines homo versaretur, in antecessum quosdam impulsu supra nominatorum malorum daemonum ea per

sed solam esse veram (μόνα ἀληθῆ). Et quae cap. 24 et seqq. dicuntur non male quadrant in extremam partem cap. 23." Sed Iustinus non semper certum quemdam ordinem ac methodum servat (vide Semisch. *Justin d. Märtyr.* P. I. p. 208 sq.), ut confusionem istam absque codicum manu exaratorum auctoritate librariis imputandam esse non censeam. — Recte Maranus: Tria pollicetur Iustinus sese demonstraturum: 1°. Quae a Christianis docentur, sola vera esse, quod quidem aptum et nexum est ex iis quae proxime dicebat, nempe ex illa similitudine quae christianae doctrinae videtur inesse cum nonnullis philosophorum et poetarum placitis. 2°. Promittit se probaturum filium dei incarnatum esse. 3°. Daemones ante illius incarnationem multa per poetas finxisse, ut homines ab hoc mysterio credendo averterent. In his tribus argumentis deinceps versatur Iustinus. Probat primum c. 24 sqq. Christianos solos esse qui veritatem defendant. Deinde c. 30 sqq. filium dei incarnatum esse. Tum c. 54 venit ad fabulas poetarum, quas daemonum fraude ad hominum perniciem inventas fuisse docet.

2. τῶν] Deest in codd. mstis; facile ob praecedentem syllabam absorberi poterat. Reposuit Sylburgius.

3. καὶ] Scil. ὅτι. Cf. n. 1.

4. καὶ πρὶν] Codd. msti et editi (omisso καὶ) πρὶν ἢ ἐν ἀνθρ. etc.. Miror Grabium ante haec verba longam vidisse lacunam. Nihil deest nisi καὶ (sc. ὅτι — cf. n. 3), id quod iam Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harles. Vol. VII. p. 60) admonuit. Maranus mallet πρὶν δὲ ἢ etc..

νίσθαι ἄνθρωπον [5] φθάσαντές τινες διὰ τοὺς προειρημένους κα-
κοὺς δαίμονας διὰ τῶν ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον ἃ μυθοποιή- D
σαντες ἔφησαν, ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα
καὶ ἀσεβῆ ἔργα [6] ἐνήργησαν, [7] ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξίς
ἐστι, — τοῦτον ἔλεγχον ποιησόμεθα.

24. [1] Πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὅμοια τοῖς Ἕλλησι λέγοντες μόνοι
μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες ὡς ἁμαρ- 36
τωλοὶ ἀναιρούμεθα, [2] ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων καὶ E
ποταμοὺς καὶ μῦς καὶ αἰλούρους καὶ κροκοδείλους καὶ τῶν ἀλό-
γων ζώων τὰ πολλά, καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων
ἀλλ' ἄλλων ἀλλαχόσε, ὥστ' εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας διὰ τὸ
μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν. Ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ
τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεούς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς
καὶ κνίσας καὶ [3] ἐν γραφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. 69

5. φθάσαντές ... ἔφησαν] Siquidem hic locus, qui editores admodum vexavit, sanus est: τινὲς sunt συγγραφεῖς supra nominati (Langius in Roehrii *Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 981), ut sensus sit: „Quosdam gentilium scriptores incitatos esse a daemonibus (διὰ c. acc.), ut poetarum auxilio (διὰ c. gen.) ea in antecessum, h. e. ante Christi adventum, tamquam f a c t a pronuntiarent quae ipsi f a b u l o s e narraverant (poetae igitur scriptorum veterum de diis — c. 54 — fabulas, daemonum instinctu fictas, reddiderunt, perinde atque veras res continerent, scilicet ut Christo posthac fides denegaretur): quemadmodum isti daemones quoque perfecerunt ut mala facinora (nempe ἀνέδην μίξεις et ἀνθρωπείων σαρκῶν βοραί: c. 26) in Christianos decantarentur.“ Paulo aliter Trollopius: „Τινὲς may represent generally the m y t h o l o g i s t s, who, influenced by the daemons, related beforehand by the instrumentality of the poets those circumstances as having really happened, which having fictitiously devised they narrated, in the same manner as they have energetically fabricated the scandalous reports concerning us Christians.“ — Thirlbius vero coniecit φθάσ. τ. δ. τ. πρ. κ. δ. τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφητῶν ὡς γενόμενα εἶπον καὶ μυθοποιήσαντες ἔφθειραν, vel φθάσ. τινες τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφ. ὡς γεν. διὰ τῶν προειρημένων κακῶν δαιμόνων εἶπον etc., vel φθάσ. οἱ προειρημένοι κακοὶ δαίμονες (aut, quod illi tamen minus placuit, φθάσαντές τινες τῶν προειρημένων κακῶν δαιμόνων) τὰ προειρημένα διὰ τ. προφητῶν διὰ τῶν ποιητῶν etc.. Thalemannus sic totum locum constituit: ἃ πρὶν ἢ ἐν ἀνθρ. αὐτ. γεν. φθάσ. τινες, λέγω δὲ τοὺς πρ. κ. δ. διὰ τῶν ποιητ. μυθοποιήσαντες ὡς γενόμενα εἶπον. Quae omnia a vulgari scriptura nimis re-

poetas velut facta dixisse quae fabulose confinxerunt, quemadmodum etiam quae nobis obiectantur nefanda et impia facinora fabricarunt, quorum neque testis neque argumentum exstat ullum: — ut haec, inquam, vobis explorata sint, his argumentis utemur.

24. Primo, quum similia Graiis dicamus, soli odio habemur propter nomen Christi, et, quum nihil faciamus mali, velut peccatores necamur, aliis alibi et arbores et fluvios et mures et feles et crocodilos et multa animantium ratione carentium colentibus, neque eadem omnibus sed alia alibi venerantibus, ita ut omnes sibi invicem impii sint, quia non eadem colunt. Hoc quidem unicum criminis loco obiicere nobis potestis, quod non eosdem ac vos colamus deos, nec mortuis libamina et nidores et apud imagines coronas et victimas offe-

cedunt. Quid igitur? Si coniectura opus est, nihil (Maran. et Schnitzer *Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 282) immutandum videtur nisi *δ ι ὰ τοὺς προειρ.* in *λ έ γ ω δ ὲ τοὺς προειρ.* (*dico supra memoratos malos daemones*), ut causa erroris forte fuerit sequens *διά*.

6. *ἐνήργησαν*] Cum Sylburgio subintelligere *διαθρυλλεῖσθαι* haud est necessarium.

7. *ὧν οὐδεὶς μάρτ. οὐδὲ ἀπόδ. ἐστι*] Verba *οὐδεὶς μάρτυς* ad *δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα* spectant; cf. c. 10: *φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα..., ὧν ο ὐ δ ὲ ν π ρ ό σ ε σ τ ι ν ἡ μ ῖ ν* — c. 26: *εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βοράς, ο ὐ γ ι ν ώ σ κ ο μ ε ν.* Illud *οὐδὲ ἀπόδειξις* vero ad mythos impulsu daemonum sparsos (*ἃ μυθοποιήσαντες ἔφασαν διὰ τῶν ποιητῶν*) referendum est; cf. c. 54: *οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν ο ὐ δ ε μ ί α ν ἀ π ό δ ε ι ξ ι ν φ έ ρ ο υ σ ι.* — Lubenter Perionii coniectura caremus: *τούτων ἔλεγχον* pro *τοῦτον ἔλεγχον*.

1. *Πρῶτον μὲν* etc.] Ut probet veritatem penes solos esse Christianos (hoc enim ex tripartita divisione primum erat) hoc utitur argumento, quod, cum alii summam habeant suae religionis colendae licentiam, solis Christianis eodem iure esse non liceat. *Maranus.*

2. *ἄλλων ἀλλαχοῦ* etc.] Eadem ratiocinatione usi sunt Tatianus orat. c. Gent. c. 10, Athenagoras Suppl. p. Christ. c. 14, Origenes c. Cels. V. c. 27.

3. *ἐν γραφαῖς*] Verba a multis tentata. Salmasius (ad Scriptt. hist. Aug. p. 79) et Grabius legunt *ἐν ῥαφαῖς*, pro *ῥαπτοὺς* positum, h. e. *sutiles coronas.* Thirlbius coniectat *ἐν τάφοις* (Eurip. Orest. 1321 sq.), improbato *ἐν ταφαῖς*, id quod

[4] Ὅτι γὰρ οὖν τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' 37
οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστίν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

25. [1] Δεύτερον δ' ὅτι ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων οἱ [2] πάλαι σεβόμενοι Διόνυσον τὸν Σεμέλης καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην, οἳ [3] δι' ἔρωτας ἀρσένων ὅσα ἔπραξαν αἶσχος καὶ λέγειν,
καὶ οἱ [4] Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰ- B
στρηθείσας, ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἄγετε, ἢ Ἀσκληπιὸν ἤ τινα τῶν ἄλλων ὀνομαζομένων θεῶν, καίπερ θανάτου ἀπειλουμένου [5] διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτων μὲν κατεφρονήσαμεν, θεῷ δὲ [6] τῷ ἀγεννήτῳ καὶ απαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, ὃν οὔτε ἐπ' Ἀντιόπην καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως οὐδὲ ἐπὶ Γανυμήδην δι' οἶστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα, οὐδὲ λυθῆναι βοηθείας τυχόντα διὰ Θέτιδος ὑπὸ
τοῦ [7] ἑκατονταχειρος ἐκείνου, οὐδὲ μεριμνῶντα [8] διὰ τοῦτο τὸν C 38
τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηΐδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων. Καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν· τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γνωρίζομεν.

Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harles. Vol. VII. p. 60), Thalemannus, Braunius volunt. Trollopius ἐν πλοκαῖς (c. 9) commendat. Alii scripserint ἐγγράφους, inscriptas coronas. Vulgatam defendit lectionem Maranus, γραφὰς non tantum picturas sed imagines quoque fictas significare demonstrans. Ἐν autem fere idem quod παρὰ *(prope)* valet; cf. Meyer. ad Luc. 13, 4 (ed. 2).

4. Ὅτι γὰρ οὖν τὰ etc.] Libri msti et editi Ὅτι γὰρ οὐ τὰ etc.. Hunc textum Langius (in *Roehrii Krit. Pred. Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 981) praeeunte Grabio studet servare ita transferendo: „Denn dass nicht dieselben Gegenstände (d. h. also: *sehr verschiedene)* bei den Einen für Götter, bei den Andern für wilde Thiere u. s. w. gehalten werden, wisst ihr recht wohl.“ Is vero sensus incommodus est. Maranus οὐ censuit expungendum esse. Equidem (sic etiam Trollop.) pro οὐ levissima mutatione οὖν (γὰρ οὖν = *nam sane)* scripsi. Vide Herbst. ad Xenoph. Memor. Socr. III. c. 3. §. 2 et Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 263 sqq..

1. Δεύτερον δ' etc.] Secundum argumentum, cur veritas solis Christianis nota sit, inde deducit Iustinus, quod a cultu deorum, qui flagitia patrasse narrantur, ad purissimum unius dei cultum quamvis morte proposita conversi fuerint. *Maranus.*

2. πάλαι] Ita legendum pro vulg. παλαιοὶ iam Sylburgius advertit. Cf. c. 14: οἱ πάλαι μὲν πορ-

ramus. Sane enim easdem res alibi deos, alibi feras, alibi victimas legitimas esse accurate scitis.

25. Secundo, ex omni genere hominum qui olim Bacchum Semeles filium et Apollinem Latonae, qui etiam turpe dictu est quae flagitia ob masculorum amorem fecerint, et Proserpinam et Venerem, oestro propter Adonim concitatas, quarum mysteria quoque celebratis, aut Aesculapium aut quemdam alium eorum quos appellant deos colebamus: eos quamvis morte proposita per Iesum Christum contemsimus, deo autem ingenito et perpessionis experti nos consecravimus, quem neque ad Antiopen aliasve similes neque ad Ganymedem oestro libidinis incitatum venisse credimus, neque vinculis solutum auxilio illius centimani per Tethidem impetrato, neque propterea sollicitum fuisse ut Achilles Thetidis filius propter pellicem Briseida complures Graecorum perderet. Miseret nos eorum qui credunt ista: quorum auctores esse daemones novimus.

νείαις χαίροντες — c. 39: *οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται*. Ad verba, quae praecedunt, *ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων* vide c. 1. n. 7.

3. *δι᾽ ἔρωτας*] Thalemann. vult *δι᾽ ἔρωτος*. Sed vulgata bene habet.

4. *Περσεφόνην . . . οἰστρηθείσας*] Codd. msti in margine *Κόρην κ. Ἀ. τ. δ. τ. Ἄδ. ἐρηθείσας* (leg. *ἐρισθείσας*). — Sylburgius, quocum Grabius facit, vult scribi: *τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Αἰδωνέα οἰστρηθεῖσαν*. Nihil mutasset, si fabulae meminisset narratae ab Apollodoro Biblioth. III. c. 13. §. 4, coll. Macrob. Saturn. I. 21 et Scholiast. ad Theocr. Idyll. III. 48, XV. 68.

5. *διὰ Ἰησοῦ Χρ.*] Sylburgius assentiente Grabio aeque aptum et Thalemannus aptius dicit *διὰ (propter) Ἰησοῦν Χριστόν*. Sed scripturam vulgarem genuinam esse arguunt c. 49. p. 85. B. et c. 61. p. 98. D.

6. *τῷ ἀγεννήτῳ κ. ἀπαθεῖ*] Illud epitheton (cf. c. 14. n. 3) respicit verba *Διόνυσον τῆς Σεμέλης καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην*, hoc vero epitheton spectat ad ea quae ibi de amoribus deorum dicuntur.

7. *ἑκατοντάχειρος*] H. e. Briarei.

8. *διὰ τοῦτο*] H. e. *ob hoc beneficium*. Alludit ad Hom. Il. II. 3 sq.. — Frustra Sylburg. pro *διὰ τοῦτο* legendum coniecit *δῆτα* vel maiore mutatione facta *διὰ τοῦ κότου τοῦ τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέως*: *per iram Achillis filii Thetidis.*

26. [1]Τρίτον δ' ὅτι [2]καὶ μετὰ τὴν [3]ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν [4]προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς, οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ [5]τιμῶν κατηξιώθησαν· [6]Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα D
τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης [7]Γιττῶν, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος 39
[8]διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης [9]δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη καὶ ἀνδριάντι [10]παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, [11]ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, [12]ἔχων ἐπιγραφὴν ῥωμαϊκὴν ταύτην· [13]ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ. Καὶ

1. *Τρίτον δ'* etc.] Tertium hoc argumentum, ut veritatem in Christianis solam odio haberi constet. Si quis a daemonibus immissus christianam religionem erroribus corrumpat, hunc persecutio non attingit. Inde manifesta conclusio, persecutionum auctores esse daemones ac solam illos veritatem insectari. *Maranus.*

2. *καὶ μετὰ ... λέγουσι*] Citavit hunc locum Eusebius Hist. eccl. II. c. 13 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 130 sqq.: ex hoc, paulo aliter, Syncellus Chronograph. p. 333 et Zonaras Anall. Tom. II. p. 187.

3. *ἀνέλευσιν τ. Χριστοῦ*] Syncell. et Zonar. cum Eusebio, a quo pendent, *ἀνάληψιν τ. κυρίου*. Nostram lectionem primitivam esse patescit ex Dial. c. Tr. c. 39: *μετὰ τὴν τοῦ Χρ. εἰς τ. οὐρανὸν ἀνέλευσιν*, coll. c. 87. p. 315. A. Praeterea tantummodo reperitur *ἄνοδος εἰς οὐρανὸν* ibid. c. 82.

4. *προεβάλλοντο*] Ita codd. msti; pariter plurimi Eusebiani (etiam Syncell.). Maran. vero et Braun. *προεβάλοντο*.

5. *τιμῶν*] Zonar. *τιμῆς*. — Euseb., Syncell., Zonar. *ἠξιώθησαν*.

6. *Σίμωνα* etc.] Zonar. *ὧν εἰς καὶ Σίμων ὁ Σαμαρεὺς ὁ ἀπὸ κώμης* etc.. — Cum accusativo *Σίμωνα* subaudiendum *προεβάλλοντο*.

7. *Γιττῶν*] Codd. msti, Stephan. et Thirlb. *Τρίτον* (mendose sine dubio). Sylburg., Maran., Braun. *Γίττων* (sic et Heinich. l. c.). Grab., Thalemann., Trollop. *Γιττῶν* (ex Euseb. ed. Vales. et ex Zonar.). Syncell. *Γαιτθίων*. Ultima circumflexa est: nam exhibent Epiphan. Haeres. 21 et Theodoret. Fabul. haeret. I. c. 1 *Γιτθῶν*, Clement. Homil. II. c. 22 *Γετθῶν*, Euseb. Chron. *Γηθῶν*, alii *Γητθῶν* et *Γητῶν*. Hac de voce dabit plura Clericus ad Constitutt. apostol. VI. 7: *Σίμωνά τινα ἀπὸ Γιτθῶν οὕτω καλουμένης κώμης Σαμαρέα*. Vide quae de Simonis Magi patria exposuit Simson in *Illgeni Zeitschrift für die hist. Theologie*. Lips. 1841. Fasc. 3. p. 18 sqq..

8. *διὰ ... τέχνης*] Zonar. *διὰ τ. τ. δαιμ. ἐνεργείας*.

9. *δυν. ποιήσ. μαγ.*] Euseb. *δυν. μαγ. ποιήσας*. — Mox idem *ἐπὶ τ. πόλ. ὑμῶν τῇ βασ. Ῥώμῃ*, Syncell. *ἐν τ. πόλ. ἡμῶν τῇ βασ. πόλει Ῥώμῃ*, Zonar. *ἐν τ. πόλ. ὑμῶν τῇ βασ. Ῥώμῃ*.

10. *παρ' ὑμῶν*] Euseb. et Zo-

26. Tertio, etiam post adscensum Christi in coelum daemones immisere homines quosdam qui se deos esse dicerent, quos non modo non insectati estis, sed etiam honoribus auxistis: Simonem quemdam Samaritanum e vico Gitton dicto, qui sub Claudio Caesare, quum operantium daemonum arte facinora magica edidisset in urbe vestra regia Roma, deus existimatus est et a vobis tamquam deus statua honoratus, quae statua erecta est in amne Tiberi inter duos pontes, habens hanc romanam inscriptionem: SIMONI DEO SANCTO. Ac

nar. *παρ' ὑμῖν.* Zonaras ὡς θεὸς omisit.

11. ὃς *ἀνδριὰς ἀνεγήγερται*] Haec male Syncell. et Zonar. cum Eusebio praetermiserunt. Eusebius, opinor, errorem non commisit sed vetus librarius, quem similitudo principii et finis fefellit: ὡς *θ. τετίμηται* et ὃς *ἀ. ἀνεγήγερται.* — Zonaras mox *Τιβέριδι* (graeco more). — *Ἐν. τ. Τίβ. ποτ.*: *in insula Tiberina* (Maran.).

12. *ἔχων ... ταύτην*] Zonar. *ἱσταμένῳ, γράμμασιν ἐπιγεγραμμένῳ ῥωμαϊκοῖς.*

13. *ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ*] Euseb., Syncell., Zonar. addunt graecam interpretationem: ὅπερ ἐστὶ *Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ.* Eamdem statuam commemorat Martyr etiam c. 56. p. 91. B. eumque praeter Eusebium secuti sunt Irenaeus adv. haeres. I. c. 23. §. 1 et Tertullianus Apolog. c. 13. Cf. Clement. Recognn. II. c. 9, Cyrill. Hieros. Catech. VI. c. 14, alios recentiores, ut Epiphan. adv. haeres. c. 21, Augustin. de haeres. c. 1, Theodoret. Fabb. haerett. I. c. 1. Huius rei narrationem, quae tota ex Iustini auctoritate pendet, defendere conati sunt Thirlbius, Maranus (Praefat. P. III. p. LXXXVI sq.), Braunius, prae caeteris Fogginius (De romano divi Petri itinere et episcopatu. Florent. 1741. 4. p. 247 sqq.). Contra dixerunt Grabius, van Dale (De oraculis vett. ethnicorum ed. 2. Amstelod. 1700. 4. p. 579 sqq.), Simson (l. c. p. 36 sqq.), Herm. Schlurick (De Simonis Magi fatis romanis. Misn. 1844. 4. p. 9 sqq.), aliique permulti. — Anno 1574 lapis, statuae olim basis, in insula Tiberina e ruderibus effossus est (vide Baron. Annall. ad ann. 44. Tom. I. Colon. 1624. p. 363 sq.; coll. Montefalcon. Diarium italic. etc. p. 268) hacce notatus inscriptione, ap. Gruter. Inscriptt. antiq. totius orbis rom. ed. Graev. Tom. I. p. XCVI. N. 5:

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRUM
SEX. POMPEIUS. S. P. F.
COL. MUSSIANUS
QUINQUENNALIS
DECUR
BIDENTALIS
DONUM. DEDIT.

Hic Semo (pronuntiari etiam poterat Simo, ut saepe Mircurius, Camina, Gimina al.) Sancus (vel Sanctus: Ovid. Fast. VI. 213 sq.) Sabinorum deus erat (Ovid. l. c. 217,

Norton, Evidences &c. II. Additional Note A.

Norton, G. σχεδὸν [14] πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, E 40
. 61. ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, [15] ἐκεῖνον καὶ προσκυ-
νοῦσι· καὶ Ἑλένην τινά, [16] τὴν περινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο 41
τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ [17] τέγους σταθεῖσαν, τὴν [18] ἀπ' αὐτοῦ
ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. [19] Μένανδρον δέ τινα, καὶ 42
αὐτὸν Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης [20] Καππαρεταίας, γενόμενον μα-
θητὴν τοῦ Σίμωνος, [21] ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ 70
ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης
οἴδαμεν· ὃς καὶ τοὺς αὐτῷ ἑπομένους ὡς [22] μηδὲ ἀποθνήσκοιεν
ἔπεισε, καὶ νῦν εἰσί τινες ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες. [23] Μαρ- 43
Norton, G. κίωνα δέ τινα Ποντικόν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς
7. 86. πειθομένους ἄλλον τινὰ [24] νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργοῦ θεόν,
[25] ὃς κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλή-
ψεως πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιη-
τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς θεόν, ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, [26] τὰ B
μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. [27] Πάντες οἱ ἀπὸ τού-
των ὁρμώμενοι, ὡς ἔφημεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται, [28] ὃν τρόπον

Lactant. Institt. divin. l. c. 15), qui pactis praeerat, a sanciendo dictus; quapropter etiam deus Fidius (Ovid. l. c. 213 et Gruter. l. c.) appellabatur, a fide. Illa autem nominum similitudine Iustinus videtur deceptus esse, ut *Simonem Deum Sanctum* eumdem cum *Semone Sanco Deo* putaret esse. — Caeterum Christiani Simonem habere solebant pro magistro et progenitore omnium haereticorum: Iren. adv. haeres. I. c. 27 et II. praef..

14. πάντες μὲν] Euseb. μὲν πάντες. — Iustinus hunc locum (*Καὶ σχεδὸν ... προσκυνοῦσι*) respexit in Dial. c. Tr. c. 126. p. 349. C.

15. ἐκεῖνον καὶ] Ita codd. msti. Sed utramque vocem omiserunt Eusebius (probante Davisio), Maranus, Braunius, Trollopius. Nihil vetat retinere. Syncell.: *Καὶ σχεδὸν μὲν πάντες προσκυνοῦσι.*

16. τὴν περινοστήσασαν] Ita codd. msti. Sed Sylburg., Maran. et Braun. τὴν συμπερινοστήσασαν. Syncell. articulum non agnoscit.

17. τέγους] Syncell. στέγους. Idem ex Eusebio post σταθεῖσαν addit ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης.

18. ἀπ'] Ita emendavit Maran. ex Eusebio (et Syncello) pro vulg. ὑπ', eumque Braun. secutus est. Mox Euseb. et Syncell. πρώτην ἔννοιαν λέγουσιν (omisso verbo γενομένην). Tertullianus ἔννοιαν interpretatus est *iniectionem*; de anima c. 34: „Helenam quandam Tyriam de loco libidinis publicae eadem pecunia redemit, dignam sibi mercedem pro spiritu sancto; et se quidem finxit summum patrem, illam vero iniectionem suam primam, qua iniecerat angelos et archangelos condere." Cf. Iren. l. c. I. c. 23. §.

paene omnes Samaritani et ex aliis gentibus pauci, primum deum illum esse confitentes, illum etiam adorant; atque Helenam quamdam, quae eum illo tempore assectata est, quum antea in lupanari prostitisset, primam eius notionem esse dictitant. Deinde Menandrum quemdam, pariter Samaritanum e vico Capparetaea, Simonis discipulum, a daemonibus quoque agitatum, multis, quum Antiochiae versaretur, arte magica illusisse scimus: qui sectatoribus etiam suis persuasit ipsos minime morituros esse, et ex illius disciplina adhuc supersunt nonnulli hoc profitentes. Tum Marcionem quemdam Ponticum, qui etiam nunc vivit ac discipulos docet alium quemdam agnoscere maiorem mundi opifice deum: qui in omni hominum genere daemonum adiumento effecit ut multi blasphemias dicerent et universi creatorem deum negarent, alium autem quemdam, utpote maiorem, maiora quam illum perfecisse profiterentur. Omnes qui ab istorum disciplina profecti sunt, ut diximus, Christiani vocantur, quemadmodum

2: „dicens hanc esse primam eius *conceptionem.*“

19. *Μένανδρον ... ὁμολογοῦντες*] Citavit hunc locum Eusebius l. c. III. c. 26 (Tom. I) p. 251.

20. *Καππαρεταίας*] Euseb. *Καπαραττταίας*.

21. *ἐνεργηθέντα ... δαιμονίων*] Euseb. *οἰστρηθέντα καὶ αὐτὸν ὑπὸ τ. δαιμόνων.*

22. *μηδὲ*] Euseb. *μή*. Paulo post *τινές εἰσιν.*

23. *Μαρκίωνα ... ἔχουσιν*] Allegavit haec Eusebius l. c. IV. c. 11 (Tom. I) p. 321 sq..

24. *νομίζ. μείζ.*] Euseb. *εἶναι νομίζειν μείζω.*

25. ὃς etc.] Euseb. ὃς *καὶ κατὰ ... πολλοὺς πέπεικε* (quod verum putant Davis. et Thalemann.) *βλάσφημα λέγειν ... παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ* (perperam, ut Valesius notat). — Duos Marcion inducebat deos, alterum opificem, qui mundum fabricaverit, alterum maiorem, qui praestantiora fecerit; illum negandum docebat, hunc confitendum. Cf. Baumgarten-Crusius *Comp. d. christl. Dogmengesch.* Tom. I (Lips. 1840) p. 49.

26. *τὰ μείζονα*] Haec male desunt apud Eusebium, videlicet occasione praecedentis *μείζονα.*

27. *Πάντες* etc.] Euseb. *Καὶ πάντες ... ὡρμημένοι, ὡς ἔφαμεν.* Dixit autem haec Iustinus supra c. 7. p. 56. D.

28. ὃν *τρόπον* etc.] Codd. msti et editi *ἐν* ante *τοῖς φιλοσόφοις* non habent, et pro *ἐπικαλούμενον* praebent *ἐπικατηγορούμενον (crimini datum).* Quamvis vulgata ista lectio sit inepta, editores tamen sicco quod aiunt pede locum transierunt. Praepositio *ἐν* male omissa est, uti quidem persuasissimum ha-

καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐν τοῖς φιλοσόφοις τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, [29] λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βοράς, C [30] οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' [31] ὅτι μὴ διώκονται μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, [32] κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. | [33] Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ 44 σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων συντεταγμένον· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν.

27. Ἡμεῖς δέ, [1] ἵνα μηδένα διώκωμεν μηδὲ ἀσεβῶμεν, [2] ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μέν, ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας, οὐ μό- D

beo, occasione ultimae antecedentis vocis (*δογμάτων*) literae *N* (similiter c. 5. n. 10), *ἐπικατηγορούμενον* vero per alienam sedulitatem importatum est ex c. 7 (vide supra n. 27), ubi Martyr dixit: *ὃν τρόπον οἱ ἐν Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἄρεστα δογματίσαντες ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων, οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γενομένων καὶ δοξάντων σοφῶν τὸ ἐ π ι κ α τ η γ ο ρ ο ύ μ ε ν ο ν ὄνομα κοινόν ἐστι.* Ibi *ἐπικατηγορούμενον* optime se habet, quippe de Christianis usurpatum, qui ob solum nomen accusentur. Comp. c. 4: *οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι.* Iam Eusebii tempore locus noster depravatus erat; quapropter ille, sed nimia mutatione usus, ita reposuit: *ὃν τρόπον, καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις* (h. e. *etiamsi non communia sint dogmata philosophis* = etiamsi in dogmatis non consentiant), *τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι.*

29. *λυχνίας ... βοράς*] De horrendis istis criminibus (c. 10 fin. et c. 28 fin.), quae Christianis gentiles (Apol. II. c. 12. p. 50. B. C) et Iudaei (Dial. c. Tr. c. 10. p. 227. B, c. 17. p. 235. A. C, c. 108. p. 335. C, coll. Origen. c. Cels. VI. c. 27) affingere solebant, nempe *Θυέστεια δεῖπνα* et *Οἰδιποδείους μίξεις* (Athenag. Suppl. p. Chr. c. 3 et Epist. eccl. Vienn. et Lugdun. ap. Euseb. l. c. V. c. 1), audias Caecilium gentilem in Minuc. Felic. Octavio c. 9. p. 29 sq. et c. 30 sq. p. 113 sqq. ed. Cellar.. — Tu fortasse legeris *ἀναίδην* pro *ἀνέδην*. Video illud in textu positum Morelliano. Ego non mutaverim. Cf. c. 29. n. 3.

30. *οὐ γινώσκομεν*] Vide c. 28. n. 7.

31. *ὅτι μή*] De hac dicendi ratione (pro *ὅτι οὐ*) exempla ex aliis scriptoribus attulit Schnitzer.: *Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 281. Cf. Apol. II. c. 3.

32. *κἂν διὰ τὰ δόγματα*] Duo docet S. Martyr: Primo, haereticos a persecutione tutos et immunes esse. Deinde, si qui ex illis occidantur, saltem non occidi ob ipsorum opiniones, sed quia (sic enim intelligen-

etiam qui dogmata communia non habent inter philosophos impositum nomen philosophiae commune habent. An vero etiam nefanda illa fabulosaque facinora perpetrent, lucernae eversionem promiscuosque concubitus et carnium humanarum epulas, non scimus; at eos a vobis neque vexari neque occidi, saltem ob dogmata, novimus. Est autem a nobis *liber adversus omnes quae exstiterunt haereses* compositus: quem si legere vultis, dabimus.

27. Nos autem, ne quem vexemus neve impie agamus, liberos etiam recens natos exponere hominum improborum esse didicimus: primum quidem, quia hos fere omnes videmus

dum videtur) facinus aliquod commisere. Quo autem argumento utitur S. Iustinus, ut probet solam in Christianis veritatem puniri et damnari, eodem alii Patres usi sunt, ut veritatem in sola reperiri catholica ecclesia probarent. Cf. Cyprian. Epist. 57 et 58. *Maranus.* — Caeterum illud κἂν elliptice dictum est: ἐάν γε... ᾖ, „wofern es nur die Glaubenslehren betrifft." Sic Apol. II. c. 8. p. 46. B. C, Dial. c. Tr. c. 108. p. 335. B. D (κἂν μετὰ τὸ ἀναστῆναι et κἂν νῦν). Cf. praeterea Schnitzer. l. c..

33. Ἔστι ... δώσομεν] Citavit Eusebius l. c. IV. c. 11 (Tom. I) p. 323. — Verbum συντεταγμένον (quasi supervacaneum) expunxit.

1. ἵνα μηδένα διώκωμεν] Billius (Observv. sacr. II. c. 6) vult Thirlbio et Thalemanno approbantibus μηδένα ἀδικῶμεν, Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 67) contendit legendum μηδὲν ἀδικῶμεν, Grabius praefert μηδὲ ἀδικῶμεν. „Sed," ait Maranus assentiente Braunio, „cur emendemus quod minime mendosum est? Immo illud verbum διώκομεν aptius mihi videtur ad significandum homicidium." Illi viri ἀδικῶμεν hic legerunt, quia Iustinus infra c. 28 iniustitiam cum impietate iungit. At ibi de alia re sermo est. — Abhorrent Christiani ab exponendis liberis, primum ne quidquam impie faciant, quandoquidem expositi ad nefanda educantur flagitia (c. 27), deinde ne aliquem opprimant, quippe quem puer non susceptus intereat (c. 29). Etenim haec duo mala ex liberorum exponendorum mere nascuntur. Formulae πρῶτον μὲν respondet c. 29. init. καὶ πάλιν. Inde Grabio placuit infra verba καὶ τούτων μισθοὺς κ. εἰσφορὰς usque ad ἧπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστὶ signo parentheseos, eiusque longissimae, includere. Thirlbius parenthesin induxit inde a verbis οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα etc..

2. ἐκτ. κ. τ. γενν.] Perion. mallet ἐκτ. κ. τὰ γενόμενα, H. Stephan. (l. c.) ἐκτ. κ. τ. γενν. παραιτούμεθα ὅτι, Thirlb. καὶ ἐκτ. τ. γενν., Grab. πονηρὸν pro πονηρῶν. Frivola omnia. — Cf. Ep. ad Diogn. c. 5: (Christiani) οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα.

νον τὰς κόρας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας, καὶ [3] *ὃν τρόπον λέγονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν ἢ αἰγῶν ἢ προβάτων τρέφειν ἢ ἵππων φορβάδων, οὕτω νῦν καὶ* [4] *παῖδας εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον· καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων καὶ ἀρρητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος* [5] *ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε. Καὶ*
τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι 45
ἀπὸ τῆς [6] *ὑμετέρας οἰκουμένης.* [7] *Καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τις* E
6. *ἀπὸ τ. θεοῦ*] Vide n. 3. — *Νοεῖν δύνασθε* scil. *illis exemplis.*

1. *Ἐγὼ ... καλῇ*] Iesai. 65, 2.

2. *Τὸν ... δικαιώσας με*] Iesai. 50, 6 — 8.

ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Καὶ ὁ κύριος βοηθός μου
ἐγένετο· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου D
ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίζει
ὁ δικαιώσας με. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· [3] Αὐτοὶ ἔβαλον κλῆρον
ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου, καὶ ὤρυξάν μου πόδας καὶ χεῖρας. Ἐγὼ
δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, καὶ ἀνέστην, ὅτι κύριος ἀντελάβετό
μου. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· [4] Ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κε- 59
φαλὴν λέγοντες· Ῥυσάσθω ἑαυτόν. [5] Ἅτινα πάντα γέγονεν ὑπὸ
τῶν Ἰουδαίων τῷ Χριστῷ, ὡς μαθεῖν δύνασθε. [6] Σταυρωθέντος
γὰρ αὐτοῦ ἐξέστρεφον τὰ χείλη καὶ ἐκίνουν τὰς κεφαλὰς λέγοντες·
Ὁ νεκροὺς ἀνεγείρας ῥυσάσθω ἑαυτόν.

39. Ὅταν δὲ ὡς προφητεῦον τὰ μέλλοντα γίνεσθαι λαλῇ τὸ
προφητικὸν πνεῦμα, οὕτως λέγει· [1] Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται 78
νόμος καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν
καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς
ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ λήψονται
ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. Καὶ
ὅτι οὕτως γέγονε, [2] πεισθῆναι δύνασθε. Ἀπὸ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἄν-
δρες δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, [3] καὶ οὗτοι ἰδιῶ-
ται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι, διὰ δὲ θεοῦ δυνάμεως ἐμήνυσαν παντὶ B
γένει ἀνθρώπων ὡς ἀπεστάλησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διδάξαι πάν-
τας τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· καὶ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται οὐ μόνον οὐ
πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθρούς, ἀλλ', ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ψεύδεσθαι μηδ'
ἐξαπατῆσαι τοὺς ἐξετάζοντας, [4] ἡδέως ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν
ἀποθνήσκομεν. Δυνατὸν γὰρ ἦν τὸ λεγόμενον

[5] Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος 60

3. Αὐτοὶ ... χεῖρας — Ἐγὼ ... μου] Psalm. 21, 18. 16 et 3, 5.

4. Ἐλάλησαν ... ἑαυτόν] Psalm. 21, 7 sq..

5. Ἅτινα etc.] Vulgo vitiose Ἅτινα πάντα γέγονεν ... Χριστῷ· μαθεῖν δύνασθε. Sylburgius voluit ὡς praemitti verbo γέγονεν (et sic Trollop. in textum recepit —: sed tum Martyri convenientius fuerit ὅτι). Melius coniecerunt Thirlbius ἃ ὅτι πάντα γέγ. etc., et Grabius (quocum Langius facit in Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 982) ἅτινα πάντα γεγονέναι etc.. Iustinianae autem consuetudini maxime accommodata est particula ὡς ante μαθεῖν δύνασθε collocata; saepe incuria librariorum excidit: cf. c. 33. n. 8.

6. Σταυρωθέντος ... ἑαυτόν] Coll. Matth. 27, 39—43.

ignominia sputorum. Et dominus auxiliator meus fuit; propterea non sum confusus, sed posui faciem meam ut solidam petram, et novi me non pudefactum iri, quia iuxta est qui me iustificavit. Et rursus quum dicit: *Ipsi iecerunt sortem super vestimentum meum, et foderunt meos pedes et manus. Ego autem dormivi et soporatus sum, et resurrexi, quia dominus me suscepit.* Et rursus quum dicit: *Locuti sunt labiis, moverunt caput dicentes: Eripiat seipsum!* Quae omnia a Iudaeis Christo acciderunt, ut cognoscere potestis. Nam crucifixo eo distorserunt labia et capita moverunt dicentes: *Qui mortuos excitavit liberet seipsum!*

39. Quando autem ut vaticinans quae futura sint propheticus spiritus loquitur, sic ait: *Ex Sione enim exibit lex et verbum domini ex Hierosolymis, et iudicabit inter gentes et arguet populum multum; et contundent gladios suos in aratra et lanceas suas in falces, et non sumet gens contra gentem gladium et non discent amplius belligerare.* Atque id ita evenisse persuaderi vobis potest. Hierosolymis enim viri numero duodecim exierunt in mundum, iique imperiti, dicendi facultate non praediti, dei autem potentia nuntiarunt omni generi hominum missos se esse a Christo ut omnes docerent verbum dei: et qui olim mutuis caedibus grassabamur non modo inimicos non oppugnamus, sed etiam, ut neque mentiamur neque inquisitores decipiamus, libenter Christum confitentes morimur. Facile enim esset ut quod dicitur

Lingua iuravit, mens autem iniurata est

1. *'Εκ . . . πολεμεῖν*] Iesai. 2, 3 sq..

2. *πεισθῆναι*] Thirlb. *μαθεῖν* contra omnes codices.

3. *καὶ οὗτοι ἰδιῶται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι*] Origenes c. Cels. VIII. c. 47: *Οὐ πιθανόν*, *οὔτε τοὺς Ἰησοῦ ἀποστόλους, ἄνδρας ἀγραμμάτους καὶ ἰδιώτας, ἄλλῳ τινὶ τεθαῤῥηκέναι πρὸς τὸ καταγγεῖλαι τοῖς ἀνθρώποις τὸν χριστιανισμὸν ἢ τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς δυνάμει.*

4. *ἡδέως*] Non ad *ὁμολογοῦντες* (Lang.) sed ad *ἀποθνήσκομεν* referendum.

5. *'Η γλῶσσ' ... ἀνώμοτος*] Codd. msti *γλῶσσα*. Maranus et Braunius, qui solus recte *ὀμώμοκεν* pro vulg. *ὁμώμοκεν* (c. spir. asp.) habet, *α* eliserunt. Pariter Trollopius. Verba desumta sunt ex Euripidis Hippolyto; versus est 607 (ed. Matthiae), ubi

ποιεῖν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. Γελοῖον [6] ἢ δὴ πρᾶγμα, ὑμῖν μὲν τοὺς C
συντιθεμένους καὶ καταλεγομένους στρατιώτας καὶ [7] πρὸ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς καὶ γονέων καὶ πατρίδος καὶ πάντων τῶν οἰκείων τὴν ὑμετέραν ἀσπάζεσθαι ὁμολογίαν, μηδὲν ἄφθαρτον δυναμένων ὑμῶν αὐτοῖς παρασχεῖν, ἡμᾶς δέ, ἀφθαρσίας ἐρῶντας, μὴ πάνθ' ὑπομεῖναι ὑπὲρ τοῦ τὰ ποθούμενα παρὰ τοῦ δυναμένου δοῦναι λαβεῖν.

40. Ἀκούσατε δὲ πῶς καὶ περὶ τῶν κηρυξάντων τὴν διδαχὴν αὐτοῦ καὶ μηνυσάντων τὴν ἐπιφάνειαν προεῤῥέθη, τοῦ [1] προειρημένου προφήτου καὶ βασιλέως οὕτως εἰπόντος διὰ τοῦ προφητικοῦ D
πνεύματος· [2] Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτός, ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ λόγων ἑτέρων τῶν προφητευθέντων δι' αὐτοῦ τοῦ E
Δαυὶδ καλῶς [3] ἔχον καὶ | οἰκείως ἐπιμνησθῆναι λελογίσμεθα, ἐξ ὧν 61
μαθεῖν ὑμῖν πάρεστι πῶς προτρέπεται ζῆν τοὺς ἀνθρώπους τὸ προφητικὸν πνεῦμα, καὶ πῶς μηνύει [4] τὴν γεγενημένην Ἡρώδου τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων καὶ Πιλάτου τοῦ ὑμετέρου παρ' αὐτοῖς γενομένου ἐπιτρόπου σὺν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις κατὰ τοῦ Χριστοῦ συνέλευσιν, καὶ ὅτι πιστεύεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τῶν [5] ἐκ 79
παντὸς γένους ἀνθρώπων, καὶ ὅτι αὐτὸν υἱὸν καλεῖ ὁ θεὸς καὶ ὑποτάσσειν αὐτῷ πάντας ἐχθροὺς ἐπήγγελται, καὶ πῶς οἱ δαίμονες,

melius ὀμώμοχ' exstat. Propter sententiam istam Euripides interdum ab Aristophane exagitatus est, v. c. Ran. 102. Vide Cicer. de offic. III. c. 29.

6. ἢ δή] Codd. msti et editi ἤδη, vitiose procul dubio. Quapropter coniecerunt Billius (Observv. sacr. II. c. 6) δέ, Sylburgius probante Braunio δ' ἦν (sic etiam Davis.) vel δ' εἴη, Thirlbius ἢ δὲ vel εἴη δέ. Ex levissima mutatione edidi ἢ δή, quod iam Grabius suasit. Mecum facit Trollopius. — Mox Braunius male ἡμῖν pro ὑμῖν.

7. πρὸ τῆς ἑ. ζωῆς κ. γονέων κ. πατρίδος κ. πάντων τ. οἰκ.] Ut iam advertit Thirlbius, formulam sacramenti militaris Iustinus respicit. Item Tertullianus de cor. mil. c. 11: „Credimusne humanum sacramentum divino superduci licere, et in alium dominum respondere post Christum, et eierare patrem ac matrem et omnem proximum, quos et lex honorari et post deum diligi praecipit?" — Sueton. Vit. Calig. c. 15: „De sororibus auctor

hac in re imitaremur. Ridiculum sane foret, ut obstricti sacramento a vobis et conscripti milites fidem vobis datam, quum nihil illis possitis incorrupti praebere, et suae ipsorum vitae et parentibus et patriae et omnibus propinquis praeponant, nos autem, qui incorruptionis cupidi sumus, non omnia perferamus ut optata ab eo consequamur qui potest praebere.

40. Audite quomodo etiam de iis praedictum sit qui doctrinam eius praedicarunt et adventum nuntiarunt, supradicto propheta et rege sic dicente per propheticum spiritum: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti adnuntiat scientiam. Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces. In omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum, et ipse, tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exsultabit ut gigas ad currendam viam.* His autem alia quoque verba per eumdem Davidem praenuntiata adiicere praeclarum et huius loci proprium duximus, ex quibus discere potestis quomodo homines vivere propheticus spiritus hortetur, tum quomodo factam ab Herode rege Iudaeorum et ipsis Iudaeis cum Pilato vestro apud eos procuratore cum eius militibus adversus Christum coitionem narret, deinde autem in eum credituros fuisse ex omni genere homines, porro deum filium eum vocare ac polliceri subiecturum se ei omnes inimicos, praeterea quomodo daemones,

fuit ut omnibus sacramentis adiiceretur: *Neque me liberosque meos chariores habebo quam Caium et sorores eius.*"

1. προειρημένον] C. 35. p. 76. B.

2. Ἡμέρα ... ὁδόν] Psalm. 18, 2—5. Iam Paulus Rom. 10, 18 illud αὐτῶν (ψ'. l. c. 4) ad apostolos retulit.

3. ἔχον] Davis. et Braun. ἔχειν scribendum suspicantur. Contra monet censor in *Theolog. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1831. N. 1. p. 4: „Diese Vermuthung ist überflüssig; καλῶς ἔχον ist logisches Object zu λελογίσμεθα: ἔχειν würde ganz dasselbe sagen, und zwischen beiden Redensarten ist kein anderer Unterschied als zwischen dem lateinischen *pulcrum esse duximus* und *pulcrum duximus.*"

4. τὴν ... συνέλευσιν] Coll. Actt. apost. 4, 27.

5. ἐκ παντὸς γένους] Vide c. 1. n. 7.

ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, τήν τε τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐξουσίαν φυγεῖν πειρῶνται, καὶ [6] ὡς εἰς μετάνοιαν καλεῖ πάντας ὁ θεὸς πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. Εἴρηνται δὲ οὕτως· [7] Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη καὶ ἐπὶ καθέ- B
δραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων, 62
ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. C
Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν [8] καινά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες [9] συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, λέγοντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς· τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην D
βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου. Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Καὶ νῦν βασιλεῖς σύνετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ E
ἐν τρόμῳ. Δράξασθε παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτόν.

41. Καὶ πάλιν δι' ἄλλης προφητείας μηνύον τὸ προφητικὸν

6. ὡς] Forsan πῶς, ut in commatiis antecedentibus. Parum refert.
7. Μακάριος . . . ἐπ' αὐτόν] Psalm. 1 et 2.
8. καινά] Omnes editores legi volunt κενά. Quum vero etiam octo

quantum in ipsis est, parentis universorum et domini dei ipsiusque Christi potestatem effugere conentur, denique quomodo deus omnes prius ad poenitentiam vocet quam dies iudicii adveniat. Sic autem sunt dicta: *Beatus vir qui non versatus est in consilio impiorum neque in via peccatorum stetit neque in cathedra pestilentiarum sedit, sed cuius voluntas in lege domini, et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tamquam lignum plantatum ad decursus aquarum, quod fructum suum dabit tempore suo, et folium eius non defluet, et omnia quaecunque faciet prosperabuntur. Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem proiicit ventus a facie terrae; idcirco non resurgent impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum, quia novit dominus viam iustorum, et via impiorum peribit. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt nova? Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt eodem fine adversus dominum et adversus Christum eius, dicentes: Disrumpamus vincula eorum et proiiciamus a nobis iugum eorum! Qui habitat in coelis eos irridebit, et dominus eos subsannabit; tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo eos conturbabit. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sionem montem sanctum eius, praedicans praeceptum domini. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie te genui. Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae; reges eos virga ferrea, tamquam vasa figuli eos confringes. Et nunc reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram. Servite domino cum timore, et exsultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, et pereatis de via iusta, quum exarserit brevi ira eius. Beati omnes qui in eum confidunt.*

concilio

41. Ac rursus in alia prophetia per eumdem Davidem

codd. msti versionis Alexandrinae (ed. Holm.-Parsons) nostram exhibeant lectionem, immutanda non est. Assentitur Trollopius.

9. συνήχθ. ἐπὶ τὸ αὐτὸ] H. e. *in idem conspirantes* s. *eodem fine.* Aliter alibi; cf. c. 67.

πνεῦμα δι' αὐτοῦ τοῦ Δαυίδ, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι βασιλεύσει ὁ Χριστός, οὕτως εἶπεν· [1]Ἄισατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἀναγγείλατε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας [2]τὸ σωτήριον αὐτοῦ· ὅτι μέγας κύριος 80 63
καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερὸς ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι [3]πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα δαιμονίων εἰσίν, ὁ δὲ θεὸς τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. Δόξα καὶ αἶνος κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἰσχὺς καὶ καύχημα ἐν τόπῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ. Δότε τῷ κυρίῳ, [4]τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων, δόξαν. Λάβετε χάριν καὶ εἰσέλθετε κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ προσκυνήσατε ἐν αὐλαῖς ἁγίαις αὐτοῦ. Φοβηθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ καὶ κατορθωθήτω καὶ μὴ σαλευθήτω. Εὐφρανθήτωσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὁ κύριος ἐβασίλευ- B
σεν [5]ἀπὸ τοῦ ξύλου.

42. [1]*Ὅταν δὲ τὸ προφητικὸν πνεῦμα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ὡς ἤδη γενόμενα λέγῃ, ὡς καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις δοξάσαι ἔστιν, ὅπως [2]ἀπολογίαν μὴ παράσχῃ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, καὶ τοῦτο διασαφήσομεν. Τὰ πάντως ἐγνωσμένα γενησόμενα προλέγει ὡς ἤδη γενόμενα. [3]Ὅτι δὲ οὕτως δεῖ ἐκδέχεσθαι, ἐνατενίσατε τῷ νοῒ τοῖς λεγομένοις. Δαυὶδ [4]ἔτεσι χιλίοις καὶ πεντακοσίοις πρὶν ἢ Χριστὸν* C
ἄνθρωπον γενόμενον σταυρωθῆναι τὰ προειρημένα ἔφη, καὶ οὐδεὶς τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων σταυρωθεὶς εὐφροσύνην παρέσχε

1. *Ἄισατε ... ξύλου*] 1 Parall. 16, 23. 25—31; coll. Psalm. 95, 1. 2. 4—10.

2. *τὸ σωτήριον αὐτοῦ*] His verbis adduntur in Parall. (v. 24): *ἐξηγεῖσθε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.* Forte haec exciderunt negligentia librarii: ob repetitum *αὐτοῦ*.

3. *πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα δαιμονίων*] Coaluerunt duae interpretationes: 1 Parall. 16, 26 *οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα* — et Ps. 95, 5 *οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια.* Ex his interpretationibus coniunctis factum est *οἱ θ. τ. ἐ. εἴδωλα δαιμονίων.* Sic alibi quoque: Dial. c. Tr. c. 55. 73, de resurr. c. 5. Vide librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 147 sq. n. 21. Neque id apud Iustinum tantum. Irenaeus adv. haeres. III. c. 6: „Quemadmodum apud David: *Dii gentium idola daemoniorum.*“ Cf. ibid. IV. c. 41. Clemens Protrept. c. 4. §. 62: *Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα.*

4. *τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων*] Thirlb. et Galland. iubent *αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν* reponi, praesertim quum Dial. c. Tr. c. 73. p. 299. A. sic exstet. Sis vero vide quae ibid. c. 74 ad verba *τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων* adnotata sunt.

5. *ἀπὸ τοῦ ξύλου*] Adeas Dial. c. Tr. c. 73. n. 1.

propheticus spiritus, ostendens Christum post crucis supplicium regnaturum esse, sic fatur: *Cantate domino omnis terra, et adnuntiate de die in diem salutare eius: quia magnus dominus et laudabilis nimis, terribilis super omnes deos; quia omnes dii gentium simulacra daemoniorum sunt, deus autem coelos fecit. Gloria et laus in conspectu eius, et fortitudo et gloriatio in loco sanctificationis eius. Date domino, patri saeculorum, gloriam. Accipite gratiam et ingredimini in conspectum eius et adorate in atriis sacris eius. Metuat a facie eius omnis terra et prosperetur recte agendo et non commoveatur. Laetentur in gentibus: dominus regnavit a ligno.*

42. Quando autem propheticus spiritus futura velut iam facta dicit, quemadmodum etiam in iis quae supra attulimus animadverti potest, id quoque, ne quam legentibus excusationem praebeat, explanabimus. Quae omnino cognita sunt futura ea praedicit ut iam facta. Quod autem ita res accipienda est, animum ad ea quae dicentur advertite. Davides annis mille et quingentis ante quam Christus homo factus crucifigeretur supradicta locutus est, nec quisquam eorum qui ante

1. *Ὅταν … λέγῃ*] Necesse non est legere cum Sylburgio *Ὅτι … λέγει.*

2. *ἀπολογίαν*] Gelenius et Langus legerunt *ἀπορίαν*, Wolfius coniectavit *ἀντιλογίαν*, quod Sylburg., Grab., Thalemann. probarunt, Thirlbius *ἀλογίαν*. Maranus: „Non videntur eruditi viri ingenium S. Iustini et illius consuetudinem disputandi satis perspexisse. Nam quum impositum sibi esse duceret quam plurimos ad veritatis cognitionem adducere, operam dabat exemplo Pauli ut mundus esset a sanguine omnium, nec dubitabat quin, si quid subtraheret utilium rerum, relicta audientibus excusatio in suum ipsius caput resiliret. Vide c. 55. 61. Dial. c. Tr. c. 38. 44. 58. 82.“ — *Μὴ παράσχῃ* pertinet ad *τοῦτο* quod sequitur. Trollopius: „*That the circumstance may afford no excuse to readers* for misinterpreting them.“ *Ἐντυγχάνοντες* sunt *legentes;* cf. c. 14. p. 61. A, c. 44. p. 82. C.

3. *Ὅτι δὲ*] H. e. *Was aber das anbetrifft dass.* Pariter c. 47. n. 1. Exempla dedit Pape *Handwörterb. d. griech. Sprache* s. v. *ὅτι* Tom. II. p. 382.

4. *ἔτεσι χιλίοις κ. πεντακοσίοις*] Mira chronologia. Grabius putavit scriptum fuisse *αρ* (= 1100) idque mutatum esse in *αφ*, ut error non Iustini sed librariorum esset. Vide c. 31. n. 3. 10 et c. 46. n. 2.

τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον. Ὁ καθ' ἡμᾶς δὲ Ἰησοῦς
Χριστὸς σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν ἀνέστη, καὶ ἐβασίλευσεν ἀνελ-
θὼν εἰς οὐρανόν, καὶ ἐπὶ τοῖς παρ' | αὐτοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων ἐν 64
τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι κηρυχθεῖσιν εὐφροσύνη ἐστὶ προσδοκώντων τὴν
κατηγγελμένην ὑπ' αὐτοῦ ἀφθαρσίαν.

43. Ὅπως δὲ μή τινες ἐκ τῶν προλελεγμένων ὑφ' [1] ἡμῶν δο- D
ξάσωσι καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην φάσκειν ἡμᾶς τὰ γινόμενα γίνε-
σθαι, ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα, καὶ τοῦτο [2] διαλύομεν. Τὰς
τιμωρίας καὶ τὰς κολάσεις καὶ τὰς ἀγαθὰς ἀμοιβὰς κατ' ἀξίαν τῶν
πράξεων [3] ἑκάστου ἀποδίδοσθαι διὰ τῶν προφητῶν μαθόντες καὶ
ἀληθὲς ἀποφαινόμεθα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καθ' εἱμαρ-
μένην πάντα γίνεται, οὔτε [4] τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔστιν ὅλως. Εἰ [5] γὰρ εἵ-
μαρται τόνδε τινὰ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τόνδε φαῦλον, οὔθ' οὗτος E
[6] ἀπόδεκτος οὐδ' ἐκεῖνος μεμπτέος. Καὶ αὖ εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευ-
θέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμιν
ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὁπωσδήποτε πραττ-
τομένων. Ἀλλ' ὅτι ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ κατορθοῖ καὶ σφάλ-
λεται, οὕτως ἀποδείκνυμεν. Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον τῶν ἐναντίων
τὴν μετέλευσιν ποιούμενον ὁρῶμεν. Εἰ δὲ εἵμαρτο ἢ φαῦλον ἢ
σπουδαῖον εἶναι, οὐκ ἄν ποτε τῶν ἐναντίων [7] δεκτ|ικὸς ἦν καὶ πλει- 65
στάκις μετετίθετο· ἀλλ' οὐδ' οἱ μὲν ἦσαν σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι, 81
ἐπεὶ τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν φαύλων καὶ ἐναντία ἑαυτῇ πράττουσαν
[8] ἀποφαινοίμεθα, ἢ ἐκεῖνο [9] τὸ προειρημένον δόξαι ἀληθὲς εἶναι,
ὅτι οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ οὐδὲ κακία, ἀλλὰ δόξῃ μόνον ἢ ἀγαθὰ ἢ
κακὰ νομίζεται· ἥπερ, ὡς δείκνυσιν ὁ ἀληθὴς λόγος, μεγίστη ἀσέ-
βεια καὶ ἀδικία ἐστίν. [10] Ἀλλ' εἱμαρμένην φαμὲν ἀπαράβατον ταύ-

1. ἡμῶν] Stephan. ὑμῶν vitiose.

2. διαλύομεν] Sylburgius διαλύωμεν mallet seu, id quod praeferendum, διαλύσομεν. Non muto.

3. ἑκάστου] Thirlbius ἑκάστῳ coniecit praeter necessitatem.

4. τὸ ἐφ' ἡμῖν] I. q. τὸ αὐτεξούσιον, ut alibi dicit.

5. γὰρ] Thirlb. δὲ legi voluit. Sic Iustinus ipse corrigeretur.

6. ἀπόδεκτος] Vulgo ἀποδεκτὸς (oxyt.) male exstat. Cf. Epist. ad Diogn. c. 8. — H. Stephan. (in edit. Epist. ad Diogn. p. 67): „Ἀποδεκτέος ut μεμπτέος, vel μεμπτὸς ut ἀποδεκτὸς [sic] fuisse scribendum videri possit.“ Nihil necesse est immutare.

7. δεκτικὸς] Braun. et Trollop. δεικτικὸς falso ediderunt.

eum fuerunt crucifixus laetitiam gentibus attulit, sed neque eorum qui post eum fuerunt. Noster autem Iesus Christus crucifixus ac mortuus resurrexit, et regnavit reversus in coelum, atque ex iis quae eius nomine per apostolos in omnibus gentibus promulgata sunt laetitia est eorum qui adnuntiatam ab eo incorruptionem exspectant.

43. Ne autem aliqui ex iis quae exposuimus autument nos dicere fati necessitate fieri quae fiant, ex eo quod praecognita esse dixerimus, id quoque dissolvimus. Poenas et supplicia et bonas remunerationes pro meritis cuiusque actionum irrogari quum a prophetis edocti simus, etiam verum id esse confirmamus. Nam si res ita se non habet, sed fati necessitate omnia fiunt, nullus iam libero arbitrio est locus. Si enim fato decretum est alium esse bonum et alium malum, neque ille laude dignus est neque hic vituperandus. Ac rursus nisi humanum genus facultatem habet libera animi inductione et fugiendi turpia et honesta sectandi, extra noxiam est quidquid egerit. Sed libera animi inductione illud vel bene agere vel male, sic demonstramus. Hominem eumdem in contraria transire videmus. Quodsi fato decretum esset eum vel bonum esse vel malum, non sane contrariorum capax esset nec tam saepe mutaretur; sed ne alii quidem boni essent, alii mali: vel enim fatum malorum causam esse ac contraria sibi ipsi facere statueremus, vel illud de quo supra diximus verum nobis videretur, scilicet nihil esse virtutem aut vitium, sed opinione tantum vel bona vel mala diiudicari: quae profecto, ut vera ratio demonstrat, maxima impietas et iniustitia est. At fatum ineluctabile

8. *ἀποφαινοίμεθα*] Optativum reponendum esse (Sylburg.) pro vulg. *ἀποφαινόμεθα* vel sequens *δόξαι* monet. Quapropter reposui.

9. *τὸ προειρημένον*] C. 28. p. 71. C. — Ad illud *οὐδέν ἐστιν ἀρετή* cf. Origenem de princ. I. c. 5. §. 3 et c. Cels. IV. c. 3: *Ἀρετῆς μὲν ἐὰν ἀνελῇς τὸ ἑκούσιον, ἀνεῖλες αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν.*

10. *Ἀλλ' εἱμαρμένην* etc.] Similiter (Maran.) Clemens Alex. de bonorum et malorum praemiis Strom. VII. c. 4. §. 20: *Αὕτη που ἡ ἀδράστεια καθ' ἣν οὐκ ἔστι διαδράναι τὸν θεόν.* Etiam Hierocles in libro de Providentia et Fato apud Photium cod. 214 dixit *τὴν μὲν τοίγε τῇ προνοίᾳ συνεπομένην δίκην εἱμαρμένην καλεῖσθαι.*

*την εἶναι, τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις τὰ ἄξια ἐπιτίμια, καὶ [11] τοῖς
ὁμοίως τὰ ἐναντία τὰ ἄξια ἐπίχειρα. Οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα,* B
*οἷον δένδρα καὶ τετράποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει πράττειν,
ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἦν ἄξιος ἀμοιβῆς ἢ ἐπαίνου, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἑλόμενος τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ [12] τοῦτο γενόμενος, οὐδ', εἰ κακὸς ὑπῆρχε, δικαίως κολάσεως ἐτύγχανεν, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ τοιοῦτος ὤν, ἀλλ' [13] οὐδὲν δυνάμενος εἶναι ἕτερον παρ' ὃ ἐγεγόνει.*

44. *Ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ταῦτα τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα διὰ
Μωυσέως φῆσαν τῷ πρώτῳ πλασθέντι ἀνθρώπῳ εἰρῆσθαι ὑπὸ* C 66
*τοῦ θεοῦ οὕτως· [1] Ἰδοὺ πρὸ προσώπου σου τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν, ἔκλεξαι τὸ ἀγαθόν· καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου, τοῦ ἑτέρου προφήτου, [2] ὡς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ εἰς τοῦτο λεχθῆναι οὕτως· [3] Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήραν, καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει
κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον* D
*λευκανῶ, καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Τὸ δὲ προειρημένον Μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ' ἡ μάχαιρα τοῦ θεοῦ ἐστι τὸ πῦρ, οὗ βορὰ [4] γίνονται οἱ τὰ
φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι. Διὰ τοῦτο λέγει· Μάχαιρα ὑμᾶς* E
*κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν. Εἰ δὲ καὶ περὶ τεμνούσης καὶ αὐτίκα ἀπαλλασσούσης μαχαίρας ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε
Κατέδεται. Ὥστε καὶ Πλάτων εἰπών· [5] Αἰτία ἑλομένου, θεὸς δ'* 67
ἀναίτιος, παρὰ Μωυσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε. Πρεσβύτερος γὰρ Μωυσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. Καὶ

11. *τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία*] Sylburg. proposuit *καὶ ὁμοίως τοῖς τὰ ἐναντία*.

12. *τοῦτο*] H. e. *ἀγαθός*.

13. *οὐδὲν ... ἐγεγόνει*] Exinde Irenaeus adv. haeres. IV. c. 37. §. 6: „Qui nihil aliud esse possunt praeterquam quod facti sunt.“ Coll. ibid. §. 2 (ed. Massuet.) p. 281.

1. *Ἰδοὺ ... ἀγαθόν*] Deuter. 30, 15. 19.

2. *ὡς ἀπὸ τοῦ πατρὸς*] Cf. c. 37. n. 3.

3. *Λούσασθε ... ἐλάλ. ταῦτα*]

illud esse dicimus, iis qui bona eligunt merita praemia, et iis itidem qui contraria eligunt debitam mercedem. Neque enim ut caetera, puta arbores et quadrupedes, quae nihil iudicio et voluntate facere possunt, deus hominem fecit: nam nec remuneratione aut laude dignus foret, si sua sponte bonum non eligeret, verum ita natus esset, nec, si malus esset, iuste poena afficeretur, utpote qui non sua sponte talis esset, sed nihil aliud posset esse praeterquam ad quod natus esset.

44. Docuit haec nos sanctus propheticus spiritus, qui per
c Mosen testatur homini primitus creato deum haec verba dixisse: *Ecce in conspectu tuo bonum et malum, elige bonum* — et rursus per Iesaiam, alium prophetam, tamquam ex persona parentis universorum et domini dei in eamdem sententiam sic dictum esse: *Lavamini, mundi estote, auferte pravitates ex animis vestris, discite bonum facere, iudicate pupillo et iustificate viduam, et venite et disceptemus, dicit dominus; et si fuerint peccata vestra ut phoeniceum, tamquam lanam dealbabo, et si fuerint ut coccinum, tamquam nivem dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis, sin vero non audieritis me, gladius vos devorabit; os enim domini haec locutum est.* Quod autem dictum est *Gladius depascet vos* non hanc sententiam habet ut gladio necandi sint qui non paruerint, sed gladius dei est ignis, cuius esca fiunt qui mala patrare in animum inducunt. Propterea ait: *Gladius depascet vos; os enim domini locutum est.* Quodsi de secante et confestim dimittente gladio loqueretur, non diceret *Depascet.* Quapropter quod ait Plato: *Culpa eligentis, deus autem extra culpam* — a Mose propheta mutuatus dixit. Antiquior enim Moses est etiam omnibus Graiorum scri-

Iesai. 1, 16—20.

4. *γίνονται*] Thirlb. mavult *γενήσονται*. Lectio vulgaris haud spernenda.

5. *Αἰτία ... ἀναίτιος*] Cf. Plat. de republ. X. p. 617. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VII. p. 330). Repetit Clemens Alex. Strom. V. c. 14. §. 137 (Opp. ed. Klotz. Tom. III) p. 92. Uterque omittit δ'. Cf. Pseudo-Iustini Quaest. et Respp. ad Orthod. 8: *Οὐκ ἄρα ὁ θεός ἐστιν αἴτιος τοῦ εἶναι ἡμᾶς ἀγαθοὺς ἢ κακούς, ἀλλ' ἡ προαίρεσις.*

πάντα, ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς ἢ τιμωριῶν τῶν μετὰ θάνα- 82 *τον ἢ θεωρίας οὐρανίων ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν,* [6] *παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται καὶ ἐξηγήσαντο. Ὅθεν παρὰ πᾶσι σπέρματα ἀληθείας δοκεῖ εἶναι· ἐλέγχονται δὲ μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες, ὅταν ἐναντία αὐτοὶ ἑαυτοῖς λέγωσιν.* [7] *Ὥστε ὅ φαμεν, πεπροφητεῦσθαι τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, οὐ διὰ τὸ εἱμαρμένης ἀνάγκῃ πράττεσθαι λέγομεν· ἀλλὰ προγνώστου τοῦ θεοῦ ὄντος τῶν μελ-* B *λόντων ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων πραχθήσεσθαι, καὶ δόγματος ὄντος* [8] *παρ' αὐτόν, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον ἀμείψεσθαι μέλλοντα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ κατ' ἀξίαν τῶν πραττομένων* [9] *ἀπαντήσεσθαι, διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος προλέγει, εἰς ἐπίτασιν καὶ ἀνάμνησιν ἀεὶ ἄγων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δεικνὺς ὅτι καὶ μέλον ἐστὶν αὐτῷ καὶ προνοεῖται αὐτῶν. Κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων* [10] *θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν*

6. *παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες*] Sic iam pridem Aristobulus ap. Clementem l. c. I. c. 22. §. 150 (Tom. II) p. 100 et V. c. 14. §. 98 (Tom. III) p. 69 sq. docuerat. Pariter Philo Vit. Mos. II. c. 4 (alibi saepius) et Iosephus c. Apion. I. c. 22. Vide H. N. Clausen Apologetae eccl. chr. ante-theodosiani (Havn. 1817) p. 187 sqq.; coll. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 82.

7. *Ὥστε ... λέγομεν*] Non est quod cum Davisio corrigamus: *Ὡς ὅτε φαμὲν ... οὐ διὰ τοῦτο εἱμαρμένης* etc.. Trollopius, sed diffidenter, legendum coniecit: *Ὥστε ἃ φαμεν πεπροφητεῦσθαι μέλλοντα γίνεσθαι.*

8. *παρ' αὐτόν*] Codd. msti et editi *παρ' αὐτῶν*. Thalemann. legi vult *παρ' αὐτοῖς*. Caeteri pronomen melius referunt ad deum; Perionius enim commendat *παρ' αὐτοῦ*, Davisius *παρ' αὐτῷ*, Maranus et Langius (in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 985) *παρ' αὐτῷ ... μέλλοντι*. Sed magis iuxta vestigia mstorum librorum est *παρ' αὐτόν* (relatum ad *μέλλοντα*), idque Schnitzerus (*Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 282) probavit et Trollopius textui inseruit. — Maranus: „Ut intelligatur S. Martyris sententia, in memoriam revocandum est, quod paulo ante dicebat (c. 43) fatum ineluctabile in eo positum esse ut bonis et malis praemia rependantur, non vero ut hic bonus sit, iste malus. Sic igitur hoc loco iudicium, quod de singulis hominibus instituendum est, distinguitur ab ea lege et veluti ineluctabili, ut ipse appellat, fato, quo bonis et malis aequa merces solvenda. Atque huc redit tota sententia: Statutum apud deum ut, quum singuli homines ab eo iudicandi sint, iusta virtuti et vitio remuneratio tri-

ptoribus. Et omnia, quaecunque de immortalitate animae vel poenis post mortem vel contemplatione coelestium rerum vel similibus dogmatis tum philosophi tum poetae dixerunt, a prophetis sumto argumento et intelligere potuerunt et exposuerunt. Hinc apud omnes veritatis semina videntur esse; sed comperiuntur non accurate eam intellexisse, quandoquidem contraria sibi ipsi dicunt. Ergo quod dicimus, res futuras praedictas fuisse, non eo dicimus quod fati necessitate fiant; sed quum praevideat deus futuras omnium hominum actiones, quumque apud eum, pro meritis actionum singulos homines remuneraturum, statutum sit ut ab ipso etiam digna actionibus praemia rependantur, per propheticum spiritum praedicit, ad animi attentionem ac recordationem semper vocans hominum genus, itidem demonstrans se curam eorum gerere iisque providere. Operatione autem malorum daemonum mors sancita

buatur."

9. ἀκαντήσεσθαι] Male Perion. ἀκαιτήσεσθαι.

10. θάνατος ὡρίσθη etc.] Maranus (Praefat. P. III. p. LXXXV) haec observat: „Poena illa capitalis ethnicos deterrebat a legendis Hystaspis, Sibyllae et prophetarum libris, at Christianos tam parum movebat ut se his legendis libris deditos esse prae se ferrent ac proferendis prophetarum oraculis nemini in offensionem venturos confiderent. Quaenam ergo illa lex, tam ethnicis metuenda, Christianos vero nihil laedens? Non alia profecto videtur assignari posse praeter eam quae futurorum curiosam inquisitionem prohibebat: erat enim hoc crimen longe maximum illis temporibus, ac novis rebus studere et nefaria consilia intendere videbatur, si quis de salute imperatoris responsa peteret. Cf. Tertull. Apolog. c. 35. Erat ergo capite sancitum ne quis de rebus Caesari aut reipublicae eventuris inquireret, ac libros evolveret, in quibus futura praedicuntur. Hanc legem Iustinus daemonum astu et molitione fixam fuisse existimat, nimirum ut homines a legendis prophetis deterrerentur: sua illum experientia docere potuit multos [gentilium] hoc metu detentos fuisse quominus prophetarum scripta tangere auderent. At Christianorum alia exstitit causa. Notum erat eos detestari quidquid ad auguria et haruspicinam pertinet, ac grande piaculum arbitrari daemones consulere; nec prophetas proferebant in iis quae ad reipublicae administrationem pertinent, sed in iis quae ad salutem aeternam, neque ut futura curiose cognoscerent, sed potius ut ea quae Iesu Christo et Christianis evenerant demonstrarent multis ante saeculis praevisa et praedicta esse. Ab hominibus sic animo affectis nihil Caesaribus metuendum erat." Sed vide Semisch. *Justin der Märtyr.* P. II.

τὰς Ὑστάσπου ἢ Σιβύλλης ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόν- C
των, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀν- 68
θρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. Ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν [11] εὐάρεστα φανήσεσθαι. Κἂν ὀλίγους δὲ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα· ὡς
γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὴν ἀμοιβὴν ἕξομεν. D

45. Ὅτι δὲ [1] ἀνάγειν τὸν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ πατὴρ τῶν πάντων θεὸς μετὰ τὸ ἀναστῆσαι ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἔμελλε, [2] καὶ κατέχειν ἕως ἂν πατάξῃ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ δαίμονας, καὶ συντελεσθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν προεγνωσμένων αὐτῷ ἀγαθῶν γινομένων καὶ ἐναρέτων, δι' οὓς καὶ μηδέπω τὴν [3] ἐπικύρωσιν πεποίηται, ἐπακούσατε τῶν εἰρημένων διὰ Δαυὶδ τοῦ προφήτου.
Ἔστι δὲ ταῦτα· [4] Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δε- E
ξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι κύριος ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τὸ οὖν εἰρημένον Ῥά-
βδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἱερουσαλὴμ προαγγελτικὸν τοῦ 83
λόγου τοῦ ἰσχυροῦ, ὃν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελ- 69
θόντες πανταχοῦ ἐκήρυξαν, [5] καί, καίπερ θανάτου ὁρισθέντος κατὰ τῶν διδασκόντων ἢ ὅλως ὁμολογούντων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἡμεῖς πανταχοῦ καὶ ἀσπαζόμεθα καὶ διδάσκομεν. Εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὡς ἐχθροὶ ἐντεύξεσθε τοῖσδε τοῖς λόγοις, οὐ πλέον τι δύνασθε,
[6] ὡς προέφημεν, τοῦ φονεύειν· ὅπερ ἡμῖν μὲν οὐδεμίαν βλάβην B

p. 122. n. 2. — Cf. praeterea c. 20. n. 1.

11. εὐάρεστα] H. e. scientes fore *grata* scil. quae in libris illis, εἰς ἐπίσκεψιν datis, traduntur.

1. ἀνάγειν] Vulgo ἀγαγεῖν. Illud Thirlb. (in Add.) egregie coniecit et Braun. probavit. Dial. c. Tr. c. 32: ... καὶ τὸν κύριον πάντων πατέρα ἀνάγοντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ καθίζοντα αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ.

2. καὶ κατέχειν] Scil. ἐν τῷ οὐρανῷ, id quod animo facile ex praecedentibus suppletur. Non igitur Thirlbii coniectatione opus est: κἀκεῖ κατέχειν.

3. ἐπικύρωσιν] Billius (Observv.

est in eos qui Hystaspis aut Sibyllae aut prophetarum libros legunt, tum ut metu homines deterreant quominus his legendis bonarum rerum cognitionem assequantur, tum ut eos sibi servos retineant: quod quidem in perpetuum efficere non potuerunt. Impavide enim non solum illos legimus, sed vobis etiam, ut videtis, inspiciendos offerimus, quum futurum sciamus ut grati omnibus videantur. Atque etiamsi paucis persuadeamus, maxima tamen inde lucra feremus; nam ut agricolae boni a domino mercedem capiemus.

45. Quod autem parens omnium deus Christum, postquam eum ex mortuis excitavit, in coelum evecturus erat, et retenturus donec percutiat inimicos ei daemones, ac numerus praecognitorum ab eo bonorum virtuteque praeditorum expleatur, propter quos etiam decreti confirmationem nondum fecit, audite verba Davidis prophetae. Sunt haec: *Dixit dominus domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam potentiae emittet tibi dominus Hierosolymis; et dominare in mediis inimicis tuis. Tecum principatus die potentiae tuae in splendoribus sanctorum tuorum; ex utero ante luciferum te genui.* Illud igitur dictum *Virgam potentiae emittet tibi Hierosolymis* praesignificat potentem doctrinam, quam eius apostoli Hierosolymis profecti ubique praedicaverunt, et, etsi mors constituta sit docentibus aut omnino confitentibus nomen Christi, nos ubique et amplectimur et docemus. Quodsi vos quoque haec animo inimico legetis, nihil amplius, ut iam diximus, potestis quam occidere: quod nobis quidem nullum damnum affert, vo-

sacr. II. c. 6) coniecit *ἐκπύρωσιν* (c. 20. p. 66. D, c. 57. p. 91. C, c. 60. p. 93. C, Apol. II. c. 7. p. 45. C), cum eoque faciunt Thirlbius, Maranus, interpres Campidonensis. Sed lectio recepta, codd. mstis firmata, nihil offensionis praebet; est enim (Thalemann.) *ἐπικύρωσις decreti c o n f i r m a t i o, consummatio, perfectio*, de reditu Christi ad iudicium.

4. *Εἶπεν ... ἐγένν. σε*] Psalm. 109, 1—3.

5. *καί*] Vulgo deest; iam vero Thirlbius monuit praemittendum illud *καί* verbis *καίπερ θανάτου ... Χριστοῦ*. Recte Braunius: „Saepe ita peccatum est a librariis, ut propter similitudinem particula sit omissa.“

6. *ὡς προέφημεν*] Vide c. 2.

φέρει, ὑμῖν δὲ καὶ πᾶσι τοῖς [7] ἀδίκως ἐχθραίνουσι καὶ μὴ μετατιθεμένοις κόλασιν διὰ πυρὸς αἰωνίαν ἐργάζεται.

46. Ἵνα δὲ μή τινες ἀλογισταίνοντες, [1] εἰς ἀποτροπὴν τῶν δεδιδαγμένων ὑφ' ἡμῶν, εἴπωσι [2] πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Κυρηνίου, [3] δεδιδαχέναι C δὲ ἃ φαμεν διδάξαι αὐτὸν ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ [4] ἐπικαλῶσιν ὡς ἀνευθύνων ὄντων τῶν προγεγενημένων πάντων ἀνθρώπων, φθάσαντες τὴν ἀπορίαν [5] λυσώμεθα. [6] Τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν καὶ προεμηνύσαμεν [7] λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε. Καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον [8] ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ [9] Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς, ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραὰμ καὶ Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας D καὶ Μισαὴλ καὶ Ἠλίας καὶ ἄλλοι πολλοί, ὧν τὰς πράξεις ἢ τὰ ὀνόματα καταλέγειν μακρὸν εἶναι ἐπιστάμενοι τανῦν παραιτούμεθα. Ὥστε καὶ [10] οἱ προγενόμενοι ἄνευ λόγου βιώσαντες ἄχρηστοι καὶ ἐχθροὶ τῷ Χριστῷ ἦσαν καὶ φονεῖς τῶν μετὰ λόγου βιούντων· οἱ δὲ μετὰ λόγου βιώσαντες καὶ βιοῦντες [11] Χριστιανοὶ καὶ ἄφοβοι καὶ ἀτάραχοι ὑπάρχουσι. Δι' ἣν δ' αἰτίαν [12] διὰ δυνάμεως

p. 54. A (n. 10) et c. 12. p. 59. E (n. 9).

7. *ἀδίκως ἐχθραίνουσι*] H. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 66) frustra censuit *ἡμῖν* inter utramque vocem reponendum esse.

1. *εἰς ἀποτροπὴν*] Thirlbius commendat *εἰς ἀνατροπήν*. Male: his enim (Maran.) occurrit Iustinus quae ad detorquenda ipsius dicta magis quam ad refellenda spectabant.

2. *πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα*] Numerus rotundus. Similiter alii Patres (Semisch. *Justin der Märtyr.* P. I. p. 72), ut Tertullianus ad nation. I. c. 7: „Igitur aetati nostrae nondum anni CCL." Sed paulo post c. 9: „Ut supra edidimus, aetatis nostrae nondum anni CCC."

3. *δεδιδαχέναι . . . Πιλάτου*] Minime deest numerus annorum (Pearson.); neque *χρόνοις* glossema est voculae *ἐπὶ* appositum (Thirlb.), neque legendum *ἐπὶ χρόνοις* pro *χρόνοις ἐπὶ* (Thirlb. in Add.), neque *ὑστέροις χρόνοις* reponendum pro *ὕστερον χρόνοις* (Trollop.). Videtur *ὕστ. χρ.* dictum esse pro usitatiori *χρόνοις ὕστερον* h. e. *geraume Zeiten* (triginta fere annos) *später*. Cf. Pape *Handwörterb. d. griech. Sprache* s. *χρόνος*. Aeque Latini dicunt: *multo (s. aliquanto) post* et *post multo (s. aliquanto)*, vel *paucis diebus post* et *post paucis diebus*, item *post multis tempestatibus* (Pacuv. apud Non. 4. n. 468).

4. *ἐπικαλῶσιν*] Codd. msti in marg. *ἐπικλῶσιν (infringant)*. Ne-

bis autem et omnibus iniusto odio indulgentibus nec poenitentiam agentibus supplicium per ignem aeternum efficit.

46. Ne qui autem a ratione aberrantes, ad ea quae docuimus detorquenda, dicant Christum ante annos centum et quinquaginta natum a nobis dici sub Quirino, atque ea quae ipsum docuisse dicimus multo post docuisse sub Pontio Pilato, et obiiciant inde consequi ut insontes sint homines omnes qui ante illud tempus exstitere: dubitationem anticipantes solvamus. Christum primogenitum dei esse utpote logon, cuius universum genus hominum particeps erat, didicimus et supra declaravimus. Et qui cum logo vixerunt Christiani sunt, etiamsi athei existimati sint, quales apud Graios fuere Socrates et Heraclitus iisque similes, apud barbaros autem Abrahamus et Ananias et Azarias et Misael et Elias aliique multi, quorum actionibus aut nominibus recensendis, quia longum id esse scimus, nunc supersedemus. Quare etiam qui antea exstiterunt sine logo viventes improbi et Christo inimici fuere eorumque qui cum logo vivebant interfectores; qui vero cum logo vixerunt et vivunt Christiani sunt atque impavidi et intrepidi. Quam autem

que opus est Langi coniectura *ἐγκαλῶσιν (obiiciant)*. Cf. Pape l. c. in v..

5. *λυσώμεθα*] Noli forsan *λυσόμεθα* scribere (c. 42 *διασαφήσομεν*, c. 63 *ἐξηγησόμεθα*); nam paulo infra (n. 13) *χωρήσωμεν*. Vide c. 43. n. 2.

6. *Τὸν Χριστὸν ... ὑπάρχουσι*] Adeas Semisch. l. c. P. II. p. 127 et librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 89 sq..

7. *λόγον ... μετέσχε*] Innuit hoc iam supra c. 5. p. 56. A (*ὑπὸ λόγου*) et c. 28. p. 71. C (*λογικοί*). — Illud *μετέσχε* vulgo reddunt: *particeps est* (= *μετέχει*). Inepte: quum praesertim antecedant verba *τῶν προγεγενημένων πάντων ἀνθρώπων*.

8. *ἐν Ἕλλησι ... ἐν βαρβάροις*] Vide c. 5. n. 10.

9. *Ἡράκλειτος*] Uebrigens irrt Iustinus darin, dass Heraclitus sei getödtet worden; denn er starb an der Cur, die er sich selbst gegen die Wassersucht verordnet hatte. *Boll* in *Illgeni Zeitschrift für die histor. Theologie* (Lips.) 1842. Fasc. III. p. 15. — Cf. Tatian. orat. c. Gent. c. 3.

10. *οἱ προγεν.*] Maran. minus clare interpretatus est: *olim*. Designantur qui ante Christi adventum vixerunt.

11. *Χριστιανοί*] Langus et Grabius volunt *Χρηστιανοί*. Perperam: vide c. 4. n. 4.

12. *διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου*] Cf. c. 33. p. 75. B.

τοῦ λόγου κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ βου- E
λὴν διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη καὶ Ἰησοῦς ἐπωνομάσθη,
καὶ σταυρωθεὶς ἀποθανὼν ἀνέστη καὶ ἀνελήλυθεν εἰς οὐρανόν,
ἐκ τῶν διὰ τοσούτων εἰρημένων ὁ νουνεχὴς καταλαβεῖν δυνήσε-
ται. Ἡμεῖς δέ, οὐκ ἀναγκαίου ὄντος τανῦν τοῦ περὶ τῆς ἀπο-
δείξεως τούτου λόγου, ἐπὶ τὰς ἐπειγούσας ἀποδείξεις πρὸς τὸ
παρὸν [13]χωρήσωμεν. 84

47. [1]Ὅτι οὖν καὶ ἐκπορθηθήσεσθαι ἡ γῆ Ἰουδαίων ἔμελ-
λεν, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος.
Εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν θαυμαζόντων τὰ
γεγενημένα. Εἰσὶ δὲ οἵδε· [2]Ἐγενήθη ἔρημος Σιών, ὡς ἔρημος
ἐγενήθη Ἱερουσαλήμ, εἰς κατάραν ὁ οἶκος, τὸ ἅγιον ἡμῶν· καὶ
ἡ δόξα, ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος,
καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς συνέπεσε. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέσχου
καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα. Καὶ ὅτι [3]ἠρή- B
μωτο Ἱερουσαλήμ, ὡς προείρητο γεγενῆσθαι, πεπεισμένοι ἐστέ. Εἴ-
ρηται δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐπι-
τραπήσεσθαι μηδένα [4]αὐτῶν οἰκεῖν, διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου 71
οὕτως· [5]Ἡ γῆ αὐτῶν ἔρημος, ἔμπροσθεν αὐτῶν οἱ ἐχθροὶ αὐ-
τῶν αὐτὴν φάγονται, καὶ οὐκ ἔσται ἐξ αὐτῶν ὁ κατοικῶν ἐν αὐ-
τῇ. [6]Ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν ὅπως μηδεὶς ἐν αὐτῇ γένη-
ται, καὶ θάνατος κατὰ τοῦ καταλαμβανομένου Ἰουδαίου εἰσιόν- C
τος ὥρισται, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

48. Ὅτι δὲ καὶ θεραπεύσειν πάσας νόσους καὶ νεκροὺς ἀνεγε-

13. *χωρήσωμεν*] Thalemann. in textum recepit *χωρήσομεν*. Non lectionem muto difficiliorem; vide n. 5.

1. *Ὅτι*] De hac vocula initio ῥήσεως posita (c. 48. 49. 50. al.) consulas c. 42. n. 3. Iam vero scriptor redit ad exponendum id quod c. 36 indicaverat: in prophetarum scriptis vel deum (c. 37) vel Christum (c. 38) vel populum induci loquentes; quare hic *ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν*.

2. *Ἐγενήθη ... σφόδρα*] Iesai. 64, 10—12.

3. *ἠρήμωτο*] Sylburg. et Thalemann. praeferunt *ἠρήμωται* et mox *γενέσθαι* vel *γενήσεσθαι*. Sed nihil emendandum est. Aptius enim est *ἠρήμωτο*: *Hierosolyma desolata fuerant*. *Γεγενῆσθαι* autem Iustinus idcirco dicit, quod (Maran.) in ipsa prophetia usurpatur tempus praeteritum.

4. *αὐτῶν*] H. e. *τῶν Ἰουδαίων*.

5. *Ἡ γῆ ... αὐτῇ*] Iesai. 1, 7 et Ierem. 50, 3 (coll. 2, 15).

ob causam per potentiam logi secundum parentis omnium et domini dei voluntatem per virginem editus sit et Iesus cognominatus, atque crucifixus et mortuus resurrexerit et in coelum redierit, ex his quae tot verbis disseruimus vir prudens intelligere poterit. Nos autem, quum minus necessaria nunc sit huius rei demonstratio, ad ea quae urgent demonstranda in praesens progrediamur.

47. Quod igitur etiam futurum erat ut Iudaeorum terra vastaretur, audite quid dicat propheticus spiritus. Dicta autem sunt verba tamquam ex persona populorum ea quae acciderunt admirantium. Sunt haecce: *Deserta facta est Sion, tamquam deserta facta sunt Hierosolyma, devota est domus, sanctuarium nostrum; et gloria, cui benedixerunt patres nostri, igne combusta est, et omnia gloriosa eius conciderunt. Et in his sustinuisti et tacuisti, et nos valde humiliasti.* Porro Hierosolyma in solitudinem redacta fuisse, sicut praedictum fuerat, persuasum vobis est. Illa autem in solitudinem redactum iri, nec cuiquam illorum permissum iri ea incolere, per Iesaiam prophetam sic dictum est: *Terra eorum deserta, in conspectu eorum inimici eorum eam comedunt, et ex iis non erit habitans in ea.* Cavere autem vos ne quis ibi sit, ac mortem ingredienti Iudaeo, si deprehendatur, constitutam esse probe nostis.

48. Quod autem etiam praedictum erat Christum nostrum

6. *Ὅτι δὲ φυλάσσεται* etc.] Lege Hadriani, post exstinctam Bar Cochbae rebellionem data, ingressus Hierosolymorum et regionis circa ea sitae interdictus erat Iudaeis. Etiam in Dial. c. Tr. Iustinus id memoravit c. 16: ... *καὶ μηδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐπιβαίνῃ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ.* Aristo Pellaeus ap. Euseb. Hist. eccl. IV. c. 6: *τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου.* Tertullianus Apol. c. 21: „Vagantur per orbem sine homine, sine deo rege, quibus nec advenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.“ Idem adv. Iud. c. 13: „De longinquo eam oculis tantum videre permissum est.“ Idem alii testantur. Cf. Valesium ad Eus. l. c. (ed. Heinich. Tom. I) p. 298 sq. et Ios. Scaligeri Animadverss. in Chronolog. Euseb. p. 216.

ρεῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λελεγμένων. Ἔστι δὲ ταῦτα· [1] Τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· τυφλοὶ ἀναβλέψουσι καὶ λεπροὶ καθαρισθήσονται καὶ νεκροὶ ἀναστήσονται καὶ περιπατήσουσιν. [2] Ὅτι τε ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων [3] ἄκτων μαθεῖν δύνασθε. Πῶς τε προμεμήνυται ὑπὸ τοῦ προ- D
φητικοῦ πνεύματος ἀναιρεθησόμενος ἅμα τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσιν ἀνθρώποις, ἀκούσατε τῶν λεχθέντων διὰ Ἡσαΐου. Ἔστι δὲ ταῦτα· [4] Ἴδε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. Ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ· ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.

49. [1] *Καὶ πάλιν πῶς δι' αὐτοῦ Ἡσαΐου λέλεκται ὅτι οἱ οὐ προσδοκήσαντες αὐτὸν λαοὶ τῶν ἐθνῶν προσκυνήσουσιν αὐτόν,* E
οἱ δὲ ἀεὶ προσδοκῶντες Ἰουδαῖοι ἀγνοήσουσι παραγενόμενον αὐτόν. Ἐλέχθησαν δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· [2] Ἐμφανὴς ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν. Εἶπον· Ἰδού εἰμι, [3] ἔθνει, οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου. Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν [4] ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν 85
ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλ' ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Ὁ λαὸς ὁ παροξύνων ἐναντίον μου. [5] Ἰουδαῖοι γὰρ ἔχοντες τὰς προφητείας καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν παραγενησόμενον [6] ἠγνόησαν, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ [7] παρεχρήσαντο· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν

1. *Τῇ...περιπατήσουσιν*] Ies. 35, 4—6, coll. Matth. 11, 5.

2. *Ὅτι τε...Πῶς τε*] Forsitan *Ὅτι δὲ...Πῶς δέ* — ut sexcenties apud Iustinum. Non muto.

3. *ἄκτων*] Codd. msti et editi *αὐτῷ*, quod posset tolerari *(ex iis quae evenerunt ipsi)*, nisi simillimus locus c. 35 (*δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλ. γενομένων ἄκτων*) lectionem a me receptam firmaret, quam primus coniecit Casaubonus (Exercitatt. c. Baron. §. 154) omnesque post Grabium approbarunt editores.

4. *Ἴδε...μέσου*] Iesai. 57, 1 sq..

1. *Καὶ πάλιν*] Scil. *ἀκούσατε* (c. 48).

2. *Ἐμφανὴς...ἐναντίον μου*] Iesai. 65, 1—3.

3. *ἔθνει*] Codd. msti et editores (praeter Grabium, Thalemannum, Braunium, Trollopium) *ἔθνη*, quam scripturam Thirlbius quoque improbat. Dial. c. Tr. c. 24. p. 242. B: *τοῖς ἔθνεσιν*, c. 119. p. 347. B:

omnes morbos curaturum et mortuos excitaturum, verba vaticinii audite. Sunt haec: *In adventu eius saliet claudus sicut cervus, et diserta erit lingua balborum; caeci videbunt et leprosi mundabuntur et mortui resurgent et ambulabunt.* Atque haec eum fecisse, ex *actis* sub Pontio Pilato confectis discere potestis. Quo etiam modo propheticus spiritus eum cum hominibus in eum sperantibus occisum iri praedixerit, audite ea quae per Iesaiam dicta sunt. Sunt haec: *Ecce quomodo periit iustus, et nemo percipit corde; et viri iusti tolluntur, et nemo considerat. A facie iniustitiae sublatus est iustus, et erit in pace sepultura eius: sublatus est e medio.*

49. Ac rursus quomodo per eumdem Iesaiam dictum sit fore ut eum populi gentium adorent, qui minime eum exspectabant, Iudaei vero, qui semper exspectabant, advenientem non agnoscant. Verba autem dicta sunt tamquam ex persona ipsius Christi. Sunt haec: *Manifestus factus sum iis qui me non interrogant, inventus sum ab iis qui me non quaerunt. Dixi: Adsum, gentibus, quae non vocaverunt nomen meum. Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, ad eos qui incedunt in via non bona, sed post peccata sua. Populus est qui exacerbat me in conspectu meo.* Iudaei enim, qui prophetias in manibus habent et semper exspectabant Christum venturum, eum non agnoverunt, ac non solum non agnoverunt, sed etiam male tractarunt; qui autem

ἔθνει cum Septuaginta. A librariis *EI* et *H* saepe confunduntur; vid. c. 52. n. 1. 3. al..

4. *ἀπειθοῦντα*] Codd. msti *ἀπιθοῦντα*. Sed iam Grabius usurpatam Iustino lectionem (cc. 35. 38, Dial. c. Tr. cc. 24. 97. 114) in textu collocavit.

5. *Ἰουδαῖοι γὰρ ... ἠγνόησαν ... καὶ παρεχρήσαντο· οἱ δὲ ἀπὸ τ. ἐθνῶν ... πληρωθέντες χαρᾶς κ. πίστεως ... ἀνέθηκαν*] Coll. Actt. apost. 13, 27 et 48.

6. *ἠγνόησαν*] Supplendum animo *παραγενόμενον*. At Sylburgius hoc verbum textui ante *ἠγνόησαν* inserendum iudicavit. Magis placet: *ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστόν, παραγενόμενον ἠγνόησαν* — ut paulo ante et c. 53. p. 88. D. Nihil muto.

7. *παρεχρήσαντο*] Lang., Bill. (Observv. sacr. II. c. 6), Gieseler (*Lehrb. d. Kirchengeschichte* Tom. I. Sect. 1. ed. 4. p. 113) *παρεχρήσαντο* pro *διεχρήσαντο* (*intereme-*

*ἐθνῶν μηδέποτε μηδὲν ἀκούσαντες περὶ τοῦ Χριστοῦ, μέχρις οὗ
οἱ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξελθόντες ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐμήνυσαν τὰ περὶ
αὐτοῦ καὶ τὰς προφητείας παρέδωκαν, πληρωθέντες χαρᾶς καὶ* B
*πίστεως τοῖς εἰδώλοις ἀπετάξαντο καὶ [8] τῷ ἀγεννήτῳ θεῷ διὰ
τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Ὅτι δὲ προεγινώσκετο τὰ δύσ-
φημα ταῦτα λεχθησόμενα κατὰ τῶν τὸν Χριστὸν ὁμολογούντων,
καὶ ὡς εἶεν τάλανες οἱ δυσφημοῦντες αὐτὸν καὶ τὰ παλαιὰ ἔθη
καλὸν εἶναι τηρεῖν λέγοντες, ἀκούσατε τῶν βραχυεπῶς εἰρημένων
διὰ Ἠσαΐου. Ἔστι δὲ ταῦτα· [9] Οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ γλυκὺ πι-
κρὸν καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ.*

50. *Ὅτι δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος ἄνθρωπος παθεῖν καὶ
ἀτιμασθῆναι ὑπέμεινε, καὶ πάλιν μετὰ δόξης παραγενήσεται, ἀκού-* C
*σατε τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο προφητειῶν. Ἔστι δὲ ταῦτα· [1] Ἀνθ'
ὧν παρέδωκαν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀνό-
μων ἐλογίσθη, αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν εἴληφε καὶ τοῖς ἀνόμοις
ἐξιλάσεται. Ἴδε γὰρ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται καὶ
δοξασθήσεται σφόδρα. Ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σέ, οὕ-
τως ἀδοξήσει [2] ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ
τῶν ἀνθρώπων, οὕτως θαυμάσονται ἔθνη πολλά, καὶ συνέξουσι* D
*βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ [3] ὄψον-
ται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀ-
κοῇ ἡμῶν; Καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Ἀνηγγείλαμεν
ἐνώπιον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. Οὐκ ἔστιν
εἶδος αὐτῷ οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτόν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ
κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ἀν-* E
*θρώπους. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν,
ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη.*

runt) a Iustino usurpatum esse censuerunt. *Παραχρῆσθαι* vero valet *inique tractare* seu *parvi ducere*, *spernere*. Adeas Pape *Handwörterb. der griech. Sprache* in v.. Atque quadrat optime ad hunc locum; paulo infra *δυσφημοῦντες* Christum memorantur.

8. *τῷ ἀγεννήτῳ θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν*] Notatu dignum est, hanc ipsam fuisse formulam, qua olim catechumeni, post aliquod tempus baptizandi, ex ecclesia dimissi sunt, diacono inter alia proclamante: *Ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε*, uti legitur in Constitt. apost. VIII. c. 6. Ad quam Iustinus non hic solum allusit, sed etiam supra [c. 14] p. 61. B. et

ex gentibus, quum nihil unquam de Christo audivissent, quoad de eius rebus apostoli Hierosolymis profecti nuntiarunt et prophetias tradiderunt, gaudio et fide pleni nuntium simulacris remiserunt et ingenito deo per Christum se consecrarunt. Quod autem praecognitum erat nefanda ista crimina sparsum iri adversus eos qui Christum confitentur, ac miseros fore eos qui illum maledictis appetunt et vetera instituta servare praeclarum esse dictitant, audite ea quae breviter dicta sunt per Iesaiam. Sunt haec: *Vae qui dicitis dulce amarum et amarum dulce.*

50. Quod autem et pro nobis homo factus pati et ignominia affici sustinuit, et iterum cum gloria venturus est, audite edita de hac re vaticinia. Sunt haec: *Pro eo quod tradiderunt in mortem animam eius, et cum iniquis reputatus est, ipse peccata multorum suscepit et iniquis propitius erit. Ecce enim intelliget puer meus, et exaltabitur et glorificabitur valde. Quemadmodum stupebunt super te multi — tam ingloria erit ab hominibus species tua et gloria tua ab hominibus — sic mirabuntur gentes multae, et continebunt reges os suum: quia quibus de eo non est adnuntiatum videbunt, et qui non audierunt intelligent. Domine, quis credidit auditui nostro? Et brachium domini cui revelatum est? Adnuntiavimus coram eo tamquam puerulus, tamquam radix in terra sitienti. Non est species ei neque gloria; et vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed species eius inhonorata et deficiens prae hominibus. Homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem, quia aversa est facies eius, despecta ne-*

[c. 25] p. 69. B; similiter infra [c. 61] p. 93. D. *Grabius.* Adde Dial. c. Tr. c. 11. p. 229. A.

9. *Οὐαὶ ... γλυκύ*] Iesai. 5, 20.

1. *Ἀνθ' ... ἐξιλάσεται — Ἴδε ... ἤρθη*] Iesai. 53, 12 et 52, 13 — 53, 8.

2. *ἀπὸ ἀνθρώπων*] Fortasse *ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων*, ut in membro sequenti et Dial. c. Tr. c. 13. p. 230. A.

8. *ὄψονται*] Hoc verbum deest in codd. mstis et editis. Confidenter reposui, quod non solum apud Septuaginta (sine lectionis diversitate), verum etiam in Dial. c. Tr. c. 13. p. 230. A. et c. 118. p. 346. C. exstet. Error a librario commissus est ob similes syllabas — *ται* et *καί*.

Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει. Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· παιδεία [4]εἰρήνης ἐπ' αὐτόν, τῷ 86
μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη. Καὶ παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. [5]Μετὰ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν καὶ οἱ γνώριμοι αὐτοῦ πάντες ἀπέστησαν, ἀρνησάμενοι αὐτόν· ὕστερον δέ, ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος καὶ B
ὀφθέντος αὐτοῖς καὶ ταῖς προφητείαις ἐντυχεῖν, ἐν αἷς πάντα ταῦτα προείρητο γενησόμενα, διδάξαντος, [6]καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες καὶ δύναμιν [7]ἐκεῖθεν αὐτοῖς πεμφθεῖσαν παρ' αὐτοῦ λαβόντες καὶ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐλθόντες, ταῦτα ἐδίδαξαν καὶ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν.

51. Ἵνα δὲ μηνύσῃ ἡμῖν τὸ προφητικὸν πνεῦμα ὅτι ὁ ταῦτα πάσχων ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος καὶ [1]βασιλεύει τῶν ἐχθρῶν, ἔφη οὕτως· [2]Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; [3]Ὅτι αἴρεται ἀπὸ C
τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ἥκει εἰς θάνατον. 75
Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν [4]δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ βούλεται κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ πόνου τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, D
δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. Καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν

4. εἰρήνης] Addunt ἡμῶν Septuaginta. Pariter Iustinus in Dial. c. Tr. c. 13. p. 230. C. Qui nescio an consulto hic illud pronomen omiserit, ne saepius positum gentilium aures offendat.

5. Μετὰ ... διδάξαντος] Coll. Luc. 24, 25 sq..

6. καὶ εἰς ... ἐδίδαξαν] Coll. Actt. apost. 1, 8 sq. 2, 3.

7. ἐκεῖθεν] H. e. ἐξ οὐρανοῦ.

1. βασιλεύει] Mallet βασιλεύσει Thirlbius (in Add.).

2. Τὴν ... παρεδόθη] Iesai. 53, 8 — 12.

3. Ὅτι etc.] Locum editores

que reputata. Hic peccata nostra portat et pro nobis dolet, et nos reputavimus eum esse in labore et in plaga et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras et infirmatus est propter peccata nostra; disciplina pacis super eum, livore eius nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit. Et tradidit eum propter iniquitates nostras, et ipse propter afflictionem non aperit os suum. Ut ovis ad necem ductus est; et ut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate sua iudicium eius sublatum est. Postea igitur quam crucifixus est etiam discipuli omnes ab eo defecerunt, eum negantes; deinde vero, quum ex mortuis redivivus iis apparuisset et prophetias, in quibus haec omnia futura esse praedictum fuerat, legere docuisset, quumque illum adscendentem in coelum vidissent et credidissent et virtutem inde iis missam accepissent et ad omne hominum genus profecti essent: haec docuere et apostoli appellati sunt.

51. Ut autem nobis ostenderet propheticus spiritus eum qui haec patitur inenarrabile genus habere et inimicis suis imperare, sic locutus est: *Generationem eius quis enarrabit? Quod tollitur de terra vita eius, ab iniquitatibus eorum transiit in mortem. Et dabo pessimos pro sepultura eius et divites pro morte eius, quia iniquitatem non fecit neque inventus est dolus in ore eius. Et dominus vult mundare eum a plaga. Si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longaevum. Et vult dominus auferre de dolore animam eius, ostendere ei lucem, et formare intelligentia, iustificare iustum bene servientem multis. Et peccata nostra ipse*

non intellexerunt; nam post αὐτοῦ posuerunt colon, reddentes: *quia … eius; ab iniquitatibus* etc.. Etiam interpres Campidonensis: „Denn er ist vom Lande der Lebendigen abgeschnitten worden, und wegen ihrer Sünden ist er in den Tod gegangen.“ Debebat (cf. de particula ὅτι c. 47. n. 1) reddi: „Was das anbetrifft dass … so ist er“ etc..

4. δῶτε] Scil. αὐτόν. Illud reposui ex utroque cod. msto. Nempe editio Stephaniana caeteraeque omnes (hic et Dial. c. Tr. c. 13) habent δῶται, id quod in cod. Alex. τῶν σ' invenitur.

αὐτὸς ἀνοίσει. Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς καὶ τῶν
ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐ-
τοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν
ἀνήνεγκε καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν αὐτὸς παρεδόθη. Ὡς δὲ
καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἔμελλεν ἀνιέναι, καθὼς προεφητεύθη, ἀκού-
σατε. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· [5]Ἄρατε πύλας οὐρανῶν, ἀνοίχθητε, E
ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς
δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ κύριος δυνατός. Ὡς δὲ καὶ ἐξ οὐρα- 76
νῶν παραγίνεσθαι μετὰ δόξης μέλλει, ἀκούσατε καὶ τῶν εἰρημένων
εἰς τοῦτο [6]διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου. Ἔστι δὲ ταῦτα· Ἰδοὺ ὡς
υἱὸς ἀνθρώπου ἔρχεται ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ
ἄγγελοι αὐτοῦ σὺν αὐτῷ.

52. Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀποδείκνυμεν 87
πρὶν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ
περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γίνεσθαι, πίστιν
ἔχειν ὡς πάντως γενησομένων. Ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἤδη γενόμενα
προκεκηρυγμένα καὶ ἀγνοούμενα ἀπέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ
λείποντα, κἂν ἀγνοῆται καὶ [1]ἀπιστῆται, ἀποβήσονται. [2]Δύο γὰρ
αὐτοῦ παρουσίας προεκήρυξαν οἱ προφῆται· μίαν μέν, τὴν ἤδη B
γενομένην, ὡς ἀτίμου καὶ παθητοῦ ἀνθρώπου, τὴν δὲ δευτέραν,
ὅταν μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῦ στρατιᾶς
παραγενήσεσθαι κεκήρυκται, ὅτε καὶ τὰ σώματα ἀνεγερεῖ πάντων
τῶν γενομένων ἀνθρώπων, καὶ τῶν μὲν ἀξίων [3]ἐνδύσει ἀφθαρ-
σίαν, τῶν δ' ἀδίκων ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ μετὰ τῶν φαύλων δαι-
μόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα προείρηται
γενησόμενα, δηλώσομεν. [4]Ἐῤῥέθη δὲ διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου 77
οὕτως· [5]Συναχθήσεται ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν καὶ ὀστέον πρὸς C

5. Ἄρατε ... δυνατός] Psalm. 23, 7 sq..

6. διὰ Ἱερεμίου] Locus non Ieremiae est, sed Danielis 7, 13; coll. Matth. 25, 31. Vide c. 35. n. 11, c. 53. n. 10. al..

1. ἀπιστῆται] Reg. et editores ante Maranum ἀπιστεῖται. Veram lectionem (iam a Davisio coniectatam) tenet Clar.. De literis *H* et *EI* saepe commutatis cf. n. 3 et c. 49. n. 3.

2. Δύο γὰρ αὐτοῦ παρουσίας etc.] De duplici Christi adventu loquitur Iustinus etiam in Dial. c. Tr. cc. 14. 31. 32. 40. 49. 52. 110. Vide librum meum De Iustini Mart. scri-

portabit. Propterea ipse possidebit multos et fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est in mortem anima eius, et in iniquis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit et propter iniquitates eorum traditus est. Eum vero etiam in coelum adscensurum esse, quomodo sit praedictum, audite. Sic dictum est: *Tollite portas coelorum, aperimini, ut ingrediatur rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et dominus potens.* Quomodo autem e coelis quoque venturus sit cum gloria, audite quae de hac re dicta sunt per Ieremiam prophetam. Sunt haec: *Ecce tamquam filius hominis venit super nubibus coeli, et angeli eius cum eo.*

52. Quoniam igitur quae iam evenerunt omnia ostendimus prius quam evenirent praedicta per prophetas fuisse, necesse est etiam ea quae similiter praedicta sunt, aliquando autem evenient, omnino eventura credere. Quemadmodum enim quae iam evenerunt praedicta et ignorata evenerunt, ita etiam quae reliqua sunt, quamvis ignorentur nec credantur, evenient. Duos enim illius adventus praedixerunt prophetae: unum quidem, qui iam exhibitus est, tamquam despecti et passibilis hominis, alterum autem, quando cum gloria e coelis una cum angelico ipsius exercitu adventurus praedicitur: quando etiam corpora exsuscitabit omnium qui exstiterunt hominum, ac dignorum quidem corpora induet incorruptione, iniquorum autem sensu perpetuo praedita cum pravis daemonibus in aeternum ignem mittet. Quomodo autem haec quoque praedicta sint futura, ostendemus. Per Ezechielem prophetam sic dictum est: *Coagmentabitur iunctura ad iuncturam et os ad os, et*

ptis et doctrina p. 184 sq..

3. *ἐνδύσει*] Hoc coniecit Maran. pro vulg. *ἐνδύσῃ*. Recte receperunt Thalemann., Braun., Trollop.. Cf. n. 1.

4. *'Εῤῥέθη*] Forma est apud scriptores posterioris aevi et saepe apud Iustinum obvia, e. g. in Dial. c. Tr. cc. 49. 120. Pariter *προεῤῥέθη* Apol. I. c. 32. p. 73. C, c. 40. p. 78. C, alibi. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 447. Braunius vero et Trollopius *ἐῤῥήθη* ediderunt, citra codd. mstorum auctoritatem.

5. *Συναχθήσεται ... ἀναφυήσονται — Καὶ πᾶν γόνυ ... αὐτῷ*]

ὀστέον, καὶ σάρκες ἀναφυήσονται. Καὶ πᾶν γόνυ κάμψει τῷ κυρίῳ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ. Ἐν οἵᾳ δὲ αἰσθήσει καὶ κολάσει γενέσθαι μέλλουσιν οἱ ἄδικοι, ἀκούσατε τῶν ὁμοίως εἰς τοῦτο εἰρημένων. Ἔστι δὲ ταῦτα· [6] Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παυθήσεται, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. [7] Καὶ τότε μετανοήσουσιν, ὅτε οὐδὲν ὠφελήσουσι. Ποῖα δὲ μέλλουσιν οἱ λαοὶ τῶν Ἰουδαίων λέγειν καὶ ποιεῖν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐν δόξῃ παραγε- D *νόμενον, διὰ [8] Ζαχαρίου τοῦ προφήτου προφητευθέντα ἐλέχθη οὕτως· [9] Ἐντελοῦμαι τοῖς τέσσαρσιν ἀνέμοις συνάξαι τὰ ἐσκορπισμένα τέκνα, ἐντελοῦμαι τῷ βοῤῥᾷ φέρειν, καὶ τῷ νότῳ μὴ προσκόπτειν. Καὶ τότε ἐν Ἱερουσαλὴμ κοπετὸς μέγας, οὐ κοπετὸς στομάτων ἢ χειλέων, ἀλλὰ κοπετὸς καρδίας, καὶ οὐ μὴ σχίσωσιν αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἀλλὰ τὰς διανοίας. Κόψονται φυλὴ πρὸς φυλήν, καὶ* E *τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ ἐροῦσι· Τί, κύριε, ἐπλάνησας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; Ἡ δόξα, ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη ἡμῖν εἰς ὄνειδος.*

53. *Πολλὰς* [1] *μὲν οὖν καὶ ἑτέρας προφητείας ἔχοντες εἰπεῖν* [2] *ἐπαυσάμεθα, αὐτάρκεις καὶ ταύτας εἰς πεισμονὴν τοῖς τὰ ἀκουστικὰ καὶ νοερὰ ὦτα ἔχουσιν εἶναι λογισάμενοι, καὶ νοεῖν δύνασθαι αὐτοὺς ἡγούμενοι ὅτι οὐχ ὁμοίως τοῖς μυθοποιηθεῖσι περὶ* 88 *τῶν νομισθέντων υἱῶν τοῦ Διὸς καὶ ἡμεῖς μόνον λέγομεν,* [3] *ἀλλ' οὐκ ἀποδεῖξαι ἔχομεν. Τίνι γὰρ ἂν λόγῳ ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι ἐπειθόμεθα, ὅτι πρωτότοκος τῷ ἀγεννήτῳ θεῷ ἐστι καὶ αὐτὸς τὴν κρίσιν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ποιήσεται, εἰ μὴ μαρτύρια πρὶν ἢ ἐλθεῖν αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον κεκηρυγμένα περὶ αὐτοῦ εὕρομεν καὶ οὕτως γενόμενα ὁρῶμεν, γῆς μὲν Ἰουδαίων ἐρη-* B

Ezech. 37, 7 sq. et Iesai. 45, 23; coll. Rom. 14, 11. — Tu scripseris lubenter: ... *ἀναφυήσονται. Καί· Πᾶν γόνυ* etc.: quod equidem improbo. Vide n. 8.

6. *Ὁ σκώληξ ... σβεσθήσεται*] Iesai. 66, 24.

7. *Καὶ ... ὠφελήσουσι*] An hoc quasi ex propheta? *Pearsonus*. Cf. n. 5. — Similiter in Cohort. ad Gent. c. 35: *οὓς εἰκὸς ἐν ᾅδου νυνὶ ἐκπρόθεσμον μετάνοιαν μετανοοῦντας ὀδύρεσθαι*. Vide Baumgarten-Crusii *Compend. der christl. Dogmengesch.* Tom. II. ed. Hase. p. 379.

8. *Ζαχαρίου*] Haec omnia tamquam Zachariae verba citantur; sunt

carnes denuo succrescent. Et genu omne curvabitur domino, et omnis lingua celebrabit eum. In quali autem sensu et cruciatu futuri sint iniusti, áudite quae similiter sunt de hac re dicta. Sunt haec: *Vermis eorum non sopietur, et ignis eorum non exstinguetur.* Et tunc poenitentiam agent, quum nihil iis proderit. Quaenam autem populi Iudaeorum dicturi sint et facturi, quum eum videbunt in gloria advenientem, per Zachariam prophetam sic praedictum est: *Praecipiam quatuor ventis ut congregent dispersos liberos, praecipiam Boreae ut ferat, et Austro ut ne impingat. Et tum Hierosolymis erit planctus ingens, non planctus oris aut labiorum, sed planctus cordis, et non scindent vestimenta sua, sed mentes. Et plangent tribus ad tribum, et tunc videbunt in quem pupugerunt, ac dicent: Cur, domine, aberrare nos fecisti a via tua? Gloria, cui benedixerunt patres nostri, conversa nobis est in ignominiam.*

53. Licet multas sane etiam alias prophetias proferre possemus, tamen finem fecimus, quum satis istas esse ad persuasionem arbitremur iis qui aures ad audiendum et intelligendum idoneas habent, quumque eos perspicere posse existimemus neutiquam nos more fabularum, quae de opinatis Iovis filiis feruntur, dicere quidem, sed demonstrare non posse. Qua enim ratione homini crucifixo crederemus, eum esse primogenitum ingenito deo et iudicium de universo genere humano facturum, nisi testimonia de eo prius quam homo factus venit promulgata inveniremus eaque eventú firmata videremus,

autem partim Iesaiae, partim Zachariae, partim ipsius Iustini. *Thirlbius.*

9. *'Εντελοῦμαι ... προσκόπτειν — Καὶ τότε ἐν ... ἐξεκέντησαν — Τί ... ὄνειδος*] Zachar. 2, 6 (coll. Iesai. 43, 5 sq. et 11, 12) — Zachar. 12, 10—12 (coll. Ioel. 2, 13) — Iesai. 63, 17. 64, 11.

1. *μὲν οὖν*] Adhibentur hae particulae (ut alibi apud Iustinum) ad continuandam orationem cum quadam conclusionis significatione. Cf. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 662 sq..

2. *ἐπαυσάμεθα*] Codd. msti in marg. *παυόμεθα.*

3. *ἀλλ' οὐκ ἀποδ. ἔχομεν*] Vide c. 54 initio.

μωσιν, καὶ τοὺς [4] ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων διὰ τῆς παρὰ
τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ διδαχῆς πεισθέντας καὶ παραιτησαμένους τὰ
παλαιά, ἐν οἷς πλανώμενοι ἀνεστράφησαν, [5] ἔθη, ἑαυτοὺς ἡμᾶς
ὁρῶντες, πλείονάς τε καὶ ἀληθεστέρους τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῶν ἀπὸ
Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων Χριστιανοὺς εἰδότες; Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα
πάντα γένη ἀνθρώπεια ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος καλεῖται
ἔθνη, τὸ δὲ ἰουδαϊκὸν καὶ σαμαρειτικὸν φῦλον Ἰσραὴλ καὶ οἶκος C
Ἰακὼβ κέκληνται. Ὡς δὲ προεφητεύθη ὅτι πλείονες οἱ ἀπὸ τῶν
ἐθνῶν πιστεύοντες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων, τὰ προφη-
τευθέντα ἀπαγγελοῦμεν. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· [6] Εὐφράνθητι στεῖρα
ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ
τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. [7] Ἔρημα γὰρ
ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ θεοῦ, χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα· Ἰου-
δαῖοι δὲ καὶ Σαμαρεῖς, ἔχοντες τὸν παρὰ τοῦ θεοῦ λόγον διὰ τῶν D
προφητῶν παραδοθέντα αὐτοῖς καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χρι-
στόν, παραγενόμενον ἠγνόησαν, πλὴν ὀλίγων τινῶν οὓς προεῖπε
τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἠσαΐου σωθήσεσθαι. Εἶπε δὲ
ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· [8] Εἰ μὴ κύριος ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρ-
μα, ὡς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα ἂν ἐγενήθημεν. Σόδομα γὰρ καὶ
Γόμοῤῥα πόλεις τινὲς ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἱστοροῦνται ὑπὸ Μωυσέως
γενόμεναι, ἃς πυρὶ καὶ θείῳ καύσας ὁ θεὸς κατέστρεψε, μηδενὸς E
τῶν ἐν αὐταῖς σωθέντος πλὴν [9] ἀλλοεθνοῦς τινος Χαλδαίου τὸ γέ-
νος, ᾧ ὄνομα Λώτ· σὺν ᾧ καὶ θυγατέρες διεσώθησαν. Καὶ τὴν
πᾶσαν αὐτῶν χώραν ἔρημον καὶ κεκαυμένην οὖσαν καὶ ἄγονον μέ-
νουσαν οἱ βουλόμενοι ὁρᾶν ἔχουσιν. Ὡς δὲ καὶ ἀληθέστεροι οἱ
ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ πιστότεροι προεγινώσκοντο, ἀπαγγελοῦμεν τὰ
εἰρημένα διὰ [10] Ἠσαΐου τοῦ προφήτου. Ἔφη δὲ οὕτως· Ἰσραὴλ 89
ἀπερίτμητος τὴν καρδίαν, τὰ δὲ ἔθνη τὴν ἀκροβυστίαν. Τὰ το-
σαῦτα γοῦν ὁρώμενα πειθὼ καὶ πίστιν τοῖς τἀληθὲς ἀσπαζομένοις

4. ἀπὸ παντὸς ἔθνους] Vide c. 1. n. 7.

5. ἔθη] Clar. ἔθνη male. — Verbis ἑαυτοὺς ἡμᾶς respicit Christianos ex numero gentilium. Interpres Campidonensis nimis anguste: „Wobei ich nur *mich selbst* betrachten darf."

6. Εὐφράνθητι...ἄνδρα] Iesai. 54, 1.

7. Ἔρημα ... ἀλ. θεοῦ] H. e. ignarae veri dei. Neque cognoverunt deum neque coluerunt. Dial. c. Tr. c. 69: τοῖς ἐρήμοις γνώσεως

nempe Iudaeorum terrae vastitatem, et eos qui ex omni hominum gente doctrinae apostolorum illius crediderunt ac vetera, in quibus errabundi versabantur, instituta aversati sunt, nimirum nos ipsos intuentes, et plures verioresque ex gentibus quam ex Iudaeis ac Samaritanis Christianos esse perspicientes? Caetera enim omnia hominum genera a prophetico spiritu gentes vocantur, iudaicae autem et samaritanae tribus Israel et domus Iacobi nominantur. Quomodo autem praedictum sit plures ex gentibus credituros quam ex Iudaeis et Samaritanis, vaticinium afferemus. Habet sic: *Laetare sterilis quae non paris, erumpe et clama quae non parturis: quia multo plures sunt filii desertae quam eius quae habet maritum.* Desertae enim erant omnes gentes a vero deo, manuum opera colentes; Iudaei autem et Samaritani, qui dei verbum ipsis per prophetas traditum habebant et Christum semper exspectaverant, advenientem et praesentem non agnoverunt, paucis exceptis quos salvos fore propheticus spiritus per Iesaiam praedixit. Locutus autem est tamquam ex eorum persona: *Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma et Gomorrha facti essemus.* Sodoma enim et Gomorrha memorantur a Mose urbes quaedam hominum impiorum fuisse, quas deus igne et sulphure crematas evertit, nemine in iis servato praeter inquilinum quemdam Chaldaeorum gentis, cui nomen Lotus: quocum filiae quoque incolumes evaserunt. Atque omnem hanc regionem desertam et exustam esse et sterilem manere qui volunt cernere possunt. Quemadmodum porro etiam veriores qui ex gentibus et fideliores praecogniti fuerint, Iesaiae prophetae dicta afferemus. Habent sic: *Israel incircumcisus corde, gentes autem praeputio.* Tot ergo et tanta ante oculos posita persuasionem et fidem iis qui veri-

θεοῦ, λέγω δὲ τοῖς ἔθνεσιν. Ibid.: *ἐν τῇ ἐρήμῳ γνώσεως θεοῦ τῇ τῶν ἐθνῶν γῇ.* In loco Ies. (Gal. 4, 27) *ἔρημος* de femina dictum est sine marito vivente.

8. *Εἰ . . . ἐγενήθημεν*] Iesai. 1, 9.

9. *ἀλλοεθνοῦς*] Braun. et Trollop. falso *ἀλλοέθνους*.

10. *Ἠσαΐου*] Non Iesaiae, sed Ieremiae (9, 26) locus est. Vide c. 51. n. 6.

καὶ μὴ φιλοδοξοῦσι μηδὲ ὑπὸ παθῶν ἀρχομένοις μετὰ λόγου [11] ἐμφορῆσαι δύναται.

54. [1] Οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις, καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. Ἀκούσαντες γὰρ διὰ B τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον παραγενησόμενον τὸν Χριστόν, καὶ κολασθησομένους διὰ πυρὸς τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων, προεβάλλοντο πολλοὺς [2] λεχθῆναι γενομένους υἱοὺς τῷ Διΐ, νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἡγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστὸν καὶ [3] ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεχθεῖσι. Καὶ ταῦτα δ' ἐλέχθη καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν ἔθνεσι πᾶσιν, ὅπου μᾶλλον [4] ἐπήκουον τῶν προφητῶν πιστευθήσεσθαι τὸν Χριστὸν προκηρυσσόντων. Ὅτι δὲ καὶ ἀκούοντες τὰ διὰ τῶν προφητῶν C λεγόμενα [5] οὐκ ἐνόουν ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς πλανώμενοι ἐμιμήσαντο τὰ περὶ τὸν ἡμέτερον Χριστόν, διασαφήσομεν. Μωυσῆς οὖν ὁ προφήτης, [6] ὡς προέφημεν, πρεσβύτερος ἦν πάντων συγγραφέων, καὶ δι' αὐτοῦ, [7] ὡς προεμηνύσαμεν, προεφητεύθη οὕτως· [8] Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ [9] ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον [10] τὸν πῶλον αὐτοῦ, πλύνων τὴν στολὴν αὐ- D

11. ἐμφορῆσαι] Durum in hac re verbum. Solenne est ἐμποιῆσαι. *Thalemannus.*

1. Οἱ δὲ ... ἀποδείκνυμεν etc.] Ex tribus, quae supra c. 23 probaturum se promiserat, hoc erat tertium quod nunc de fabulis poetarum ad homines a fide avertendos excogitatis aggreditur. *Maranus.*

2. λεχθῆναι γενομένους] Codd. msti et editi λεχθῆναι λεγομένους — quae quidem verba Grabius male sic interpretatur ut illud (λεχθῆναι) ad ethnicos referat et hoc (λεγομένους) ad Iustinum (*supra — c. 21 — enumeratos*); reddit: *multos, qui supra enumerati sunt, Iovis filios dictos in medium produxerunt.* Censor in *Theolog. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1831. N. 1. p. 4 illud λεγομένους putat expungendum esse, ut tertius casus τῷ Διΐ pro secundo positus sit (subaud. ὄντας). Thalemanno λεχθῆναι vel insititium videtur vel legendum τεχθῆναι. Quum vero infra Iustinus τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο pronuntiet, nihil mutandum est. Non enim contendit perfecisse daemones ut Perseus gigneretur, sed ut genitus diceretur. Legendo (Maran., Braun.) γενομένους, ad quod pertinet dat. τῷ Διΐ (c. 56. al.), locus sanatur. Itaque in textum recepi; exemplum se-

tatem amplectuntur neque opiniones sectantur neque cupiditatibus serviunt ratione nixam afferre possunt.

54. Qui vero fabulose a poetis conficta tradunt nullam demonstrationem afferunt ediscentibus adolescentibus: atque haec ad fraudem et seductionem humani generis operatione malorum daemonum dicta esse demonstramus. Quum enim praedicari per prophetas audivissent adventurum esse Christum, et impios homines igne punitum iri, perfecerunt ut multi dicerentur orti Iove filii, rati efficere se posse ut homines ea quae ad Christum spectant prodigiosas fabulas existimarent iisque similia quae a poetis dicta sunt. Atque haec vulgata sunt et apud Graecos et apud gentes omnes, ubi prophetas praenuntiantes audiebant fore ut Christo magis crederetur. Eos vero, quamvis prophetarum dicta audirent, non tamen accurate intellexisse, sed more errantium res Christi imitatos esse explicabimus. Moses igitur propheta, ut supra diximus, antiquior fuit omnibus scriptoribus, et per eum, ut iam indicavimus, prophetatum est sic: *Non deficiet princeps ex Iuda et dux ex femoribus eius, donec veniat cui repositum est; et ipse erit exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans stolam suam in sanguine uvae.* Haec

cutus est Trollopius. Simile vitium in Dial. c. Tr. c. 67. p. 291. B. deprehenditur.

3. *ὅμοια*] Ita monitu Thirlbii pro vulgata scriptura *ὁμοίως* reposui. Pariter Trollopius.

4. *ἐκήκοον*] Scil. *φαῦλοι δαίμονες*. — *Μᾶλλον* (h. e. quam apud Iudaeos: c. 53) ad *πιστευθήσεσθαι* referas.

5. *οὐκ ἐνόουν ἀκριβῶς* etc.] H. e. daemones sensum vaticiniorum non recte calluerunt. Cf. c. 55. — Lactantius Institt. div. II. c. 14: „Sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia, quippe quibus penitus consilium dei scire non licet, et ideo solent responsa in ambiguos exitus temperare.“ Alia insuper huius sententiae testimonia laudavit Semisch. *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 381 sq. n. 3.

6. *ὡς προέφημεν*] C. 44. p. 81. E.

7. *ὡς προεμηνύσαμεν*] C. 32. p. 73. B.

8. *Οὐκ ... σταφυλῆς*] Genes. 49, 10 sq..

9. *ᾧ ἀπόκ.*] Stephan. (ex Reg.), Grab., Thirlb., Thalemann. legunt *ὃ ἀπόκ.*, quamquam omnes verum cognoverunt. Vide c. 32. n. 3.

10. *τὸν πῶλον αὐτοῦ*] Post has voces Iustinus aut memoriae la-

τοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς. Τούτων οὖν τῶν προφητικῶν λόγων
ἀκούσαντες οἱ δαίμονες Διόνυσον μὲν ἔφασαν γεγονέναι υἱὸν τοῦ
Διός, εὑρετὴν δὲ γενέσθαι ἀμπέλου παρέδωκαν, καὶ [11] *ὄνον ἐν τοῖς*
μυστηρίοις αὐτοῦ [12] *ἀναγράφουσι, καὶ διασπαραχθέντα αὐτὸν ἀνε-* 81
ληλυθέναι εἰς οὐρανὸν ἐδίδαξαν. Καὶ ἐπειδὴ διὰ τῆς Μωυσέως
προφητείας οὐ ῥητῶς ἐσημαίνετο, [13] *εἴτε υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ παραγε-*
νησόμενός ἐστι, καὶ εἰ ὀχούμενος ἐπὶ πώλου [14] *ἐπὶ γῆς μενεῖ ἢ εἰς* E
οὐρανὸν ἀνελεύσεται, καὶ τὸ τοῦ πώλου ὄνομα καὶ ὄνου πῶλον καὶ
ἵππου σημαίνειν ἐδύνατο, μὴ ἐπιστάμενοι εἴτε ὄνου πῶλον [15] *ἄγων*
ἔσται σύμβολον τῆς παρουσίας αὐτοῦ εἴτε ἵππου ὁ προκηρυσσόμε-
νος, [16] *καὶ υἱὸς θεοῦ ἐστιν,* [17] *ὡς προέφημεν, ἢ ἀνθρώπου, τὸν*
Βελλεροφόντην καὶ αὐτὸν ἐφ' ἵππου Πηγάσου, ἄνθρωπον [18] *ἐξ*
ἀνθρώπων γενόμενον, εἰς οὐρανὸν ἔφασαν ἀνεληλυθέναι. Ὅτε δὲ 90
ἤκουσαν [19] *διὰ τοῦ ἄλλου προφήτου Ἠσαΐου λεχθέν, ὅτι διὰ παρθέ-*

psu aut codicis *τῶν ο'* vitio omisit: *καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ*. Quare (ita ratiocinans quasi verba ista nunquam legisset in scriptura) paulo post dicit pulli nomen, nostro loco commemoratum, et asini pullum et equi designare posse. Adduntur illa verba in Dial. c. Tr. c. 52. p. 271. D.

11. *ὄνον*] Codd. msti et editi *οἶνον*. Solus Sylburgius (eiusque pedissequus Morellus) edidit *ὄνον*, quam quidem lectionem Grabius, Thirlbius, Gallandius, Braunius maxime probant, quod mox sequatur *καὶ τὸ τοῦ πώλου ὄνομα καὶ ὄνου πῶλον καὶ ἵππου σημαίνειν ἐδύνατο*. Quare reposui; item Trollopius. Ita enim, ut verbis Braunii utar, Iustinus iudicat: „Cum non satis exploratum haberent mali daemones, qui verus sit sensus verborum propheticorum, quo certius quod volebant assequerentur, eos duplici ratione hominum animos fallere studuisse, atque ita et Bacchum, Iovis filium, et Bellerophontem, natum ex hominibus, ascendisse in coelum finxisse, et quod ambigua esset vox pulli, alteri asinum attribuisse, alterum equo vehentem induxisse. Ad quod cum librarii non attenderent, *ὄνον* mutarunt in *οἶνον*, quod est vulgare Bacchi attributum.“ Asinus autem Baccho sacer fuit. Plinius Hist. nat. XXIV. c. 1: „Ferulae asinis gratissimo sunt in pabulo, caeteris vero iumentis praesentaneo veneno; qua de causa id animal Libero Patri assignatur, cui et ferula.“ Phurnutus de nat. deor. p. 77. ed. Ald.: *Οἱ ὄνοι ἐν ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ* (Bacchi) *θαμίζουσι*. Adde Hygin. Poet. astron. (Mythogr. lat. ed. Amstelod.) p. 398. — Geminus locus est in Dial. c. Tr. c. 69. p. 295 A: *Ὅταν γὰρ Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως, ἣν μεμίχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ, γεγενῆσθαι λέγωσι, καὶ τοῦτον εὑρετὴν ἀμπέλου γενόμενον, καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι, εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστορῶσι, καὶ ὄνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ*

igitur prophetica verba quum audivissent daemones, Bacchum dixerunt Iovis filium esse, et inventorem vitis esse tradiderunt, et asinum in eius mysteriis numerant, et dilaniatum eum adscendisse in coelum docuerunt. Et quia in Mosis prophetia expressis verbis indicatum non erat, utrum venturus ille filius dei esset, et utrum pullo insidens in terra mansurus an in coelum adscensurus esset, deinde quia pulli nomen et asini pullum et equi designare poterat, nescientes utrum asini an equi pullum is qui praenuntiabatur signum adventus sui ducturus sit, atque utrum dei, ut diximus, an hominis sit filius: ipsum quoque Bellerophontem equo Pegaso, hominem ex hominibus natum, in coelum adscendisse dixerunt. Porro quum illud audivissent quod ab alio propheta Iesaia dictum est,

παραφέρωσιν, οὐχὶ τὴν προλελεγμένην ὑπὸ Μωυσέως... προφητείαν μεμιμῆσθαι αὐτὸν νοῶ;

12. *ἀναγράφουσι*] Langus legit *ἀνάγουσι*, Thirlbius *ἀναφέρουσι*, sine causa. In Dial. c. Tr. l. c. Iustinus *παραφέρειν* usurpavit.

13. *εἶτε*] Braun. et Trollop. perperam *εἶ τε* divise dederunt. Ille infra quoque.

14. *ἐπὶ γῆς μενεῖ* etc.] Horum verborum is videtur esse sensus: Cum nescirent utrum hoc pullo is, qui praenuntiabatur, in terris usurus esset an in coelum ascendendo, aberraverunt ab oraculi sententia; et quod propheta de Christo adhuc in terris manente praedixerat, id Bellerophonti in coelum ascendenti tribuerunt. *Maranus.*

15. *ἄγων ἔσται*] Pro *ἄξει*. Vulgo locum male reddiderunt. Nos: „Ob der Verkündete mit sich führen werde als Zeichen seiner Gegenwart das Füllen einer Eselin oder eines Roses." Vult Thirlbius *ἥκων ἥξει*, vel (in Add.) *ἄγων ἥξει σύμβολον*, vel *ἄγων ἕξει σύμβολον*. Quarum tamen lectionum nulla viro docto satisfacit. Trollopius, sed prorsus contra consuetudinem Iustini, coniecit *ἅγιον ἕξει σύμβολον*.

16. *καὶ υἱὸς*] Mihi ferri posse videtur haec lectio. Si quis aliter sentiat, ei facile erit scribere *καὶ εἰ υἱός*. *Thirlbius.*

17. *ὡς προέφημεν*] Cf. c. 21. p. 67. B.

18. *ἐξ ἀνθρώπων*] Vulgo *ἐξ ἀνθρώπου*, utique contra morem Iustini, cui solemnis est formula ista *ἀνθρ. ἐξ ἀνθρώπων*. Cf. e. g. c. 21 (hunc insuper locum hic respicit), Dial. c. Tr. c. 48. p. 267. D (bis), c. 49. p. 268. A, c. 54. p. 274. A, c. 67. p. 291. B, c. 76. p. 301. B. Adstipulatur mihi Trollopius. Literae autem *ου* et *ων* saepenumero immutantur a librariis, id quod multis exemplis firmavi ad Dial. c. Tr. c. 106.

19. *διὰ τοῦ ἄλλου προφ. Ἡσαΐου*] H. e. (ut vis articuli ante *ἄλλου* cognoscatur) cuius iam supra c. 33 memoratum est vaticinium: Ies. 7, 14.

νου τεχθήσεται καὶ δι' ἑαυτοῦ ἀνελεύσεται εἰς τὸν οὐρανόν, [20] *τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο. Καὶ ὅτι ἔγνωσαν εἰρημένον,* [21] *ὡς προλέλεκται ἐν ταῖς προγεγραμμέναις προφητείαις, Ἰσχυρὸς ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν, τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν καὶ ἐκπερινοστήσαντα τὴν πᾶσαν γῆν ἔφασαν. Ὅτε δὲ πάλιν ἔμαθον προφητευθέντα θεραπεύσειν αὐτὸν πᾶσαν νόσον καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν,* [22] *τὸν Ἀσκληπιὸν παρήνεγκαν.* B § 2

55. *Ἀλλ' οὐδαμοῦ οὐδ' ἐπί τινος τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς τὸ σταυρωθῆναι ἐμιμήσαντο· οὐ γὰρ ἐνοεῖτο αὐτοῖς, συμβολικῶς,* [1] *ὡς προδεδήλωται, τῶν εἰς τοῦτο εἰρημένων πάντων λελεγμένων. Ὅπερ, ὡς προεῖπεν ὁ προφήτης, τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπάρχει, ὡς καὶ ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν πιπτόντων δείκνυται· κατανοήσατε γὰρ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰ ἄνευ τοῦ σχήματος τούτου διοικεῖται ἢ κοινωνίαν ἔχειν δύναται.* C [2] *Θάλασσα μὲν γὰρ οὐ τέμνεται, ἢν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον, ὃ καλεῖται ἱστίον, ἐν τῇ νηῒ σῶον μείνῃ· γῆ δὲ οὐκ ἀροῦται ἄνευ αὐτοῦ· σκαπανεῖς δὲ τὴν ἐργασίαν οὐ ποιοῦνται οὐδὲ βαναυσουργοὶ ὁμοίως εἰ μὴ διὰ τῶν τὸ σχῆμα τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων.* [3] *Τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα οὐδενὶ ἄλλῳ τῶν ἀλόγων ζώων διαφέρει, ἢ τῷ ὀρθόν τε εἶναι καὶ ἔκτασιν χειρῶν ἔχειν καὶ ἐν τῷ προσώπῳ ἀπὸ τοῦ μετωπίου τεταμένον τὸν λεγόμενον μυξωτῆρα φέρειν, δι' οὗ* [4] *ἥ τε ἀναπνοή ἐστι τῷ ζώῳ,* [5] *καὶ οὐδὲν ἄλλο* D

20. *τὸν Περσέα λεχθ. προεβ.*] Cf. c. 21. p. 67. B. et c. 22. p. 68. A; adde Dial. c. Tr. c. 70. p. 297. B: *Ὅταν δὲ ... ἐκ παρθένου γεγεννῆσθαι τὸν Περσέα ἀκούω, καὶ τοῦτο μιμήσασθαι τὸν πλάνον ὄφιν* (= diabolum) *συνίημι.* — Davisius deleta voce media legi vult *τὸν Περσέα προεβάλλοντο*, vel rescribi *τὸν Περσέα τεχθῆναι ἐκ παρθένου καὶ πτηρωθῆναι προεβάλλοντο*, Thalemannus *τὸν Περσέα τεχθῆναι προεβάλλοντο*. Inutilis labor! Vide n. 2.

21. *ὡς προλέλεκται ἐν ταῖς προγεγραμμέναις προφ.*] Psalm. 18, 5. Sed c. 40. p. 78. D (quem ad locum lectores hic revocantur) et Dial. c. Tr. c. 64. p. 289. A. omittitur *ἰσχυρός*, quod nostro loco et Dial. c. Tr. c. 69. p. 295. A (*Ἐπὰν δὲ τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν καὶ περινοστήσαντα πᾶσαν τὴν γῆν ... λέγωσιν, οὐχὶ τὴν ... περὶ Χριστοῦ λελεγμένην γραφὴν ὁμοίως μεμιμῆσθαι νοῶ;*) explicationis causa verbis *ὡς γίγας* praemissum est. Comp. c. 76. p. 302. B.

22. *τὸν Ἀσκληπιὸν παρήν.*] Cf. c. 21. p. 67. A. et c. 22. p. 68. B; adde Dial. c. Tr. c. 69. p. 295. B: *Ὅταν δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν νεκροὺς ἀνεγείραντα καὶ τὰ ἄλλα πάθη θε-*

eum per virginem nasciturum et per se ipsum in coelum adscensurum, perfecerunt ut Perseus diceretur. Sic etiam ubi cognoverunt dictum, quemadmodum in prophetiis supra allatis recitatum est: *Fortis ut gigas ad currendam viam* — Herculem fuisse fortem et universam terram peragrasse dixerunt. Rursus ubi praedictum esse didicerunt eum morbos omnes curaturum et mortuos excitaturum, Aesculapium induxerunt.

55. Verum nusquam neque in ullo eorum qui filii Iovis dicuntur crucis supplicium imitati sunt; non enim intellectum est ab iis, quoniam symbolice, ut supra ostendimus, dicta sunt quaecunque de hoc sunt prolata. Quod quidem, ut supra dixit propheta, maximum est signum potestatis et principatus eius, quemadmodum etiam ex iis quae sub adspectum cadunt ostenditur: intuemini enim animo quaecunque in mundo sunt, an sine hac figura administrari et commercio inter se coniungi possint. Mare certe non scinditur, nisi illud trophaeum, quod dicitur velum, in navi integrum maneat; terra absque eo non aratur; fossores opus non faciunt neque opifices pariter nisi instrumentis hanc figuram habentibus. Humana autem forma nulla alia re ab animantibus ratione carentibus differt, nisi quod erecta est et extensionem manuum habet et in vultu nasum qui dicitur a fronte prominentem gerit, per quem ani-

ῥαπεύσαντα παραφέρῃ, οὐχὶ τὰς περὶ Χριστοῦ ὁμοίως προφητείας μεμιμῆσθαι τοῦτον καὶ ἐπὶ τούτῳ φημί; — *Παραφέρειν* autem idem hic valet ac *praeter fas et veritatem inducere*, ut in Dial. l. c. (A. B). Comp. Apol. I. c. 36. n. 2.

1. *ὡς προδεδ.* et *ὡς προειπ. ὁ προφ.*] Cf. c. 35. p. 76. A. B. — Multos *τύπους*, quibus supplicium crucis in V. T. praedictum fuerit, Iustinus in Dialogo c. Tr. colligit: c. 86. 90. 91. 105. 111. 112. 131. 138.

2. *Θάλασσα . . . γίνονται*] Haec imitatus est Minucius Felix Octav. c. 29. p. 112 sq. ed. Cellar.. — Recte Maranus: „Etsi eiusmodi argumenta non multum habent per seipsa ponderis, inepta tamen videri non debent in disputatione adversus ethnicos, qui nihil cruce magis ignominiosum ducebant. Non insulsa visa sunt acutissimo scriptori Tertulliano.“

3. *Τὸ δὲ ἀνθρώπειον . . . ἐπονομάζετε*] Haec imitatus est Tertullianus ad nation. I. c. 12 (Opp. ed. Leopold. P. I) p. 147 sq..

4. *ᾗ τε*] Sic Braun. et Trollop.; caeteri *ᾗτε* conjunctim.

5. *καὶ οὐδὲν ἄλλο*] Fortasse pro *καὶ* non male legeris *ἃ*. Sunt

δείκνυσιν ἡ τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ. Καὶ διὰ τοῦ προφήτου δ'
ἐλέχθη οὕτως· [6] Πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος.
Καὶ τὰ παρ' [7] ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου δύναμιν 83
[8] δηλοῖ, λέγω δὲ τὰ τῶν βηξίλλων καὶ τῶν τροπαίων, δι' ὧν αἵ
τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται, τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ E
σημεῖα ἐν τούτοις [9] δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράτ-
τετε. [10] Καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων τὰς
εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀνατίθετε, καὶ θεοὺς [11] διὰ γραμ-
μάτων ἐπονομάζετε. Καὶ διὰ λόγου οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαι-
νομένου, ὅση δύναμις, προτρεψάμενοι ὑμᾶς ἀνεύθυνοι οἴδαμεν

tamen quae suadere videantur vulgatam lectionem non esse mutandam, saltem absque auctoritate codicis msti. *Thirlbius.* Lubentius tu fortasse scripseris *δείκνυται.*

6. *Πνεῦμα ... κύριος*] Thren. 4, 20. — Aliter Septuaginta habent. At cum Iustini lectione multi codd. *τῶν ο'* msti et Patres consentiunt; vide Parsons ad locum. Scholiastes ad Constitt. apost. V. c. 20 ita explicuit: *οἱ γὰρ θεοφιλεῖς διὰ παντὸς τὸν Χριστὸν ἀναπνέουσι, πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτὸν ἔχοντες.* Aliam interpretationem noster scriptor tradidit.

7. *ὑμῖν*] Stephan. vitiose *ἡμῖν.*

8. *δηλοῖ, λέγω δὲ τὰ τῶν βηξίλλων καὶ τῶν τροπαίων*] Codd. msti et editi *δηλοῖ.* * *λλωμεν καὶ τῶν τροπαίων.* Arcerius putavit legendum esse *δηλοῖ ἐν πολέμῳ καὶ τῶν τροπαίων* — Langus *δηλοῖ, τῶν σημείων λέγω καὶ τῶν τροπαίων* — Sylburgius *δηλοῖ τῶν ἄλλων τε καὶ τῶν τροπαίων* vel *τῶν λαβάρων τε καὶ τῶν τροπαίων* — Thirlbius *δηλοῖ οὐηξίλλων μὲν καὶ τῶν τροπαίων* vel (probante Langio in **Roehrii** *Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 98?) *δηλοῖ, λέγω δὲ τὰ τῶν καλουμένων παρ' ὑμῖν οὐιξίλλων καὶ τῶν τροπαίων* — Maranus, Thalemannus, Braunius *δηλοῖ τῶν [καλουμένων] βιξιλλῶν* (sic) *καὶ τῶν τροπαίων.* Firmatur illud *βιξίλλων* Claromontano; in margine enim huius codicis ante istud *λλωμεν* secunda manu suppletur *βιξί.* Quum vero forma *βιξίλλων* itacismo debeatur, legendum est *βεξίλλων* vel melius *βηξίλλων,* quod utrumque apud veteres scriptores occurrit: atque vocabulum latinum *(vexillum)* a graeco librario deformatum esse non est quod miremur. Quare equidem textui prioris Iustini editionis inserui *δηλοῖ τῶν καλουμένων βηξίλλων καὶ τῶν τροπαίων,* eamdemque scripturam mecum recepit Trollopius. Sed genitivi *τῶν καλ. βηξίλλων κ. τ. τροπαίων,* referendi videlicet ad *σύμβολα,* male collocati sunt: claudicantibus quod aiunt pedibus languide sequuntur. Quid igitur? Quum in cod. msto tantum spatii ad lacunam explendam relictum sit quantum quinque fere syllabis satis fuit, optimo iure reponendum censui: *δηλοῖ, λέγω δὲ τὰ τῶν βηξίλλων καὶ τῶν τροπαίων.* Huc accedit quod Iustinus formula *λέγω δὲ* lubentissime utitur. Insuper summopere favent

manti respiratio est, atque nihil aliud ostendit nisi formam crucis. Per prophetam quoque sic dictum est: *Spiritus ante faciem nostram Christus dominus.* Etiam signa apud vos figurae huius vim declarant, dico signa vexillorum et trophaeorum, quibuscum semper in publicum proceditis, imperii et potestatis insignia in iis constituentes, licet hoc non animadvertentes faciatis. Quin etiam morientium apud vos imperatorum imagines in hac figura ponitis, et eos literis inscriptis appellatis deos. Quum igitur et verbis et figura conspicua vos, quantum possumus, cohortati simus, extra culpam nos deinceps

coniecturae Tertullianus et Minucius Felix. Ille enim l. c. [coll. Apolog. c. 16 (P. I) p. 18] ait: „Sic etiam in cantabris atque vexillis, quae non minore sanctitate militia custodit, siphara illa vestes crucum sunt." Atque hic l. c.: „Nam et signa ipsa et cantabra et vexilla castrorum quid aliud quam inauratae cruces sunt et ornatae? Tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et adfixi hominis imitantur." Uterque scilicet, ut supra (n. 2 et 3) monui, est Iustinum nostrum imitatus.

9. δεικνύντες] Exspectabas δεικνύντων. Sed talia ἀνακολούθως dicta apud omnes scriptores vel optimos deprehenduntur. Comp. c. 11. n. 3.

10. Καὶ ... ἀνατίθετε] Langus: *Et ... imperatorum imagines forma ista consecratis.* Maranus: ... *in hanc formam consecratis.* Semisch. *Justin der Märtyr.* P. II. p. 214: „Sogar die Bildsäulen, welche den Kaisern nach ihrem Tode errichtet werden, haben die Form des Kreuzes." Male. Scite advertit — id quod omnes Iustini editores fugit — Iustus Lipsius (de cruce lib. I. c. 9. not.): „intelligere eum imagines defunctorum principum, quae ordine innexae in militaribus signis. Nec enim vivorum solum illic effigies sed magis mortuorum. Eusebius de vita Constant. II. c. 16 describit Licinii milites in pugnam more gentilium euntes: οἱ δέ, inquit, πολυπληθείᾳ θεῶν θαῤῥοῦντες σὺν πολλῇ δυνάμει χειρὸς στρατιωτικῆς ἐπῄεσαν, νεκρῶν εἴδωλα θανόντων ἐν ἀψύχοις ἀγάλμασι προβεβλημένοι. Et scripsi de hoc more in Militia Romana. Ergo hoc Iustinus exprobrat: Vos (inquit) cruces colitis, cum imperatorum et quidem divorum imagines proponitis in hastis et vexillis — quid nisi in crucibus? Nam ea illis figura."

11. διὰ γραμμάτων] Sylburgius mavult δι' ἐπιγραμμάτων et Grabius διὰ διαγραμμάτων. Nota est loquendi ratio apud Graecos et Romanos. Laudat Maranus inter alios Plutarchum Vit. Gracch. c. 8 (Vitt. ed. Schaefer. Vol. III) p. 371: Populus hortabatur Tiberium Gracchum διὰ γραμμάτων ... ἐν στοαῖς καὶ τοίχοις καὶ μνήμασι καταγραφομένων, atque Ciceronem Phil. XIV. c. 12 (Opp. ed. Orell. Vol. II., P. 2) p. 607: „Incisaeque literae, divinae virtutis testes sempiternae."

λοιπὸν ὄντες, [12]κἂν ὑμεῖς ἀπιστῆτε· τὸ γὰρ ἡμέτερον γέγονε καὶ 91
πεπέρανται.

56. Οὐκ ἠρκέσθησαν δὲ οἱ φαῦλοι δαίμονες πρὸ τῆς φανερώσεως τοῦ Χριστοῦ εἰπεῖν τοὺς λεχθέντας υἱοὺς τῷ Διῒ γεγονέναι, ἀλλ' ἐπειδή, φανερωθέντος αὐτοῦ καὶ γενομένου ἐν ἀνθρώποις, καὶ ὅπως διὰ τῶν προφητῶν προεκεκήρυκτο ἔμαθον [1]καὶ ἐν παντὶ γένει πιστευόμενον καὶ προσδοκώμενον ἔγνωσαν, πάλιν, [2]ὡς προεδηλώσαμεν, προεβάλλοντο ἄλλους, Σίμωνα μὲν καὶ Μέ- B
νανδρον ἀπὸ Σαμαρείας, οἳ καὶ μαγικὰς δυνάμεις ποιήσαντες πολλοὺς ἐξηπάτησαν καὶ ἔτι ἀπατωμένους ἔχουσι. Καὶ γὰρ παρ' ὑμῖν, ὡς προέφημεν, ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος γενόμενος ὁ Σίμων καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων εἰς τοσοῦτο [3]κατεπλήξατο, ὡς θεὸς νομισθῆναι καὶ [4]ἀνδριάντι, ὡς τοὺς ἄλλους παρ' ὑμῖν τιμωμένους θεούς, τιμηθῆναι. Ὅθεν τήν τε ἱερὰν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον τὸν ὑμέτερον συνεπιγνώμονας ταύτης ἡμῶν τῆς ἀξιώσεως παραλαβεῖν αἰ- C
τοῦμεν, ἵν', εἴ τις εἴη τοῖς ἀπ' ἐκείνου διδάγμασι κατεχόμενος, τἀληθὲς μαθὼν τὴν πλάνην φυγεῖν δυνηθῇ. Καὶ τὸν ἀνδριάντα, εἰ βούλεσθε, καθαιρήσατε.

57. [1]Οὐ γὰρ μὴ γενέσθαι τὴν ἐκπύρωσιν ἐπὶ κολάσει τῶν ἀσεβῶν οἱ φαῦλοι δαίμονες πεῖσαι δύνανται, ὅνπερ τρόπον οὐδὲ λαθεῖν τὸν Χριστὸν παραγενόμενον ἴσχυσαν πρᾶξαι, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, τοὺς ἀλόγως βιοῦντας καὶ ἐμπαθῶς ἐν ἔθεσι φαύλοις τε- D
θραμμένους καὶ φιλοδοξοῦντας ἀναιρεῖν ἡμᾶς καὶ μισεῖν, δύνανται ποιῆσαι· οὓς οὐ μόνον οὐ μισοῦμεν, ἀλλ', ὡς δείκνυται, ἐλεοῦντες μεταθέσθαι πεῖσαι βουλόμεθα. Οὐ γὰρ δεδοίκαμεν θά-

12. κἂν ὑ. ἀπιστῆτε] Codd. msti omnesque editi vitiose κἂν ὑ. ἀπιστεῖτε. Literae *EI* et *H* saepissime confunduntur; cf. e. g. c. 49. n. 3.

1. καὶ ... προσδοκώμενον] Vide c. 1. n. 7.

2. ὡς προεδηλώσαμεν et ὡς προέφημεν] C. 26. p. 69. D. E.

3. κατεπλήξατο] Reg. in marg. κατέπληξεν.

4. ἀνδριάντι] Adeas c. 26. n. 13.

1. Οὐ γὰρ μὴ γενέσθαι etc.] De conflagratione loquendi, i. e. de extremo iudicio, occasionem sumit Iustinus ex his quae paulo ante dixerat. Modo enim optabat senatum

fore scimus, etiamsi vos increduli maneatis; quod enim nostri fuit officii factum est et absolutum.

56. Non autem satis fuit pravis daemonibus ante quam Christus apparuit eos qui dicti sunt filios Iove ortos asseverare, sed quum, postquam ille apparuit et inter homines versatus est, etiam quomodo a prophetis praenuntiatus esset didicissent atque eum in omni hominum genere credi exspectarique cognovissent, rursus, ut iam demonstravimus, immiserunt alios, Simonem et Menandrum Samaritanos, qui magicis facinoribus editis multos deceperunt et adhuc deceptos tenent. Etenim quum apud vos, ut iam dixi, in regia Roma sub Claudio Caesare Simon versaretur, et sacrum senatum et populum romanum ita admiratione perculsit, ut deus existimaretur et statua, velut alii qui apud vos coluntur dii, donaretur. Quapropter rogamus ut et sacrum senatum et populum vestrum una vobiscum huius nostri supplicis libelli cognitores adsciscatis, ut, si quis sit illius doctrinis implicatus, veritate cognita errorem effugere possit. Et statuam, si vobis placet, deiicite.

57. Non enim nullam esse conflagrationem ad impiorum supplicium pravi daemones persuadere possunt, quemadmodum neque potuerunt procurare ut Christus post quam advenit lateret, verum id solum, ut qui praeter rationem vivunt et flagitiose in pravis institutis nutriti sunt et opinionum amatores sunt occidant nos et oderint, possunt efficere: quos non modo non odimus, sed, ut manifestum est, misericordia moti persuadere iis cupimus ut immutentur. Non enim timemus

et populum romanum una cum imperatore de Christianorum causa cognoscere, „ut si quis Simonis doctrinae implicatus sit, cognita veritate errorem effugere possit.“ Tum addit: „Neque enim nullam esse ad impiorum supplicium conflagrationem pravi daemones persuadere possunt,“ i. e. cum homines liberi sint ac sua bonis et malis servetur merces, boni ex malis possunt fieri et ab errore ad veritatem converti. Summam necessitudinem statuere solet Iustinus, ut videri potest c. 28 et 43, inter libertatem hominis et futurum iudicium. *Maranus.*

νατον, [2] τοῦ πάντως ἀποθανεῖν ὁμολογουμένου, [3] καὶ μηδενὸς 85
ἄλλου καινοῦ ἀλλ' ἢ τῶν αὐτῶν ἐν τῇδε τῇ διοικήσει ὄντων· ὧν
εἰ [4] μὲν κόρος τοὺς μετασχόντας κἂν ἐνιαυτοῦ ἔχῃ, ἵνα ἀεὶ ὦσι
καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀνενδεεῖς, τοῖς ἡμετέροις διδάγμασι προσέχειν E
δεῖ. Εἰ δ' ἀπιστοῦσι μηδὲν εἶναι μετὰ θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀναι-
σθησίαν χωρεῖν τοὺς ἀποθνήσκοντας ἀποφαίνονται, [5] παθῶν τῶν
ἐνταῦθα καὶ χρειῶν ἡμᾶς ῥυόμενοι εὐεργετοῦσιν, ἑαυτοὺς δὲ φαύ-
λους καὶ μισανθρώπους καὶ [6] φιλοδόξους δεικνύουσιν· οὐ γὰρ ὡς 92
ἀπαλλάξοντες ἡμᾶς ἀναιροῦσιν, ἀλλ' ὡς ἀποστεροῦντες ζωῆς καὶ
ἡδονῆς φονεύουσι.

Norton, G. r. 88, cf. 86. 58. Καὶ Μαρκίωνα δὲ τὸν ἀπὸ Πόντου, [1] ὡς προέφημεν, προεβάλλοντο οἱ φαῦλοι δαίμονες, ὃς ἀρνεῖσθαι μὲν τὸν ποιητὴν τῶν οὐρανίων καὶ γηΐνων ἁπάντων θεὸν καὶ τὸν προκηρυχθέντα διὰ τῶν προφητῶν Χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ νῦν διδάσκει, [2] ἄλλον δέ τινα καταγγέλλει παρὰ τὸν δημιουργὸν [3] τῶν πάντων θεὸν καὶ ὁμοίως ἕτερον υἱόν· ᾧ πολλοὶ πεισθέντες, ὡς μόνῳ τἀληθῆ ἐπι- B
σταμένῳ, ἡμῶν καταγελῶσιν ἀπόδειξιν μηδεμίαν περὶ ὧν λέγουσιν ἔχοντες, ἀλλ' ἀλόγως ὡς ὑπὸ λύκου ἄρνες συνηρπασμένοι βορὰ τῶν ἀθέων δογμάτων καὶ δαιμόνων γίνονται. Οὐ γὰρ ἄλλο τι ἀγωνίζονται οἱ λεγόμενοι δαίμονες, ἢ ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώ-
πους ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος θεοῦ καὶ τοῦ πρωτογόνου αὐτοῦ Χρι- 85
στοῦ· καὶ τοὺς μὲν [4] τῆς γῆς μὴ ἐπαίρεσθαι δυναμένους τοῖς γηΐνοις καὶ χειροποιήτοις προσήλωσαν καὶ προσηλοῦσι, τοὺς δὲ

2. τοῦ π. ἀ. ὁμ.] Vide c. 11. n. 5.

3. καὶ ... ὄντων] Haec Perionius et Langus non intellexerunt. Est eadem Martyris sententia quae Ecclesiastae 1, 9 sq..

4. μὲν] Codd. msti et editi μή. Esse μὲν reponendum omnes post Davisium et Thirlbium editores recte iudicarunt; reposui igitur: itidem Trollopius.

5. παθῶν etc.] Imitatus est (Thirlb.) Platonem, apud quem Socrates in Apologia p. 41. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 95): Ἀλλά μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι. Διὰ τοῦτο . . . τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγόροις οὐ πάνυ χαλεπαίνω· καίτοι οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ κατεψηφίζοντό μου καὶ κατηγόρουν, ἀλλ' οἰόμενοι βλάπτειν τι· τοῦτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι.

6. φιλοδόξους] Scriptor anonymus in Miscell. observv. in aucto-

mortem, quum omnino moriendum esse constet, nec quidquam novi sed eadem in hoc statu occurrant: quorum satietas si vel annum perfruentes capit, debent ii, ut semper sint et perpessionis expertes ac nullius rei indigentes, animum ad nostra instituta adiungere. Si vero nihil reliquum esse post mortem credunt, sed in statum sensus expertem morientes cadere pronuntiant, bene de nobis merentur quod nos huius vitae perpessionibus ac necessitatibus liberent, seipsos autem improbos et inhumanos et opinionum amatores praebent: non enim velut liberaturi nos necant, sed velut vita et voluptate spoliaturi occidunt.

58. Marcionem quoque Ponticum, ut supra diximus, immiserunt pravi daemones, qui creatorem coelestium et terrestrium omnium deum atque praenuntiatum a prophetis Christum filium eius etiam nunc docet negare, alium autem quemdam praeter opificem universorum deum praedicat ac similiter alium filium; huic multi credentes, ut soli verum scienti, nos irrident nullam eorum quae dicunt demonstrationem habentes, sed praeter rationem velut agni a lupo rapti esca impiorum dogmatum et daemonum fiunt. Nihil enim aliud contendunt qui dicuntur daemones, nisi ut abducant homines a creatore deo et primogenito eius Christo: et eos quidem qui se humo tollere nequeunt terrenis et manufactis rebus affixerunt et affigunt, eos autem qui se ad contemplationem rerum coelestium

res vett. et recentt. Vol. I. Tom. 3. p. 358 sq. coniecit legendum esse φιλοδαίμονας (*daemonum cultores*). Ast lectio codicum bene se habet; δόξα enim opponitur veritati. Sic paulo ante memorantur φιλοδοξοῦντες. Sunt πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες: c. 12. p. 59. E. Quare c. 53. p. 89. A. τοῖς τἀληθὲς ἀσπαζομένοις opponuntur. Coll. Apol. II. c. 3. p. 47. C.

1. ὡς προείφημεν] C. 26. p. 70. A.

2. ἄλλον etc.] Iustinus (adv. haer.) ap. Iren. adv. haer. IV. c. 6. §. 2: Αὐτῷ τῷ κυρίῳ οὐδ' ἂν ἐπείσθην, ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργὸν *et factorem et nutritorem nostrum*.

3. τῶν πάντων] Vulgo τὸν πάντων. Vide c. 13. n. 8.

4. τῆς γῆς μὴ ἐπαίρεσθαι] Sylburgius coniecit ἀπαίρεσθαι legendum vel ἀπὸ ante genitivum τῆς γῆς inserendum. Coniecturam Grabius improbavit.

ἐπὶ θεωρίαν θείων ὁρμῶντας [8] ὑπεκκρούοντες, ἣν μὴ λογισμὸν C σώφρονα καὶ καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ βίον ἔχωσιν, εἰς ἀσέβειαν ἐμβάλλουσιν.

59. Ἵνα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, λέγομεν δὲ τοῦ λόγου τοῦ [1] διὰ τῶν προφητῶν, λαβόντα τὸν Πλάτωνα μάθητε τὸ εἰπεῖν, ὕλην ἄμορφον οὖσαν [2] στρέψαντα τὸν θεὸν κόσμον ποιῆσαι, ἀκούσατε τῶν αὐτολεξεὶ εἰρημένων διὰ Μωυσέως, τοῦ [3] προδεδηλωμένου πρώτου προφήτου καὶ πρεσβυτέρου τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων, δι' οὗ μηνύον τὸ προφητικὸν πνεῦμα, πῶς τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τίνων ἐδημιούργησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἔφη D οὕτως· [4] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· Γενηθήτω φῶς. Καὶ ἐγένετο οὕτως. Ὥστε λόγῳ θεοῦ ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ προδηλωθέντων διὰ Μωυσέως γεγενῆσθαι τὸν πάντα κόσμον, καὶ Πλάτων καὶ οἱ [5] ταὐτὰ λέγοντες καὶ ἡμεῖς ἐμάθομεν; καὶ ὑμεῖς πεισθῆναι δύνασθε. Καὶ τὸ καλούμενον [6] Ἔρεβος παρὰ τοῖς ποιηταῖς εἰρῆσθαι πρότερον ὑπὸ Μωυσέως οἴδαμεν. E 87

60. Καὶ τὸ ἐν τῷ παρὰ Πλάτωνι Τιμαίῳ φυσιολογούμενον περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ὅτε λέγει· [1] Ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντί, παρὰ Μωυσέως λαβὼν ὁμοίως εἶπεν. Ἐν γὰρ ταῖς Μωυσέως γρα-

5. ὑπεκκρούοντες] Langus reddit: *transversos agentes*; Maranus: *supplantando*. In lexicis illud verbum non invenitur: videtur ἅπαξ λεγόμενον esse. Saepius usurpatum a veteribus est ἐκκρούειν, intrans. = *erumpere*, *hervorbrechen*. Praemissa praepositio ὑπὸ indicat calliditatem daemonum, qua sensim paulatimque id quod volunt efficiunt.

1. διὰ τῶν προφητῶν] Non videtur supplendum esse λαλήσαντος (Sylburg., Grab., Thirlb.), ut logos qui per prophetas locutus sit intelligatur (c. 33. Apol. II. c. 10), sed κηρυχθέντος (Maranus, Trollop.). Nam paulo post in exemplo allato: διὰ Μωυσέως ... τὸ προφητικὸν πνεῦμα ... ἔφη. Cohort. ad Gent. c. 10: Τούτους (Mosen caeterosque prophetas) ἡμεῖς τῆς ἡμετέρας θρησκείας διδασκάλους γεγενῆσθαί φαμεν. Ibid. c. 13. p. 14. E, Dial. c. Tr. c. 29. p. 246. D. — Perperam igitur Thirlbius legendum coniecit παρὰ τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου.

2. στρέψαντα] Sylburgius notat legi posse τρέψαντα. C. 67: ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε. Sic στρεπτοὺς et τρεπτοὺς commutantur Cohort. ad Gent. c. 25 initio. Coll. c. 61. n. 11. Sed utraque vox recte se habet:

erigunt paulatim prorumpendo, nisi iudicium sanum et puram vacuamque animi perturbationibus vitam obtineant, in impietatem impellunt.

59. Atque ut a nostris doctoribus, hoc est a doctrina per prophetas vulgata, accepisse Platonem intelligatis quod dixit, deum, quum materiam quippe informem vertisset, mundum fecisse: audite quid ad verbum dixerit Moses, primus, ut supra indicavi, prophetarum et vetustior scriptoribus Graiorum, per quem propheticus spiritus, ostendens quomodo deus mundum initio et ex quibus condiderit, sic locutus est: *Principio fecit deus coelum et terram. Terra autem erat inadspectabilis et incomposita, et tenebrae super abyssum; et spiritus dei ferebatur super aquas. Et dixit deus: Fiat lux! Et facta est lux.* Proinde logo dei ex subiectis et a Mose designatis rebus conditum esse universum mundum, et Plato et qui eadem dicunt et nos ipsi didicimus, ac vobis idem perspicere licet. Erebum quoque, ut poetae vocant, prius a Mose dictum esse novimus.

60. Et quod apud Platonem in Timaeo physica ratione de filio dei investigatur, quum ait: *Decussavit eum in universo*, pariter a Mose mutuatus dixit. In Mosis enim scriptis

quare standum iudicio librorum mstorum. — De sententia cf. c. 10. p. 58. B (n. 4) et c. 20. p. 66. D; adde c. 44. n. 6.

3. *προδεδηλωμένου*] Cf. c. 32. p. 73. B (n. 1) et c. 44. p. 81. E.

4. *Ἐν ἀρχῇ . . . οὕτως*] Genes. 1, 1—3.

5. *ταὐτὰ*] Sic verissime (Thirlb., Maran., Thalemann.) vulgarem scripturam *ταῦτα* emendavi. Vide c. 22. n. 12. al.. Exemplum meum secutus est Trollopius.

6. *Ἔρεβος*] Coll. Deuteron. 32, 22: *καταφάγεται μέχρι τῆς ἀβύσσου κάτω.* Sic citavit infra c. 60; aliter in Dial. c. Tr. c. 119: *καυθήσεται ἕως ᾅδου.* Aut (Thirlb., Trollop.) respicit Iustinus ad Gen. 1, 5: ut *ἔρεβος* ex Mosis עֶרֶב ortum esse opinetur.

1. *Ἐχίασεν . . . παντί*] Respicit locum in Timaeo p. 36. B. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 314) obvium, ubi Plato, anima mundi quomodo per omnes sit orbis partes aequaliter diffusa illustraturus, graeca litera *X* utitur, cuius lineis, e regione intersectionis si incurvatae inter se invicem coniungantur, duo circuli efficiantur motusque circulares.

φαῖς ἀναγέγραπται, ὡς κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ 93
Αἰγύπτου [2] οἱ Ἰσραηλῖται καὶ γεγόνασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀπήντησαν
αὐτοῖς ἰοβόλα θηρία, ἔχιδναί τε καὶ ἀσπίδες καὶ ὄφεων πᾶν γένος,
ὃ ἐθανάτου τὸν λαόν· καὶ κατ' ἐπίπνοιαν καὶ ἐνέργειαν τὴν παρὰ
τοῦ θεοῦ [3] γενομένην λαβεῖν τὸν Μωυσέα χαλκὸν καὶ ποιῆσαι τύ-
πον σταυροῦ, καὶ τοῦτον στῆσαι [4] ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ καὶ εἰπεῖν τῷ
λαῷ· [5] Ἐὰν προσβλέπητε τῷ τύπῳ τούτῳ καὶ πιστεύητε, ἐν αὐτῷ
σωθήσεσθε. Καὶ γενομένου τούτου τοὺς μὲν ὄφεις ἀποθανεῖν ἀνέ- B
γραψε, τὸν δὲ λαὸν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον [6] οὕτως παρέδωκεν.
Ἃ ἀναγνοὺς Πλάτων καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, μηδὲ νοήσας
τύπον εἶναι σταυροῦ ἀλλὰ χίασμα νοήσας, τὴν μετὰ τὸν πρῶτον
θεὸν δύναμιν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ εἶπε. [7] Καὶ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν
τρίτον, ἐπειδή, [8] ὡς προείπομεν, ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἀνέγνω ὑπὸ
Μωυσέως εἰρημένον ἐπιφέρεσθαι τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα. Δευτέραν
μὲν γὰρ χώραν τῷ παρὰ θεοῦ λόγῳ, ὃν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ
ἔφη, δίδωσι, τὴν δὲ τρίτην τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι C
πνεύματι, εἰπών· [9] Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον. Καὶ ὡς ἐκπύ-

2. οἱ Ἰσραηλῖται] Codd. msti οἱ Ἰσραηλίται.

3. γενομένην] Codd. msti et editi inepte λεγομένην. Sylburgius facili mutatione illud γενομένην reponendum coniecit, eique (Marano excepto) omnes adstipulati sunt editores. Recepi ut supra c. 54. p. 89. B (n. 2). Secutus est Trollopius.

4. ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ] Putabat enim tabernaculum mundi imaginem quamdam esse. [Vide observationem meam ad Cohort. ad Gent. c. 29]. Et quum cruci [s i g n i enim nomine Numer. 21, 8, ut Barnabas Epist. c. 12 aliique Patres, crucem intelligebat: vide quae ad Dial. c. Tr. c. 94. p. 322. A. notavi] serpentem, tabernaculo crucem impositam fuisse non dubitaret, inde ortam existimabat speciem illam crucis, quam Plato in mundi creatione adhibitam fuisse pronuntiat. — Non dixit scriptura serpentem ipsi tabernaculo impositam fuisse, sed id probabile visum Iustino. *Maranus.* Pari modo Semischius explicuit *Justin der Märtyr.* P. II. p. 176. n. 2.

5. Ἐὰν ... σωθήσεσθε] Numer. 21, 8 sq.: ... Καὶ ἐποίησε Μωυσῆς ὄφιν χαλκοῦν, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου· καὶ ἐγένετο ὅταν ἔδακνεν ὄφις ἄνθρωπον, καὶ ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, καὶ ἔζη. Coll. Ioann. 3, 14 sq.: Καθὼς Μωυσῆς ὕψωσεν τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων (etiam Iustin. πιστεύητε) ἐν αὐτῷ (sic Tischendorf. pro rec. εἰς αὐτόν — Lachmann. ἐπ' αὐτόν) ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον (similiter Iustin. ἐν αὐτῷ σωθήσεσθε). Sunt fortasse qui illud ἐν αὐ-

relatum est, eo tempore, quum Israelitae ex Aegypto exirent et in solitudine versarentur, occurrisse iis venenatas feras, viperas et aspides et serpentum omne genus, quod populum necabat: ac Mosen deo adspirante et impellente aes accepisse et signum crucis fecisse, idque sancto tabernaculo imposuisse et populo dixisse: *Si inspexeritis hoc signum et credideritis, salvi in eo eritis.* Quo facto serpentes exstinctos esse scripsit, ac populum hoc modo exitium effugisse tradidit. His lectis Plato nec satis accurate perspectis, quum non attenderet signum esse crucis sed decussationem esse putaret, eam quae post principem deum est virtutem in universo decussatam esse dixit. Quod praeterea idem tertium dicit, etiam a Mose mutuatus dixit, quod spiritum dei apud Mosen, ut supra diximus, super aquas ferri legerat. Secundum enim locum dei logo, quem in universo decussatum esse dixit, tertium vero ei qui super aquas ferri dictus est spiritui tribuit, inquiens: *Tertia autem circa tertium.* Quomodo autem conflagrationem

τῷ in contextu Iustini ad *πιστεύητε* retulerint. Equidem interpunctionem in codicibus mstis et editis obviam nolui hic mutare. Multa in utramque partem possent dici. Cf. Dial. c. Tr. l. (n. 4) c.: *ἐπὶ σημεῖον ἔστησε, δι' οὗ σημείου ἐσώζοντο οἱ ὀφιόδηκτοι.* Ibidem paulo post: *σωτηρίαν δὲ* (sc. *ἐκήρυσσε*) *τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν διὰ τοῦ σημείου τούτου, τουτέστι τοῦ σταυροῦ, θανατοῦσθαι μέλλοντα.*

6. *οὕτως παρέδωκεν. Ἃ ἀναγνοὺς* etc.] Codd. msti, Stephan., Sylburg., Thirlb.: ... *θάνατον. Οὕτως παρέδωκεν ἀναγνοὺς Πλ.* etc., quibus in verbis Davisius pro *οὕτως* rescribi vult *τοῦτο.* Quam recepi interpunctionem Grabius excogitavit; edidit enim (sic etiam Maran., Thalemann., Braun.): ... *θάνατον οὕτως παρέδωκεν. ἀναγνοὺς Πλ.* etc.. Quum vero illud *ἀναγνοὺς* absque casu accusativo nimis durum sit, praeposui *ἅ*, quod facile ob sequentem literam *α* (in *ἀναγνοὺς*) poterat absorberi. Primus hanc emendationem Thirlbius commendavit: recepit quoque Trollopius. At critico calculo indigna est altera Thirlbii emendatio: ... *θάνατον. τοῦτο, ὡς προεδηλώσαμεν, ἀναγνοὺς Πλ.* etc..

7. *Καὶ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν τρίτον*] Grabio hic aliquod verbum deesse videtur. Maranus supplet: *inde ortum est* — Trollopius: *μάθετε.* In mente habuit Iustinus haud dubie formulam initio capitis huius (cf. c. 44. p. 81. E) usurpatam: *παρὰ Μωυσέως λαβὼν ὁμοίως εἶπεν.*

8. *ὡς προείπομεν*] C. 59. p. 92. D.

9. *Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον*] Est Pseudo-Platonis Epist. II. p.

ρωσιν γενήσεσθαι διὰ Μωυσέως προεμήνυσε τὸ προφητικὸν πνεῦ-
μα, ἀκούσατε. Ἔφη δὲ οὕτως· [10] Καταβήσεται ἀείζωον πῦρ καὶ
καταφάγεται μέχρι τῆς ἀβύσσου κάτω. Οὐ τὰ αὐτὰ οὖν ἡμεῖς ἄλ-
λοις δοξάζομεν, ἀλλ' οἱ πάντες τὰ ἡμέτερα μιμούμενοι λέγουσι.
[11] Παρ' ἡμῖν οὖν ἔστι ταῦτα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν παρὰ τῶν οὐδὲ
τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων ἐπισταμένων, ἰδιωτῶν μὲν καὶ βαρ-
βάρων τὸ φθέγμα, σοφῶν δὲ καὶ πιστῶν τὸν νοῦν ὄντων, καὶ πη- D
ρῶν καὶ χήρων τινῶν τὰς ὄψεις· [12] ὡς συνεῖναι οὐ σοφίᾳ ἀνθρω-
πείᾳ ταῦτα γεγονέναι, ἀλλὰ δυνάμει θεοῦ λέγεσθαι.

61. [1] Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ θεῷ καινο-
ποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ, ἐξηγησόμεθα, ὅπως μὴ τοῦτο πα-
ραλιπόντες δόξωμεν πονηρεύειν τι ἐν τῇ ἐξηγήσει. [2] Ὅσοι ἂν πει-
σθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ [3] ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα
καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, [4] εὔ-
χεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν προημαρ- 89
τημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευ-
όντων αὐτοῖς. Ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστί, καὶ

312. E (Vol. XI. p. 69) locus difficillimus, qui quomodo recte explicandus sit, inter se discrepant. Certe a Patribus perperam ad christianam doctrinam transfertur. Cum Platone habent τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Sed (Marano advertente) Proclus Theolog. platonic. II. c. 11 eodem modo legit ac S. Martyr, quod argumento est non defuisse codices, in quibus haec legendi ratio occurreret.

10. *Καταβήσεται ... κάτω*] Deuteron. 32, 22.

11. *Παρ' ἡμῖν* etc.] Hinc Irenaeus adv. haeres. III. c. 4: „Hanc fidem qui sine literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum, barbari sunt: quantum autem ad sententiam et consuetudinem et conversationem, propter fidem perquam sapientissimi sunt.“ — Perionius verba καὶ πηρῶν καὶ χήρων τινῶν τὰς ὄψεις collocari maluit post βαρβάρων τὸ φθέγμα. Id vero minime necessarium.

12. *ὡς ... λέγεσθαι*] Coll. 1 Corinth. 2, 4 sq.. — Particulam ὡς ista ratione (= *ita ut*) Iustinus raro usurpat: Dial. c. Tr. c. 56. p. 274. D, c. 93. p. 321. C, c. 107. p. 334. D, c. 114. p. 342. B, c. 121. p. 350. A, c. 132. p. 361. D; lubentius ὥστε dicit. Caeterum pro συνεῖναι Davis., Galland., Braun. contendunt συνιέναι legendum esse; sed vide c. 14. n. 1.

1. *Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν* etc.] Iam ultima incipit Apologiae pars, quae agit de baptismo, de eucharistia, de synaxibus christianis. — De formula ἀνεθήκαμεν ... Χριστοῦ consulas c. 49. n. 8.

2. *Ὅσοι ἂν* etc.] Via igitur, qua homines salutem consequi pos-

futuram propheticus spiritus per Mosen praemonstraverit, audite. Dixit enim sic: *Descendet ignis semper vivens et devorabit usque ad imam abyssum.* Non ergo eadem nos atque alii opinamur, sed omnes nostra imitati edisserunt. Apud nos sane haec licet audire et discere ab iis qui ne figuras quidem literarum norunt, imperitis hominibus et lingua barbaris, sed mente sapientibus et fidelibus, quorum nonnulli vel debiles oculisque capti sunt: ita ut intelligatur non humana sapientia haec fieri, sed vi dei dici.

61. Quomodo autem nos ipsos deo consecraverimus renovati per Christum, exponemus, ne, si hoc praetermittamus, videamur quidquam improbe agere in rebus enarrandis. Quicunque persuasum habuerint et crediderint vera esse quae a nobis docentur et dicuntur, et vivere se ita posse promiserint, precari et ieiunantes priorum peccatorum veniam a deo petere docentur, nobis cum iis una precantibus et ieiunantibus. Deinde eo ducuntur a nobis ubi aqua est, et eodem regenerationis

sunt, haec est, ut fidem habeant rei christianae, baptismo ad regenerationem abluantur, vitam puram deinceps agant. C. 66: *Eucharistiae nemini licet esse participi ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν.* Dial. c. Tr. c. 44: ... *δι' ἧς ὁδοῦ ... ἐλπὶς τῆς κληρονομίας τῶν κατηγγελμένων ἀγαθῶν· ἔστι δ' οὐκ ἄλλη ἢ αὕτη, ἵνα τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐπιγνόντες καὶ λουσάμενοι τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ... λουτρὸν ἀναμαρτήτως λοιπὸν ζήσητε.* Comp. ibid. c. 8. p. 225. C. et de resurr. c. 8. p. 593. E. Vide praeterea librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 174. n. 46 et Neandri *Allg. Geschichte d. christl. Religion u. Kirche* ed. 2. Sect. I. Tom. I. p. 525. n. 1.

3. *ὑφ'*] Stephan., Grab., Thalemann. male *ἐφ'*. Cf. locum parall. c. 66. p. 97. E: *τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν.* Similis commutatio est c. 21. n. 5.

4. *εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες ... διδάσκονται*] Praeparatio ad baptismum fiebat precando et ieiunando. Tertullianus de bapt. c. 20: „Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et pervigiliis orare oportet et cum confessione omnium retro delictorum.“ Constitutt. apost. VII. c. 22: *Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος.* — Stephanus pro *νηστεύοντες* dedit (ex Reg.) *νηστεύοντας.*

τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀνα- 94
γεννῶνται· [5] ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· [6] Ἂν μὴ ἀναγεννηθῆτε, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον εἰς τὰς μήτρας τῶν τεκουσῶν τοὺς ἅπαξ [7] γεννωμένους ἐμβῆναι, φανερὸν πᾶσίν ἐστι. Καὶ διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, [8] ὡς προεγράψαμεν, εἴρηται, τίνα τρόπον φεύξονται τὰς ἁμαρτίας οἱ ἁμαρτήσαντες καὶ μετανοοῦντες. Ἐλέχθη B
δὲ οὕτως· [9] Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήραν, καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ, καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. Ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Καὶ λόγον δὲ εἰς τοῦτο παρὰ τῶν ἀποστόλων C
ἐμάθομεν τοῦτον. [10] Ἐπειδὴ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἀγνοοῦντες κατ' ἀνάγκην γεγεννήμεθα ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς κατὰ μῖξιν τὴν τῶν γονέων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς [11] ἀνατροφαῖς γεγόναμεν, ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν

5. ἐπ' ... ἁγίου] Patet inde verba Christi Matth. 28, 19 iam tempore Iustini usurpata esse tamquam formulam baptismalem. Cf. Baumgarten-Crusii *Comment. über die Evangg. des Markus u. Lukas* (Ien. 1845) p. 206 sqq.. Constitutt. apost. III. c. 16: Τὴν ἱερὰν ἐπ' αὐτοῖς εἰπὼν καὶ ἐπονομάσας ἐπίκλησιν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτίσεις αὐτοὺς ἐν τῷ ὕδατι. Clemens Recognitt. III. c. 67: „Baptizabitur autem unusquisque vestrum in aquis perennibus nomine trinae beatitudinis invocato super se.“ Alia testimonia attulit Höfling. *Das Sacrament der Taufe* Tom. I. (Erl. 1846) p. 38.

6. Ἂν ... πᾶσίν ἐστι] Ioann. 3, 3—5.

7. γεννωμένους] Clar. γενομένους et in marg. γεννηθέντας. Servamus scripturam Regii.

8. ὡς προεγράψαμεν] C. 44. p. 81. C. D.

9. Λούσασθε ... ἐλάλ. ταῦτα] Iesai. 1, 16—20.

10. Ἐπειδὴ etc.] Omnes editores et interpretes ἀγνοοῦντες ad τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν retulerunt: *priorem nativitatem nostram* (Maran.: *primam nostram generationem*) *ignorantes*. Sed ἀγνοοῦντες et κατ' ἀνάγκην ad γεγεννήμεθα (Maran. γεγενήμεθα dedit contra codices) pertinent, ut patet quoque ex iis quae sequuntur:

modo, quo nos ipsi regenerati sumus, regenerantur; in nomine enim parentis cunctorum dominique dei et salvatoris nostri Iesu Christi et spiritus sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt. Etenim Christus dixit: *Nisi regenerati fueritis, non intrabitis in regnum coelorum.* Fieri autem non posse ut semel nati in uteros matrum ingrediantur, manifestum omnibus est. Etiam per Iesaiam prophetam, ut supra scripsimus, dictum est, quo modo peccata effugiant qui peccaverunt et poenitentiam agunt. Locutus est autem sic: *Lavamini, mundi estote, auferte pravitates ex animis vestris, discite bonum facere, iudicate pupillo et iustificate viduam, et venite et disceptemus, dicit dominus; et si fuerint peccata vestra ut phoeniceum, tamquam lanam dealbabo, et si fuerint ut coccinum, tamquam nivem dealbabo. Si autem non audieritis me, gladius vos devorabit; os enim domini haec locutum est.* Rationem autem huius rei ab apostolis hanc accepimus. Quandoquidem in prima nativitate nostra ignorantes necessitate ex humido semine per mutuam parentum mixtionem nati sumus et in moribus pravis malaque educatione versati, ut ne necessitatis et ignorationis filii maneamus sed electionis et sci-

ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης: „auf dass wir aus Kindern der Nothwendigkeit und Unwissenheit Kinder der Freiheit und Weisheit werden.“ Formula γένεσιν γεννηθῆναι nihil per se offensionis habet; cf. etiam c. 65: ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. Ergo: „Sintemal wir in unserer ersten Geburt als Unwissende nach dem Gesetz der Nothwendigkeit geboren sind“ etc. Neutiquam hoc loco significatur peccatum originale, sed hominum proclivitas ad peccandum. Adiicitur statim: ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀνατροφαῖς γεγόναμεν. Cf. Baumgarten-Crusii *Comp. d. christl. Dogmengesch.* P. II (ed. Hase) p. 240. Distinguit vero Martyr inter generationem carnalem et spiritualem: illa est ex humido semine, haec ex aqua baptismali; illa efficit ut simus filii necessitatis et ignorationis, haec ut filii fiamus electionis et scientiae: quare (vide paulo post) baptismus etiam φωτισμός vocatur. Expiandi autem vis ad peccata pertinet ante baptismum commissa: obtingit nobis ἄφεσις ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν (coll. supra: τῶν προημαρτημένων ἄφ.).

11. ἀνατροφαῖς] Coniecerit quispiam legendum ἀναστροφαῖς (vide c. 59. n. 2): *quandoquidem ... incidimus in ... malam vitae rationem* („sündhaften Wandel“). Non muto.

ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεώς τε ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν [12] τύχωμεν, ἐν τῷ ὕδατι ἐπονομάζεται τῷ ἑλομένῳ D ἀναγεννηθῆναι καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις τὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ ὄνομα, [13] αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντος τοῦ τὸν λουσόμενον ἄγοντος ἐπὶ τὸ λουτρόν. Ὄνομα γὰρ τῷ ἀῤῥήτῳ θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν· εἰ δέ τις τολμήσειεν εἶναι λέγειν, μέμηνε τὴν ἄσωτον μανίαν. [14] Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμός, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Καὶ ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου E Πιλάτου, καὶ ἐπ' ὀνόματος πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα, [15] ὁ φωτιζόμενος λούεται.

62. [1] Καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ [2] προφήτου κεκηρυγμένον ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας, λοιβὰς καὶ κνίσας ἀποτελοῦντας· [3] τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι 95 ἀπιόντας πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερά, ἔνθα ἵδρυνται, ἐνεργοῦσι. Καὶ γὰρ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας τοῖς ἱεροῖς καὶ [4] τοῖς αὐτοῖς τοὺς

12. τύχωμεν, ἐν etc.] Omnes sic distinxerunt: τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι, ἐπονομάζεται. Sed cf. v. c. supra: ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ πατρὸς ... τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται.

13. αὐτὸ ... λουτρόν] Vulgo vitiose αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες, τοῦτον λουσόμενον ἄγοντες ἐπὶ τὸ λουτρόν. Sylburgius coniecit καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπιλέγοντες τὸν λουσόμενον ἄγομεν ἐπὶ τὸ λουτρόν. Grabius maluit αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες τούτῳ, λουσόμενον etc.: *ipso illo* (nomine patris) *eum* (deum) *solum agnominantes*, *baptizandum* etc.. Egregie Thirlbius, quocum faciunt Thalemannus et Braunius, ita emendavit, quemadmodum textui inserere haud dubitavi. Baptizabatur enim secundum Christi verba εἰς τὸ ὄνομα τοῦ π α τ ρ ὸ ς etc.. Vide n. 5. Exemplum meum secutus est Trollopius.

14. Καλεῖται etc.] Φωτισμὸς et φωτίζεσθαι appellationes sunt a mysteriorum disciplina mutuo sumtae, ut inter omnes constat, et illo tempore satis usitatae. Aliter atque Iustinus explicuit Clemens Alex. Paed. I. c. 6. §. 26: Καλεῖται πολλαχῶς τὸ ἔργον τοῦτο χάρισμα καὶ φώτισμα καὶ τέλειον καὶ λουτρόν· ... φ ώ τ ι σ μ α δέ, δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστιν δι' οὗ τὸ θεῖον ὀξυωποῦμεν. — Thirlbius pro verbis τῶν ταῦτα μανθανόντων legendum coniecit τῶν αὐτοῦ μετασχόντων. Sed, ut iam Heumannus (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 226) admonuit, dubium non est vulgarem textum esse incorruptum. Indicant verba τῶν ταῦτα (nimirum

entiae, ac remissionem peccatorum prius commissorum consequamur, in aqua super eo qui elegerit regenerari et peccatorum poenitentiam egerit nomen parentis cunctorum et domini dei pronuntiatur, hoc ipsum dumtaxat appellante eo qui baptizandum ad lavacrum ducit. Nomen enim inenarrabili deo nemo potest dicere; si quis autem audeat dicere nomen ei esse, insanit perditam insaniam. Vocatur autem hoc lavacrum illuminatio, quod mente illuminentur qui haec discunt. Sed etiam in nomine Iesu Christi, crucifixi sub Pontio Pilato, et in nomine spiritus sancti, qui per prophetas omnia ad Iesum spectantia praenuntiavit, is qui illuminatur abluitur.

62. Atque hoc lavacrum quum audivissent daemones per prophetam nuntiatum, perfecerunt ut qui templa eorum ingrediuntur iisque supplicaturi sunt, libamina ac nidores delaturi, seipsos aquae adspersione lustrarent; atque hoc etiam perficiunt ut proficiscentes penitus lavent, antequam veniant in templa, ubi illi collocati sunt. Nam etiam quod sacerdo-

τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα etc., ut supra ait) *μανθανόντων*, appellationem *φωτισμοῦ* usurpari respectu habito disciplinae catechumenorum, quippe ante baptismum institutae. Neque opus est *μαθόντων* legere. Abreschius (Paraphr. et annotatt. in Ep. ad Hebr. Lugd. 1786. p. 380) pro *φωτιζομένων* mavult *φωτίζομεν* reponi: — argutius quam verius.

15. *ὁ φωτιζόμενος*] H. e. baptizandus. Baptizatus autem vocatur *φωτισθεὶς* (c. 65. p. 97. C) seu *πεφωτισμένος* (Dial. c. Tr. c. 122. p. 350. C. et p. 351. A). Vide Semisch. *Justin der Märtyr*. P. II. p. 428. n. 6.

1. *Καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο*] Noli corrigere *Καὶ τὸ λουτρὸν δὲ τοῦτο*. Nam *καὶ* connectit cum antecedentibus, *δὴ* effert vocem interpositam. Vide Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 646.

2. *προφήτου*] Nempe Iesaiae, cuius verba c. 61. p. 94. B. laudata sunt.

3. *τέλεον* etc.] Multa hic sed inutili labore Thirlbius excogitavit; videlicet opinatus est legendum *ἐν τέλεσι* pro *τέλεον*, aut *ἅπαντας* sive *ἱερατεύοντας* pro *ἀπιόντας*, aut *ἐνήργ. κ. ῥαντ. ἑ. τοὺς προσιέναι αὐτοῖς μέλλ. λοιβ. κ. κνίσ. ἀποτ., τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἅπαντας τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, πρὶν ἐλθ. ἐπὶ τ. ἱερὰ ἔνθα ἴδρ., ἐνεργοῦσι*. — *Τέλεον* (ad *λούεσθαι* referendum) est i. q. *τελέως*: c. 29. p. 71. D, Dial. c. Tr. c. 45. p. 264. A, c. 71. p. 297. B. D. — *Ἵδρυνται* scil. *οἱ δαίμονες*.

4. *τοῖς αὐτοῖς*] Sylburgius mallet *τοῖς ναοῖς* vel *τοῖς σηκοῖς*, Thirlbius *τὸ αὐτὸ* vel *τοῖς ἀδύτοις*,

θρησκεύοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων ἐκ τῶν συμβάντων Μωυσεῖ τῷ εἰρημένῳ προφήτῃ μαθόντες οἱ δαίμονες ἐμιμήσαντο. Κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ ὅτε Μωυσῆς ἐκελεύσθη κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, ποιμαίνοντος αὐτοῦ ἐν τῇ [5] ἀῤῥαβικῇ γῇ πρόβατα [6] τοῦ πρὸς μητρὸς B
θείου, ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ἐκ βάτου προσωμίλησεν αὐτῷ ὁ ἡμέτερος Χριστός, καὶ εἶπεν· [7] Ὑπόλυσαι τὰ ὑποδήματά σου καὶ προσελθὼν ἄκουσον. Ὁ δὲ ὑπολυσάμενος καὶ προσελθὼν ἀκήκοε κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ δύναμιν ἰσχυρὰν ἔλαβε παρὰ τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς Χριστοῦ, καὶ κατελθὼν ἐξήγαγε τὸν λαὸν ποιήσας μεγάλα καὶ θαυμάσια, ἃ εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκεί- C
νου ἀκριβῶς μαθήσεσθε.

63. Ἰουδαῖοι δὲ πάντες καὶ νῦν διδάσκουσι τὸν ἀνωνόμαστον θεὸν λελαληκέναι τῷ Μωυσεῖ· ὅθεν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἠσαΐου τοῦ προμεμηνυμένου προφήτου [1] ἐλέγχον αὐτούς, [2] ὡς προεγράψαμεν, εἶπεν· [3] Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. Καὶ Ἰησοῦς δὲ ὁ Χριστός, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Ἰουδαῖοι τί πατὴρ καὶ τί υἱός, ὁμοίως ἐλέγχων αὐτοὺς καὶ αὐτὸς εἶπεν· D
[4] Οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ οἷς ἂν ἀποκαλύψῃ ὁ υἱός. Ὁ λόγος δὲ τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, [5] ὡς προέφημεν. Καὶ [6] ἄγγελος δὲ καλεῖται καὶ ἀπό-

melius, coniectura si opus esset, Braunius τοῖς τοιούτοις. Verba autem τοῖς αὐτοῖς referas ad δαίμονας, quippe deos gentilium (c. 5. p. 55. E, c. 41. n. 3. al.). Minus bene Maran.: *et iisdem rebus daemones colunt.* — Ὑπολύεσθαι = *excalceari.* Eadem significatione iam veteres Graeci usurpabant, v. c. Plato. Thirlbius: „Notum illud Pythagoricum: θύειν χρὴ ἀνυπόδητον καὶ πρὸς ἱερὰ προσιέναι. Idem mos multis gentibus erat, hodieque est, maxime in aliqua calamitate publica. Locus Exodi, quem citat Iustinus, antiquitatem eius ostendit; an et originem quoque licet dubitare." Alludit ad hunc morem Tertullianus in Apol. c. 40. et adv. Psych. c. 16.

5. ἀῤῥαβικῇ] Ita solet Iustinus scribere, geminato ῥ: Dial. c. Tr. c. 78. p. 305. A. Similiter Ἀῤῥαβία: l. c. c. 77. p. 303. A, c. 78. p. 303. B. C, c. 88. p. 315. C, c. 102. p. 328. D, c. 106. p. 334. B. Sic Ἄῤῥαβες: l. c. c. 119. p. 347. C. Sed et alii, nec poetae tantum, pari modo scribunt. — Braunius et Trol-

tes iubent, ut calceos solvant qui templa ingrediuntur eosdemque daemones colunt, id daemones ex iis quae Mosi supradicto prophetae evenerunt cognitum imitati sunt. Illo enim tempore, quo Moses in Aegyptum descendere populumque israeliticum ibi commorantem educere iussus est, pascentem eum in arabica terra oves avunculi materni Christus noster in specie ignis e rubo allocutus est, et dixit: *Solve calceamenta tua et accedens audi.* Ille autem, postquam calceos solvit et accessit, audivit se in Aegyptum descensurum et populum israeliticum ibi commorantem educturum esse, atque virtute ingenti a Christo, qui in specie ignis locutus cum ipso fuerat, accepta descendit et populum eduxit magnis et admirandis facinoribus editis: quae si vultis discere, ex libris eius accurate discetis.

63. Iudaei autem omnes etiam nunc docent carentem nomine deum cum Mose collocutum esse, unde propheticus spiritus per supradictum prophetam Iesaiam increpans eos, ut supra scripsimus, dixit: *Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israel vero me non cognovit et populus me non intellexit.* Atque Iesus Christus, quod Iudaei non novissent quid pater et quid filius esset, pariter increpans eos et ipse dixit: *Nemo cognovit patrem nisi filius, neque filium nisi pater et quibus revelaverit filius.* Logos autem dei est filius eius, ut supra diximus. Etiam angelus

lopius ad arbitrium ediderunt *ἀραβικῇ.*

6. *τοῦ πρὸς μητρὸς θείου*] Mirum unde haec S. Martyr hauserit. Forte memoria effluente maternum avunculum pro socero sumsit. Coniicit Thirlbius eum in Mosem transferre quod Iacobo convenit; huic quidem apparuit deus, quum pasceret greges avunculi sui et soceri Labanis. *Maranus.* Vide c. 42. n. 4. — De christophaniis in Vet. Test. narratis cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 86 sq..

7. *Ὑπόλυσαι ... ἄκουσον*] Exod. 3, 5.

1. *ἐλέγχον*] Maranus falso *ἐλέγχων.*

2. *ὡς προεγράψαμεν*] C. 37. p. 77. A.

3. *Ἔγνω ... συνῆκε*] Ies. 1, 3.

4. *Οὐδεὶς ... υἱός*] Matth. 11, 27.

5. *ὡς προέφημεν*] C. 32. p. 74. B.

6. *ἄγγελος ... ἀπόστολος*] Vide c. 6. n. 2. — *Ἀπόστολος* postea quoque Christus bis appellatur. Coll. Hebr. 3, 1.

στολος· αὐτὸς γὰρ [7] ἀπαγγέλλει ὅσα δεῖ γνωσθῆναι, καὶ ἀποστέλ-
λεται μηνύσων ὅσα ἀγγέλλεται, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν εἶπεν·
[8] Ὁ ἐμοῦ ἀκούων ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. Καὶ ἐκ τῶν τοῦ E
Μωυσέως δὲ συγγραμμάτων φανερὸν τοῦτο γενήσεται. Λέλεκται δὲ
ἐν αὐτοῖς οὕτως· [9] Καὶ ἐλάλησε Μωυσεῖ ἄγγελος θεοῦ ἐν φλογὶ πυ-
ρὸς ἐκ τῆς βάτου καὶ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, θεὸς Ἀβραάμ, θεὸς
Ἰσαάκ, θεὸς Ἰακώβ, ὁ θεὸς τῶν πατέρων σου. Κάτελθε εἰς Αἴ-
γυπτον καὶ ἐξάγαγε τὸν λαόν μου. Τὰ δ' ἑπόμενα ἐξ ἐκείνων βου-
λόμενοι μαθεῖν δύνασθε· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τούτοις ἀναγράψαι
πάντα. Ἀλλ' εἰς ἀπόδειξιν γεγόνασιν οἵδε οἱ λόγοι ὅτι υἱὸς θεοῦ 96
καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι, [10] πρότερον λόγος ὤν, καὶ ἐν
ἰδέᾳ πυρὸς ποτὲ φανείς, ποτὲ δὲ καὶ ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων· νῦν δὲ
διὰ θελήματος θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενό-
μενος ὑπέμεινε καὶ παθεῖν ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατε-
θῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων. Οἵτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρη-
μένον ἐν τοῖς Μωυσέως συντάγμασι· [11] Καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος τοῦ B
θεοῦ τῷ Μωυσεῖ ἐν πυρὶ φλογὸς ἐν βάτῳ καὶ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ
ὤν, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ, τὸν τῶν 94
ὅλων πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν ταῦτα εἰπόντα λέγουσιν εἶναι.
Ὅθεν καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα ἐλέγχον αὐτοὺς εἶπεν· [12] Ἰσραὴλ
δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. Καὶ πάλιν ὁ Ἰησοῦς,
ὡς ἐδηλώσαμεν, παρ' αὐτοῖς ὢν εἶπεν· [13] Οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέ-
ρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ οἷς ἂν ὁ υἱὸς
ἀποκαλύψῃ. Ἰουδαῖοι οὖν ἡγησάμενοι ἀεὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων λε- C
λαληκέναι τῷ Μωυσεῖ, τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ὄντος υἱοῦ τοῦ θεοῦ,
ὃς καὶ ἄγγελος καὶ ἀπόστολος κέκληται, δικαίως ἐλέγχονται καὶ διὰ
τοῦ προφητικοῦ πνεύματος καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ὡς οὔτε τὸν
πατέρα οὔτε τὸν υἱὸν ἔγνωσαν. Οἱ γὰρ τὸν υἱὸν πατέρα φάσκον-

7. ἀπαγγέλλει] Codd. msti in marg. παραγγέλλει.

8. Ὁ ἐμοῦ ... με] Matth. 10, 40. Luc. 10, 16.

9. Καὶ ... μου] Exod. 3, 2. 6. 10. 14. 15.

10. πρότερον ... νῦν] Cf. librum meum De Epistola ad Diognetum p. 13. — Pro ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων omnino perverse Langus ἐν εἰκόνι ἐνσωμάτων legendum coniectat, quum paulo infra εἰκόνος ἀσωμάτου exstet. Propter haec autem verba Maranus hic scribi vult ἐν εἰκόνι ἀσωμάτῳ. Non male. Vulgatam vero le-

vocatur et apostolus; ipse enim nuntiat quaecunque decet cognosci, et mittitur ut indicet quaecunque nuntiantur, quemadmodum et ipse dominus noster dixit: *Qui me audit eum qui me misit audit.* Ex Mosis quoque scriptis id patebit. Dictum est in iis sic: *Et locutus est Mosi angelus dei in flamma ignis e rubo et dixit: Ego sum exsistens ille, deus Abrahami, deus Isaaci, deus Iacobi, deus patrum tuorum. Descende in Aegyptum et educ populum meum.* Quae vero sequuntur potestis ex illis scriptis, si vultis, cognoscere; non enim omnia hîc perscribere possumus. Haec autem diximus ut demonstraremus filium dei et apostolum esse Iesum Christum, qui antea logos erat, ac modo in specie ignis visus est, modo etiam in imagine incorporeorum: nunc autem voluntate patris pro humano genere homo factus sustinuit etiam perpeti quaecunque in eum insani Iudaei daemonum impulsu moliti sunt. Qui quum nominatim in Mosis commentariis expressum habeant: *Et locutus est angelus dei cum Mose in igne flammae in rubo et dixit: Ego sum exsistens ille, deus Abrahami et deus Isaaci et deus Iacobi* — parentem et conditorem universorum haec dixisse asserunt. Hinc etiam propheticus spiritus eos increpans dixit: *Israel vero me non cognovit, et populus me non intellexit.* Et rursus Iesus, ut ostendimus, apud eos versans dixit: *Nemo cognovit patrem nisi filius, neque filium nisi pater et quibus filius revelaverit.* Iudaei igitur patrem universorum semper cum Mose collocutum existimantes, quum is qui cum eo collocutus est filius dei esset, qui et angelus et apostolus vocatus est, merito et a prophetico spiritu et ab ipso Christo arguuntur nec patrem nec filium nosse. Nam qui filium patrem

ctionem Grabius et Trollopius ita defendere student ut voce ἀσωμάτων angelos putent indicatos esse, sub quorum specie filius dei quandoque apparuerit priusquam carnem induerit. Quamquam alibi Martyr indicat angelos corpore nequaquam destitutos esse; vide Semisch. *Justin der Märtyr.* P. II. p. 342 sqq..

11. Καὶ . . . Ἰακώβ] Exod. 3, 2. 14. 15.

12. Ἰσραὴλ . . . συνῆκε] Iesai. 1, 3.

13. Οὐδεὶς . . . ἀποκαλύψῃ] Matth. 11, 27.

τες εἶναι ἐλέγχονται μήτε τὸν πατέρα ἐπιστάμενοι, μήθ' ὅτι ἐστὶν υἱὸς τῷ πατρὶ τῶν ὅλων γινώσκοντες· [14] ὃς λόγος καὶ πρωτότοκος ὢν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸς ὑπάρχει. Καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς D
μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωυσεῖ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ' ἐν χρόνοις τῆς [15] ὑμετέρας ἀρχῆς, [16] ὡς προείπομεν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, ἵνα ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τὸν θάνατον. Τὸ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ Μωυσεῖ· [17] Ἐγώ εἰμι E
ὁ ὤν, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακὼβ καὶ ὁ θεὸς τῶν πατέρων σου, σημαντικὸν τοῦ καὶ ἀποθανόντας ἐκείνους μένειν καὶ εἶναι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπους· καὶ γὰρ πρῶτοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι περὶ θεοῦ ζήτησιν | ἠσχολήθησαν, 95
Ἀβραὰμ μὲν πατὴρ ὢν τοῦ Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἰακώβ, ὡς καὶ Μωυσῆς ἀνέγραψε.

64. Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἴδωλον τῆς λεγομένης Κόρης ἐπὶ ταῖς τῶν ὑδάτων πηγαῖς ἐνεργῆσαι τοὺς δαίμονας, λέγοντας 97
θυγατέρα αὐτὴν εἶναι τοῦ Διός, μιμησαμένους τὸ διὰ Μωυσέως εἰρημένον, ἐκ τῶν προειρημένων νοῆσαι δύνασθε. Ἔφη γὰρ ὁ Μωυσῆς, [1] ὡς προεγράψαμεν· [2] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. Εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένου τῷ ὕδατι πνεύματος θεοῦ τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δὲ ὁμοίως πονηρευόμενοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, οὐκ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ', B
Iota ἐπειδὴ [3] ἐννοηθέντα τὸν θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Ἀθηνᾶν· ὅπερ γελοιότατον ἡγούμεθα εἶναι, τῆς ἐννοίας εἰκόνα παραφέρειν θηλειῶν μορφήν. Καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους λεγομένους υἱοὺς τοῦ Διὸς αἱ πράξεις ἐλέγχουσιν.

14. ὃς λόγος καὶ πρωτότοκος ὢν τ. θεοῦ] Vulgo negligentia librarii vitiose ὃς καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τ. θεοῦ. C. 23. p. 68. C: λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος. Dial. c. Tr. c. 125. p. 354. C: θεοῦ δὲ ἐκ τοῦ εἶναι τέκνον πρωτότοκον. Iam Langus: *qui quod verbum et primogenitus dei sit.*

15. ὑμετέρας] Thalemann., Braun., Trollop. inepte ἡμετέρας.

16. ὡς προείπομεν] C. 23. p.

Nota. Dial. c. Tr. c. 128. p. 357. D. θεὸς θεοῦ υἱὸς ὑπάρχων.

esse dicunt arguuntur nec patrem scire, nec filium esse patri universorum cognoscere; qui, quum logos sit et primogenitus dei, etiam deus est. Ac prius quidem Mosi et caeteris prophetis in specie ignis et imagine incorporea visus est: nunc autem temporibus vestri imperii ex virgine, ut iam diximus, secundum patris voluntatem pro eorum salute qui ipsi credunt homo factus et pro nihilo haberi et pati sustinuit, ut moriens ac resurgens vinceret mortem. Quod autem e rubo dictum est Mosi: *Ego sum exsistens ille, deus Abrahami et deus Isaaci et deus Iacobi et deus patrum tuorum*, significat eos etiam post mortem manere ipsiusque Christi homines esse; etenim primi omnium hominum in dei inquisitione versati sunt, Abrahamus quidem pater Isaaci, Isaacus autem Iacobi, quemadmodum Moses quoque perscripsit.

64. Atque id, ut simulacrum Proserpinae quae dicitur ad aquarum fontes erigeretur, molitione daemonum contigisse, qui illam Iovis filiam esse dixerunt ac verba Mosis imitati sunt, ex supradictis perspicere potestis. Dixit enim Moses ut supra scripsimus: *Principio fecit deus coelum et terram. Terra autem erat inadspectabilis et incomposita, et spiritus dei ferebatur super aquas.* Ad imitationem ergo illius dei spiritus, qui super aquam ferri dictus est, Proserpinam Iovis filiam vocarunt. Etiam Minervam simili nequitia filiam Iovis dixerunt, idque non ex concubitu, sed, quum mundum a deo, postquam cogitavit, conditum esse per logon cognovissent, primam velut notionem dixerunt Minervam: quod quidem perridiculum putamus esse, muliebrem formam ad imaginem notionis exprimendam inducere. Similiter reliquos quoque qui dicuntur Iovis filios ipsae actiones redarguunt.

63. C, coll. c. 46.
17. *Ἐγώ ... σου*] Exod. 3, 14.
15. — De iis quae sequuntur cf. Matth. 22, 31 sq..
1. *ὡς προεγράψαμεν*] C. 59. p. 92. D.
2. *Ἐν ... ὑδάτων*] Genes. 1, 1 sq..
3. *ἐννοηθέντα*] I. e. postquam mundi exemplar in logo suo descripsit. *Maranus*.

65. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ [1] οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα C συνηγμένοι εἰσί, [2] κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν τὰ ἀληθῆ μαθόντες καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταὶ καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. [3] Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. [4] Ἔπειτα προσφέρεται [5] τῷ προεστῶτι τῶν D 96 ἀδελφῶν [6] ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος, καὶ οὗτος λαβὼν αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων· [7] Ἀμήν. Τὸ δὲ ἀμὴν τῇ ἑβραΐδι φωνῇ E τὸ γένοιτο σημαίνει. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ [8] οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος [9] καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.

1. οὕτως λοῦσαι] Quemadmodum c. 61 relatum est.

2. κοινὰς εὐχὰς etc.] Cf. Constitt. apost. VIII. c. 9 sqq.. — Illae preces peraguntur εὐτόνως h. e. *animo intento.* Similiter in Epist. eccl. Vienn. et Lugdun. ap. Euseb. Hist. eccl. V. c. 1—4 (Routh Reliqq. sacr. Vol. I. p. 282) memoratur εὔτονος προσευχή. — Videsis praeterea c. 61. n. 15.

3. Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα] Cf. Reiche *Versuch einer ausf. Erklärung des Br. Pauli an die Römer* Tom. II. (Gotting. 1834) p. 520 sq. et Baumgarten - Crusius *Comment. über d. Br. Pauli an d. Römer* (Ien. 1844) p. 425.

4. Ἔπειτα etc.] Augusti (*Denkwürdigkeiten aus d. christl. Archäologie* Tom. VIII. Lips. 1826. p. 92 et *Handbuch der christl. Archäologie* Tom. II. Lips. 1836. p. 575): „Da Justinus zweimal hinter einander [c. 65 et 67] und fast ganz übereinstimmend diesen Ritus beschreibt, so muss man entweder annehmen, dass die zweite Beschreibung nur eine Recapitulation sey, oder dass sich die erste auf die eigentliche Eucharistie, welche unmittelbar auf die Taufe folgte, also auf die sogenannte erste Communion, die zweite aber auf die gewöhnliche mit den Agapen verbundene Sonntags-Communion beziehe. Das Letztere wird auch dadurch wahrscheinlich, dass von der Mittheilung von Oblationen an Abwesende, Kranke und Arme geredet wird.“ Cf. c. 67.

65. Nos autem post quam sic abluimus eum qui fidem suam et assensum doctrinae nostrae testatus est ad fratres qui dicuntur ducimus, ubi congregati sunt, communes preces et pro nobis ipsis et pro eo qui illuminatus est et pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti hac etiam gratia dignemur ut rectam operibus vitam agentes et mandatorum observatores inveniamur, quo aeternam salutem assequamur. Invicem osculo salutamus, ubi desiimus precari. Deinde ei qui fratribus praeest panis affertur et poculum aquae et vini, quibus ille acceptis laudem et gloriam parenti universorum per nomen filii et spiritus sancti sursum mittit et gratiarum actionem pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur; postquam preces et gratiarum actionem absolvit, omnis qui adest populus fauste acclamat: *Amen*. Amen autem hebraea lingua *fiat* significat. Postquam vero is qui praeest gratiarum actionem absolvit et omnis populus fauste acclamavit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et vinum et aquam, in quibus gratiae actae sunt, unicuique praesentium participanda distribuunt et ad absentes perferunt.

n. 3 et Gieseler *Lehrb. der Kirchengeschichte* Tom. I. P. I (ed. 4) p. 232.

5. τῷ προεστῶτι] Cf. Reiche l. c. p. 426 et Baumgarten-Crusius l. c. p. 350.

6. ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος] Infra: ἄρτον καὶ οἴνου καὶ ὕδατος. C. 67: ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ. Alii quoque priscae ecclesiae doctores trium in eucharistia elementorum mentionem fecerunt: panis, vini, aquae. Nempe Christiani non merum vinum sed aqua temperatum bibebant (τὸ κεκραμένον ποτήριον: Iren. adv. haer. V. c. 2) more antiquo, praesertim orientali. — Particula καὶ ante κράματος est epexegetice (= nämlich) dicta: *calix aquae et quidem vini aquâ mixti.* Trollopius solvit: ὕδατος οἴνῳ κεκραμμένου. Plura dabunt Grabe ad Iren. l. c. et Augusti *Denkwürdigkk. aus d. christl. Archäologie* Tom IV (Lips. 1821) p. 162. et Tom. VIII. p. 72.

7. Ἀμήν] Cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 181. n. 69.

8. οἱ ... μεταλαβεῖν] Cf. librum meum modo citatum p. 95. n. 3.

9. καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι] Persons, who from sickness or other causes were unable to attend, were regarded as present in spirit and sympathy; and portions of the consecrated elements were sent to the invalid or to the imprisoned, in order that they might partake of

66. Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν [1] εὐχαριστία, ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν [2] ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν 98
καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρόν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· [3] ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρ- B
κα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, [4] ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς· τὸν Ἰησοῦν λαβόντα ἄρτον εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· [5] Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου, [6] τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· [7] Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· καὶ μόνοις αὐτοῖς

Norton I. 204.

the benefits of communion. See Bishop Kaye's *Justin* ch. 4. p. 92. *Trollopius.*

1. εὐχαριστία] Zuerst das Dankgebet, sodann die ganze Handlung, und metonymice (ein Analogon 1 Cor. 10, 16) dasjenige was durch dieses Dankgebet eingesegnet wurde: die Elemente. *Rheinwald Die kirchliche Archäologie* (Berol. 1830) p. 352. n. 2.

2. ἢ . . . παρέδωκεν] Vide c. 61. n. 2.

3. ἀλλ' ὃν τρόπον . . . ἐδιδάχθ. εἶναι] Hunc editores praetereunt locum longe difficillimum. Excipiendi sunt Grabius et Maranus; ille Reformatorum, hic Pontificiorum dogma intrudit. Atque Lutheranorum mentem infert Marheinekius: SS. Patrum de praesentia Christi in coena domini sententia triplex (Heidelb. 1811. 4) p. 23 sq.. Alios unam aliquam ex illis sententiis approbantes Semischius recenset: *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 436 sqq.. Mirum quantum hic locus theologos vexaverit. Ego ita interpretor: Quemadmodum λόγος dei carnem et sanguinem Iesu Christi creavit, ita λόγος Iesu Christi carnem et sanguinem ex eo cibo creat, qui prorsus in nostra corpora mutatur. Nempe verba διὰ λόγου θεοῦ et δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ (scil. Χριστοῦ) sibi invicem respondent, ita quidem, ut precibus a Christo mandatis (orationem autem dominicam significare videtur: id etiam Baumgarten-Crusius *Comment. über das Evang. des Matthäus* p. 128 observavit) Iustinus divinam vim tribuat, qualis in dei λόγῳ insit. Verba κατὰ μεταβολὴν ad τρέφονται referenda sunt, hoc quidem sensu: divinum illum cibum *integrum*, ut nihil restet, abire in nostra corpora neque participare ea tantum divinum cibum (κατὰ μεταβολὴν τρέ-

66. Atque hoc alimentum apud nos vocatur eucharistia, cuius nulli alii licet esse participi nisi qui credat veram esse doctrinam nostram, et illo ad remissionem peccatorum et ad regenerationem lavacro ablutus fuerit, et ita vivat ut Christus tradidit. Non enim ut communem panem neque ut communem potum ista sumimus: sed quemadmodum per logon dei caro factus Iesus Christus salvator noster et carnem et sanguinem habuit salutis nostrae causa, sic etiam id in quo per precem ipsius verba continentem gratiae actae sunt alimentum, ex quo sanguis et carnes nostrae per mutationem aluntur, incarnati illius Iesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus. Nam apostoli in commentariis a se scriptis, quae vocantur evangelia, ita tradiderunt sibi mandatum esse: Iesum accepto pane, quum gratias egisset, dixisse: *Hoc facite in recordationem mei*, *hoc est corpus meum;* et poculo similiter accepto actisque gratiis dixisse: *Hic est sanguis meus* — ac solis

φεσθαι, non *κατὰ κοινωνίαν* modo). Addit autem Iustinus istud *κατὰ μεταβολήν*, suam ut sententiam declaret de instaurata per illum cibum natura humana. Idem statuunt Ignatius ad Ephes. c. 20 et ad Roman. c. 7, atque Irenaeus adv. haeres. IV. c. 18. §. 5 et V. c. 2. §. 2 sq., respicientes haud dubie ad locum evangelii Ioann. 6, 54 sqq.: *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἔχει ζωὴν αἰώνιον* etc..

4. *ἃ καλεῖται εὐαγγέλια*] Forte sunt qui audacter ista verba expungerent et sibi gratularentur de emendatione. Sane Schleiermachero (*Einleitung ins Neue Testament*, herausgeg. von G. Wolde. Berol. 1845. p. 71) glossam videntur olere. Verum nihil muto. Dial. c. Tr. c. 10. p. 227. C: *ἐν τῷ λεγομένῳ εὐαγγελίῳ*. C. 100. p. 326. D: *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*. — Verba quae sequuntur in codicibus mstis et editis (excepto Trollopiano) male sic distinguuntur: . . . *αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, λαβόντα ἄρτον* etc.. — Quid? Tu particulam *καὶ* conieceris participio *εὐχαριστήσαντα* praemittendam esse, quemadmodum paulo post: *ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα*. Mihi non est dubium quin vulgata lectio vera sit. Luc. 22, 19: *λαβὼν ἄρτον εὐχαριστήσας ἔκλασεν*.

5. *Τοῦτο ... σῶμά μου*] Luc. 22, 19 sq..

6. *τοῦτό ἐστι*] Sic Braunius. Thirlbius *τοῦτ᾽ ἐστι*. Trollopius *τοῦτ᾽ ἔστι*. Codd. msti (sed paulo infra recte *τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*) caeterique editores *τουτέστι*.

7. *Τοῦτό ... αἷμά μου*] Matth. 26, 28. — Trollopius edidit *τοῦτ᾽ ἔστι* (vide n. 6). Maranus articulum *τὸ* ante *αἷμα* errore praetermisit. — *Μεταδοῦναι* scil. quae antea Christus refertur dixisse.

μεταδοῦναι. Ὅπερ καὶ ἐν [8] τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες· ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε ἢ μαθεῖν δύνασθε. C

67. Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, [1] καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. [2] Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου. [3] Καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων [4] ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, [5] μέχρις ἐγχωρεῖ. Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος ὁ προεστὼς [6] διὰ λόγου τὴν νου- D

?f. Norton, l. 204.

8. τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις] Mysteria Mithrae etiam in Dial. c. Tr. c. 70 et 78 memorantur. H. Seel *Die Mithrageheimnisse*, Aarau 1824. — Ritum hîc memoratum (ὅτι ... τινῶν) Tertullianus respicit de praescript. haeret. c. 40: (Mithra) „celebrat et panis oblationem." Praeterea nemo ex veteribus. Cf. Sainte-Croix *Versuch über die alten Mysterien* aus d. Franz. v. Lenz (Goth. 1790) p. 301. — Vide etiam librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 177. n. 56.

1. καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί] Augusti (*Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archäologie* Tom. IV. p. 158) bene: „wir sind mit einander stets verbunden." Melius Schröckh (*Christl. Kirchengeschichte* P. III. p. 29): „wir halten immer unter einander zusammen." Cf. Pape *Handwörterb. d. griech. Spr.* s. v. σύνειμι.

2. Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα] Langus: *Atque in omnibus quas offerimus oblationibus.* Similiter Grabius et Maranus. Sed vide c. 13. n. 1.

3. Καὶ τῇ τοῦ ἡλίου etc.] Iustinus supra (c. 65 — vide ibid. n. 4) ritum primae post baptismum eucharistiae exposuerat. Iam pergit ostendere, quinam sit ordo eorum quae in consuetis synaxibus solis die concelebratis gerantur. Partes autem cultus christiani recensentur: 1°. Lectio scripturarum sacrarum per ἀναγνώστην exsequenda. Τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται. Tertullianus Apolog. c. 39: „Coimus (Leopold: *cogimur*) ad literarum divinarum commemorationem." 2°. Oratio adhortatoria a praeposito habita. Εἶτα ... ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Tertullianus l. c.: „Ibidem etiam exhortationes, castigationes et divina censura." — Ep. 1 ad Timoth. 4, 13: πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. Cfr. Heydenreich, Mack, de Wette ad hunc locum. 3°. Pre-

ipsis tradidisse. Quod quidem etiam in Mithrae mysteriis ut fieret, docuerunt per imitationem pravi daemones; panem enim et poculum aquae in eius qui initiatur mysteriis verbis quibusdam additis apponi, aut scitis aut discere potestis.

67. Nos autem post haec deinceps nobis invicem ista in memoriam revocamus: et qui opulenti sumus indigentibus omnibus subvenimus, et semper una sumus. Atque pro omnibus quibus vescimur laudamus creatorem omnium per filium eius Iesum Christum et per spiritum sanctum. Ac solis qui dicitur die omnium sive urbes sive agros incolentium in eumdem locum conventus fit, et commentaria apostolorum aut scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector desiit, is qui praeest verbis admonitionem et inci-

ces eorum qui congregati sunt. *Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν.* Chrysostomus alicubi: *μετὰ τὴν παραίνεσιν εὐθέως εὐχή.* [Tum osculo sancto congregati se invicem salutabant, ut c. 65 memoratur: *ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν* — vide ibid. n. 3.] 4°. Preces et gratiarum actiones super elementis a praeposito sursum missae. *Παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ, καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ... ἀναπέμπει.* 5°. Congregati acclamant Amen. *Καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμήν.* 6°. Distributio elementorum per diaconos. *Καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται* — c. 65: *διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν* etc.. — De eucharistia autem hîc idem quod supra narrat; quare addit: *ὡς προέφημεν*, scil. c. 65. — De insigni hoc loco exstat commentatio: Liturgiam evangelico-lutheranam antiquissimam esse ex Iustino Mart. demonstrat atque deducit Christ. Gottl. Burger. Vitemb. 1755. 4.

4. *ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται*] Formula *ἐπὶ τὸ αὐτὸ* valet *in unum locum*. Aliter c. 40. n. 9. Vide Meyerum ad Actt. apost. 1, 15. — *Συνέλευσις* hîc de actu conveniendi dicitur; sic paulo infra *τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα*, coll. c. 40. p. 78. E. At de loco conventus exstat in Actt. martyr. S. Iustini c. 3: *οὐ γινώσκω ἄλλην τινὰ συνέλευσιν.*

5. *μέχρις ἐγχωρεῖ*] Augusti (*Denkwürdigkk. aus d. christl. Archäologie* Tom. VI. Lips. 1823. p. 262) transtulit: „so viel als erfoderlich." Iam Langus vim verbi *ἐγχωρεῖν* (cf. Pape l. c. in v.) cognovit reddens: *quoad tempus fert.* Interpres Campidonensis: „so lange es die Zeit gestattet." Cf. Dial. c. Tr. c. 118: *ὡς ἐγχωρεῖ.*

6. *διὰ λόγου* etc.] Formula *διὰ λόγου* etiam c. 13. p. 60. D. et c. 55. p. 90. E. comparet. — *Νουθεσία*, i. q. *νουθετία*, quae forma praestat

θυσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται.
Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν. Καί, [7] ὡς E
προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς ἄρτος προσφέρεται καὶ
οἶνος καὶ ὕδωρ, καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας,
[8] ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ
ἀμήν, καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων
ἑκάστῳ γίνεται καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται.
[9] Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν 99
ἑαυτοῦ ὃ βούλεται δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι
ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς
διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς
οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς
ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. [10] Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ
πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν
ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην [11] τρέψας κόσμον ἐποίησε, καὶ
Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέ- B
στη· τῇ γὰρ [12] πρὸ τῆς κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτὸν καὶ τῇ μετὰ
τὴν κρονικήν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις
αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς ἐδίδαξε ταῦτα ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν
ἀνεδώκαμεν.

(Lobeck. ad Phryn. p. 505), est *admonitio* vel *adhortatio*. — Pro πρόκλησιν Grabius, Thirlbius, Thalemannus, Braunius, Trollopius, Heydenreichius (*Die Pastoralbriefe Pauli* Tom. I. Hadam. 1826. p. 250), Reichius (in commentario c. 65. n. 8. laudato p. 426) legendum existimant παράκλησιν: *cohortationem*. Cf. 1 Timoth. 4, 13; vide supra n. 8. Non tamen mutare audeo, vulgaris lectio quum possit tolerari ideoque debeat; nam πρόκλησις est *provocatio*, *invitatio*, *rogatus* (*Aufforderung*). Coll. c. 3. n. 4. — Τῶν καλῶν τούτων scil. quae ex scripturis sacris a lectore sunt recitata.

7. ὡς προέφημεν] C. 65. p. 97. D. E.

8. ὅση δύναμις αὐτῷ] Noli haec verba interpretari: *totis viribus*, h. e. grandi et plena voce, vern. *aus allen Kräften* s. mit starker und voller Stimme: Lang., Maran., Trollop., interpres Campidonensis, Augusti (*Handb. d. christl. Archäol.* Tom. II. p. 576). Sunt potius i. q. *quantum potest* h. e. *quantum facultatis eius est* — ut preces significentur quae ex animo et pectore („*ex proprio ingenio*," ut Tertullianus aliquo loco dicit) fluunt libere h. e. non adhibita formula ad solemnitatem composita. Sic recte etiam Baumgarten-Crusius *Comment. über das Evang. des Matthäus* p. 128. Coll. c. 13: ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες. C. 55: διὰ

tationem ad imitandas res tam praeclaras suscipit. Postea consurgimus communiter omnes et preces emittimus. Atque, ut iam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur et vinum et aqua, et qui praeest preces pariter et gratiarum actiones pro viribus sursum mittit, et populus fauste acclamat *Amen:* et eorum in quibus gratiae actae sunt distributio ac communicatio fit unicuique praesentium et absentibus per diaconos mittitur. Qui abundant et volunt pro arbitrio quisque suo quod visum est largiuntur, et quod colligitur apud eum qui praeest deponitur, et ipse subvenit pupillis ac viduis, et iis qui vel ob morbum vel aliam ob causam egent, et iis qui in vinculis sunt, et advenientibus peregre hospitibus, uno verbo omnium indigentium curam suscipit. Die autem solis communiter omnes convenimus, tum quia is primus dies est, quo deus, quum tenebras et materiam vertisset, mundum creavit, tum quia Iesus Christus salvator noster eodem die ex mortuis resurrexit; pridie enim Saturni eum crucifixerunt et postridie eiusdem diei, hoc est solis die, apostolis suis et discipulis visus ea docuit quae vobis quoque consideranda tradidimus.

λόγου οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαινομένου, ὅση δύναμις, προτρεψάμενοι. Dial. c. Tr. c. 80: *ὡς δύναμίς μου.* Adde formulam eucharisticam in Constitt. apost. VIII. c. 12 obviam, in qua haec *ὁ προεστὼς* perorat: *Εὐχαριστοῦμέν σοι, θεὲ παντοκράτορ, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα.*

9. *Οἱ εὐποροῦντες ... γίνεται*] Tertullianus Apolog. c. 39: „Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quum velit, et si modo possit, apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis nec potaculis nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, et si qui in metallis et si qui in insulis vel in custodiis, duntaxat ex caussa dei sectae, alumni confessionis suae fiunt."

10. *Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν ... ἀνέστη*] Cf. Rheinwald *Die kirchliche Archäologie* p. 156. n. 1.

11. *τρέψας*] C. 59. p. 92. C. *στρέψαντα.* Nostro loco mutatione (vide l. c. n. 2) non opus est. Assentitur Trollopius.

12. *πρὸ τῆς κρονικῆς*] Cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 163. n. 20.

68. [1] *Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὴν* C *ἐσομένην τοῦ θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ἐπιμένητε τῇ ἀδικίᾳ· καὶ ἡμεῖς ἐπιβοήσομεν·* [2] *Ὃ φίλον τῷ θεῷ τοῦτο γενέσθω.* [3] *Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις* [4] *γενέσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ κεκρῖσθαι τοῦτο ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι* [5] *δίκαια ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα. Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς* D *ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ* [6] *κατὰ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε.* [7] *Καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο·*

[1] Adrianus Minucio Fundano.

Accepi [2] literas ad me scriptas a decessore tuo Serenio E Graniano clarissimo viro: et non placet mihi relationem silentio praeterire, ne et innoxii perturbentur, et calumniatoribus latrocinandi tribuatur occasio. Itaque si evidenter provinciales huic petitioni suae adesse valent adversum Christianos, ut pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exequi non [3] prohi-

1. *Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν* etc.] Scil. *ταῦτα ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν* — c. 67 fine.

2. *Ὃ ... γενέσθω*] Codd. msti in marg. *ὡς τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ γενέσθω.*

3. *Καὶ ἐξ ... ἀντίγρ. τοῦτο*] Citavit hunc locum Eusebius Hist. eccl. IV. c. 8 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 314. — Pro *ἐπιστολῆς* codd. msti et editi (exceptis exemplis Marani, Braunii, Trollopii) mendose *ἀποστολῆς*. Veram lectionem Eusebius tenet.

4. *γενέσθαι ... μᾶλλον*] Euseb. *γίνεσθαι, τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν μᾶλλον.*

5. *δίκαια ... πεποιήμεθα*] Euseb. male *δικαίαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν. Ὑπετάξαμεν* etc.. — *Ἐξήγησιν πεπ.*: *enarrationem rerum nostrarum fecimus.* Initio Apologiae c. 1. p. 53. C: *τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν πεποίημαι.*

6. *κατὰ*] Deest apud Eusebium.

7. *Καὶ ... τοῦτο*] Euseb. *Καὶ ἔστι τόδε.*

1. Adrianus Minucio Fundano etc.] Iustinus noster teste Eusebio (l. c.: *Iustinus αὐτὴν παρατέθειται τὴν ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφήν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ ἑλληνικὸν κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν*) authenticum *latinae* epistolae exemplar Apologiae adscripsit, idque — a Rufino servatum — repetii. Quod quidem Trollopius assensu suo comprobavit. Ante me rescripti illius Ha-

68. Ac si quidem haec vobis rationi et veritati consentanea esse videntur, in pretio ea habete: sin autem nugae vobis videntur, ut nugas contemnite, neve ut adversus hostes ita adversus eos qui iniuste nequaquam agunt mortem decernite. Praedicimus enim vobis futurum dei iudicium vos non evitaturos esse, si in iniustitia permaneatis; ac nos acclamabimus: *Quod placet deo id fiat!* Et quum ex epistola maximi et illustrissimi Caesaris Hadriani, parentis vestri, postulare a vobis possemus ut iudicia, quemadmodum rogavimus, fieri jubeatis, non tamen magis propterea rogavimus quod ita constitutum esset ab Hadriano, sed quod sciamus nos iusta petere, orationem et expositionem confecimus. Subiecimus vero etiam epistolae Hadriani exemplum, ut in hoc quoque verum nos dicere perspiciatis. Ita habet illud exemplum:

[a] *Μινουκίῳ Φουνδανῷ.* ισο

Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ [b] *Σερηνίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρός, ὅντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ* [c] *οὖν μοι τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μή τε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ.* [d] *Ἂν οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνωνται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ*

drianei textum, quem Aquileiensi presbytero redivivum debemus (vide E. I. Kimmel De Rufino Eusebii interprete. Gerae 1838. p. 175 sq.), Eusebianae interpretationis (l. c. c. 9. p. 315 sq.) loco subrogavit Alex. Symm. Mazochius: Commentar. in vetus marmoreum S. Neapolitanae ecclesiae calendar. Neap. 1763) Vol. II. p. 476 sqq.; rec. in Gallandii Biblioth. vett. PP. Tom. I. p. 728 sqq.. Secutus autem sum eamdem Rufini editionem Basileensem recogn. per Beat. Rhenanum (Basil. apud Io. Froben. 1523. Fol.) c. 9. p. 78, quam possedit Ioannes Andreas Bose, Ienae olim professor; is scilicet a. 1672 mstum quemdam codicem *Norimbergensem* ita exhausit, omnes lectiones ut margini illius editionis nunc in bibliotheca Ienensi asservatae (Op. th. II, f. 34) adscriberet. — Titulum epistolae ex facillima coniectura dedi. Rufinus enim praebet: *Exemplum Epistolae Imperatoris Adriani ad Minucium Fundanum Proconsulem Asiae.* Rhenanus: *Minutium Fundanium.* Eusebius: *Μινουκίῳ Φουνδανῷ.* Nicephorus (ex sua emendatione): *Ἀδριανὸς Καῖσαρ Μιννουκίῳ Φουνδάνῳ.* Vide infra n. *a.*

2. literas] Rhen. *litteras.*

3. prohibeo] Cod. Norimb. *prohibebo.*

beo: [4] precibus autem in hoc solis et adclamationibus uti eis non permitto. Etenim multo aequius est, si quis volet accusare, [5] te cognoscere de obiectis. Si quis igitur accusat et probat adversum leges quicquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. Illud [6] mehercle magnopere curabis, ut, si quis calumniae gratia quenquam horum postulaverit reum, in hunc pro sui nequitia suppliciis [7] severioribus vindices.

4. precibus... adclamationibus] Intelligit acclamationes illas, quae a populo fieri solebant in theatris, *Christianos ad leonem*, ut testatur Tertullianus. Interdumque eveniebat ut proconsules et praesides tumultuosis huiusmodi acclamationibus, licet inviti, cedere cogerentur. Quare merito imperator Hadrianus monet Fundanum proconsulem, ne huiusmodi postulationibus ad persecutionem ac caedes Christianorum sese adduci patiatur. Porro vetus haec fuit consuetudo in imperio romano, ut plebs tum in urbe tum in provinciis, quoties ad publica spectacula convenerat, quidquid libitum erat vel a praeside vel ab imperatore iunctis vocibus postularet. Cuius rei sexcenta occurrunt exempla apud Augustae historiae scriptores. *Valesius* ad Eusebium l. c. IV. c. 9.

5. te] Cod. Norimb. *et*. Male Rhen.: *accusare te*, *cognoscere*.

6. mehercle] Cod. Norimb. *mihercule*, Rhen. *mehercule*.

βήματος [e] ἀποκρίνεσθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως [f] διόριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος. Ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας.

7. severioribus] Sic cod. Norimb. secunda manu. Rhen. *saevioribus*.

a. Μινουκίῳ Φουνδανῷ etc.] Haec est rescripti interpretatio, quam postmodum librarii primitivo exemplari spreto Apologiae Iustini ex Eusebio (l. c.) attexuerunt; praemiserunt hanc inscriptionem: Ἀδριανοῦ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπιστολή. Sic editi quoque: equidem eieci.

b. Σερηνίου] Eusebius Σερεννίου. Inde Sylburgius Ἐρεννίου coniecit.

c. οὖν μοι] Eusebius μοι οὖν.

d. Ἂν οὖν . . . ἐπαρχιῶται δύνωνται] Eusebius Εἰ οὖν . . . ἐπαρχιῶται δύνανται. Codd. msti et editi (exceptis Thirlbiano, Maraniano, Brauniano, Trollopiano) ἐπαρχεῶται.

e. ἀποκρίνεσθαι] Eusebius ἀποκρίνασθαι.

f. διόριζε] Eusebius ὅριζε.

[1] ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΕΥΤΕΡΑ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ.

---

1. [2] Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γενό- 41
μενα ἐπὶ Οὐρβίκου, [3] ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ B 106
τῶν ἡγουμένων ἀλόγως πραττόμενα ἐξηνάγκασέ με [4] ὑπὲρ ἡμῶν,
ὁμοιοπαθῶν ὄντων καὶ ἀδελφῶν, κἂν ἀγνοῆτε καὶ μὴ θέλητε διὰ
τὴν δόξαν τῶν νομιζομένων ἀξιωμάτων, τὴν τῶνδε τῶν λόγων
[5] σύνταξιν ποιήσασθαι. Πανταχοῦ γάρ, ὃς ἂν σωφρονίζηται ὑπὸ 107

1. ΤΟΥ etc.] De inscriptione huius Apologiae in utroque codice msto (Reg. et Clar.) vid. Prolegomena. Uterque, vocabulo δευτέρα post ἀπολογία omisso, minorem hanc Apologiam (II) ante prolixiorem (I) exhibet collocatam; eumdemque ordinem Stephanus, Sylburgius, Morellus retinuerunt — perperam, ut apparet ex Eusebii Hist. eccl. IV. c. 16 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 365 sqq., coll. Apol. II. c. 3. p. 46. E. Vocatur quidem l. c. IV. c. 17. p. 368 (coll. Apol. II. c. 2. p. 41. E) προτέρα, sed, id quod saepe observatum est, aut librarii aut — quod veri videtur similius — ipsius Eusebii lapsu. Idem licet hanc Apologiam imperatori Marco Aurelio et Lucio Vero traditam esse recte narret (IV. c. 16. p. 364, c. 18. p. 376, coll. Apol. II. c. 3. p. 47. B, c. 14. p. 51. E, c. 15. p. 52. C), tamen etiam Senatui Romano eamdem fatetur repraesentatam esse (IV. c. 11. p. 323). Bene igitur δευτέρα scribitur, praesertim quum inscriptio non Iustino sed librario originem debeat.

2. Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην] Perionius ex particula δὲ collegit aliqua hic desiderari. Melius censuit Sylburgius Iustinum indignatione commotum ex abrupto sic contexuisse exordium, ut sensus sit: *Non modo superioribus annis, sed nuper admodum in urbe vestra.* Apud Graecos interdum δὲ initio orationis ita ponitur ut aliquid tacita cogitatione supplendum sit. Quid? Grabius (in Praefat. ad editionem Apol. II. Hutchianam) et Bollius (in *Illgeni Zeitschrift für die historische Theologie* Lips. 1842. Fasc. 3. p. 3 sqq.) putaverunt hunc, qui sub titulo Apologiae II prodit, libellum non reapse fuisse posteriorem Apologiam, a priori seorsum et aliquamdiu post oblatam, sed esse huius appendicem et quasi postscriptum. Quod si verum est, istud δὲ posset ferri, licet exspectaveris: *Καὶ τὰ δὲ χθὲς καὶ πρώην . . . γενόμενα.* Plato Gorg. p. 470. D. ed. Steph.: *τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότα.* Sin autem libellus vere peculiaris est (vid. Apol. I. c. 1. n. 1), rectius

SANCTI IUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS

APOLOGIA SECUNDA PRO CHRISTIANIS AD SENATUM ROMANUM.

---

1. Et quae heri ac nudius tertius in urbe vestra sub Urbico gesta sunt, Romani, et quae similiter ubique a praesidibus praeter rationem fiunt, coegerunt me pro nobis, qui eiusdem vobiscum naturae et, etiamsi ignoretis ac nolitis propter opinatarum dignitatum splendorem, fratres vestri sumus, hanc orationem componere. Ubique enim — exceptis iis qui per-

sane inciperetur: *Καὶ τὰ χθές τε* (pro vulg. δὲ) καὶ πρώην — ut geminum καὶ (καὶ τὰ ... καὶ τὰ) Latinorum *et ... et* responderet, nostro *sowohl ... als auch*. Assentitur Kimmelius in *Theol. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1844. N. 93. p. 778. Scilicet librarius minus attentus hac in vocula pusilla facile poterat errare, praesertim si alius alii in calamum dictaret. Exempla ut afferam, confunduntur istae particulae in Epistt. ad Diogn. c. 2: τέλεον δ' (vulg. τέλεόν τε) atque ad Zen. et Seren. c. 1: μάχης τε καὶ ζηλοτυπίας (Ms. Steph. μάχης δὲ καὶ ζηλοτυπίας). Similiter Apol. I. c. 36. p. 76. E. οὐδὲ cum οὔτε et Dial. c. Tr. c. 67. p. 291. C. μηδὲ cum μήτε commutantur. Comp. Apol. I. c. 48. n. 2. Iam Homerus Il. 2, 303 ait χθιζά τε καὶ πρωΐζα. Inde illud χθές τε καὶ πρώην fuit formula proverbialis: *heri et nudius tertius* h. e. *non ita pridem*, *jüngst*, *neulich*. Cf. v. c. Aristoph. Ran. 726. Et ordine inverso Herod. Hist. II. c. 53: πρώην τε καὶ χθές. Interdum vero etiam (omisso τε) legitur χθὲς καὶ πρώην: cf. Plat. de legg. III, p. 677, Demosth. de cor. (oratt. ed. Dindorf. Vol. I) p. 197, Diodor. Sic. Bibl. hist. II. c. 5 (ed. Wessel.) p. 118 et XIV. c. 67. p. 694.

3. ὦ Ῥωμαῖοι] Boll. (l. c. p. 27) hanc allocutionem suppositiciam censuit ideoque eiiciendam. Et recte quidem, si vera est viri docti sententia quam in praecedenti nota memoravi.

4. ὑπὲρ ἡμῶν] Codd. msti, Stephan., Maran. ὑμῶν. Sic Braunius quoque, quamquam verum cognovit: scilicet et sensus lectionem a me receptam flagitat et similitudo exordii Apologiae prioris. Solent autem ista pronomina in codicibus haud raro commutari. Cf. c. 2. n. 8 et c. 6. n. 12. Ut exempla ex Apol. I afferam: cf. c. 12. n. 5, c. 16. n. 4, c. 27. n. 6, c. 55. n. 7, c. 63. n. 15.

5. σύνταξιν] Sic legendum pro σύναξιν, quod est in codd. mstis, omnes monuerunt, at solus in textum recepit Goezius. In fine huius Apologiae (c. 15) formula reperitur

πατρὸς ἢ γείτονος ἢ τέκνου ἢ φίλου ἢ ἀδελφοῦ ἢ ἀνδρὸς ἢ γυ- C
ναικὸς [6]*κατ' ἔλλειψιν, χωρὶς τῶν πεισθέντων τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι, τοὺς δ' ἐναρέτους καὶ ὁμοίως Χριστῷ βιώσαντας ἐν ἀπαθείᾳ* [7]*συγγενήσεσθαι τῷ θεῷ (λέγομεν δὲ τῶν γενομένων Χριστιανῶν), διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι,* [8]*καὶ* D
οἱ φαῦλοι δαίμονες, ἐχθραίνοντες ἡμῖν καὶ τοὺς [9]*τοιούτους δικαστὰς ἔχοντες ὑποχειρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς οὖν ἄρχοντας δαιμονιῶντας, φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν. Ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου ἐπὶ Οὐρβίκου φανερὰ ὑμῖν γένηται, τὰ πεπραγμένα ἀπαγγελῶ.* E

2. [1]*Γυνή τις συνεβίου ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ αὐτὴ πρότερον.* [2]*Ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα* [3]*ἔγνω, ἐσωφρονίσθη καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο,*
[4]*τὰ διδάγματα ἀναφέρουσα, τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως* 108
καὶ μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν
ἀπαγγέλλουσα. Ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων ἀλλοτρίαν 42
διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. Ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρί, παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποι-

τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Dial. c. Tr. c. 80. p. 306. D: *σύνταξιν ποιήσομαι.* De monarch. c. 2. p. 104. A: *τῶν ... λόγων σύνταξιν ἐκθείς.*

6. *κατ' ἔλλειψιν*] H. e. quod a recta officii regula declinavit. — Pro *χωρίς*, quod sequitur, Pearsonus inepte legit *χωρίζεται.*

7. *συγγενήσεσθαι*] Codd. msti et editi vitiose *συγγενέσθαι* aoristum praebent.

8. *καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες*] Ante haec verba lacunam interposuerunt librarii, non quod quidquam desit ad sententiae iuncturam, sed quod deesse aliquid illis videretur. Aptissimum enim est hoc exordium et nexum cum iis quae deinceps narraturus est. Nam quum ei propositum sit demonstrare persecutiones ab improbis hominibus et a malis daemonibus in Christianos excitari, quumque mox narraturus sit historiam mulieris a marito, cuius flagitia reprehendebat, in capitis periculum adductae: quid mirum, si in orationis primordio declarat, et eos qui a patre christiano aut uxore aut vicino aut amico ob delictum castigantur, et pravos daemones operam dare ut Christianos occidant? Illud ergo *φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν* referri debet tam ad malos homines quam ad daemones, ut c. 11: *οὐδὲ δυνατώτεροι*

suasum habent iniustos et libidinosos in aeterno igne excruciatum iri, virtutis autem cultores et eos qui similiter ac Christus vixerint extra perpessionem cum deo versaturos esse (hos autem dicimus qui Christiani facti sunt) — si quis a patre vel vicino vel filio vel amico vel fratre vel viro vel uxore ob delictum castigetur: quum is propter obstinationem voluntatis et amorem voluptatis et inflexibilem ad virtutem animum, tum etiam pravi daemones, qui nobis infensi sunt et tales iudices, veluti pro rerum conditione daemoniis agitatos magistratus, in sua potestate cultuique suo addictos habent, necem nobis parant. Ut autem totius rei sub Urbico gestae causa manifesta vobis fiat, quid actum sit exponam.

2. Mulier quaedam degebat cum viro intemperanti, intemperantiae ipsa quoque prius dedita. Ubi autem Christi doctrinam cognovit, ipsa ad frugem compulsa ac viro persuadere conata est ut similiter se ad frugem reciperet, doctrinam ei exponens, et futurum iis qui libidinose et praeter rectam rationem vixerint in aeterno igne supplicium denuntians. Ille vero, in iisdem flagitiis permanens, actionibus suis alienavit a se uxorem. Impium enim esse mulier existimans deinceps con-

ἡμῶν ἦσαν οἵ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες. Maranus. Etiam Pearsonus, Gallandius, Braunius nullum hîc agnoscunt hiatum.

9. *τοιούτους*] Qualis scilicet Urbicus est supra nominatus.

1. *Γυνή τις . . . κολασθ. προσετιμήθη*] Citavit hunc locum Eusebius Hist. eccles. IV. c. 17 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 369 sqq.. Quod vero intra voces *τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω* et *προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω* interiectum est desideratur in codd. nostri Iustini mstis et ab editoribus ex Eusebio (l. c.) desumtum est. Legitur enim in Reg. *διδάγματα ἔγνωσαν οὗτοι, παθήματος δὲ Χριστοῦ προσωνυμίαν ὁμολ.* etc.. Pariter in Clar., nisi quod *ἔγνωκαν* praebet. Stephanus edidit *διδάγματα ἔγνω αὕτη, παθήματος δὲ Χριστοῦ προσωνυμίαν ὁμολ.* etc..

2. *Ἐπεὶ δὲ*] Euseb. *Ἐπειδὴ δέ.*

3. *ἔγνω*] Stephan., Sylburg., Morell. addunt *αὕτη*, quod post Thirlbium omnes monuere in *αὐτῇ* mutandum esse. Omisi, quum neque Iustini (vide n. 1) neque Eusebii codd. mstis firmetur.

4. *τὰ διδάγματα*] H. e. *τοῦ Χριστοῦ.* Articulum *τὰ* ante *διδάγματα* Hutchin., Maran., Thalemann., Braun. male eiecerunt.

εἶσθαι, [5] τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. Καὶ ἐπεὶ ἐξεδυσω-
πεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς
[6] ἐλπίδα μεταβολῆς ἥξοντός ποτε τοῦ ἀνδρός, βιαζομένη ἑαυτὴν B
ἐπέμενεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ [7] εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευ-
θεὶς χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδι-
κημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ καὶ ὁμο-
δίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ' [8] ὑμῖν ῥεπού-
διον δοῦσα ἐχωρίσθη. Ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνήρ, δέον
αὐτὸν χαίρειν ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθο-
φόρων [9] εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ κακίᾳ πάσῃ, τού- C
των μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο καὶ [10] αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι
πράττοντα ἐβούλετο, [11] μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν 109
πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν
σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοι-
κήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κα-
τηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς [12] διοίκησιν. Καὶ
συνεχώρησας τοῦτο. Ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνήρ, πρὸς ἐκείνην μὲν D
μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν, πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν [13] Οὔρ-
βικος ἐκολάσατο, διδάσκαλον [14] ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημά-
των γενόμενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. Ἑκατόνταρχον
εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα,
ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου [15] καὶ ἀνερωτῆσαι αὐτὸ τοῦτο
μόνον εἰ Χριστιανός ἐστι. Καὶ τὸν Πτολεμαῖον, φιλαλήθη ἀλλ'

5. τῆς συζυγίας] Thalemann. et Goez. volunt ἀπὸ τῆς συζυγίας.

6. ἐλπίδα] Maranus ἐλπίδας scripsit et post eum omnes editores.

7. εἰς τ. Ἀλεξάνδρειαν] Infamis erat hic locus voluptatum fama et quovis viliorum genere notatus.

8. ὑμῖν] Thirlbius et Eusebii editores male ἡμῖν receperunt. Nostra lectio etiam codd. mstis probatur. Vide Ed. Burton ad hunc Eusebii locum.

9. εὐχερῶς] Sylburgius coniecit αἰσχρῶς. Sed „illud retinere nihil vetat."

10. αὐτὸν τὰ αὐτὰ] Hutchin. et Thalemann. αὐτὸν αὐτά, Goez. αὐτὸν ταῦτα.

11. μὴ βουλομένου] Perperam desunt haec verba in nonnullis Eusebii codd. mstis, eaque aut abiicienda censent Grabius et Thalemannus aut cum H. Stephano (in edit. Epist. ad Diogn. p. 81) pro βουλομένου accusativum βουλόμενον reponendum vel βουλόμενος, id quod etiam Pearsonus suspicatus est legendum et Goezius in textum recepit. At vero βουλομένου defendi potest supplen-

suescere cum viro, qui praeter naturae legem et praeter ius omnino voluptatis vias ingrederetur, a coniugio discedere voluit. Sed ubi a suis valde rogata est, qui suadebant ut adhuc maneret, quum maritus tandem aliquando spem mutationis allaturus sit, vim sibi inferens manebat. At postquam eius maritus Alexandriam profectus peiora facere nuntiatus est, verita ne inique et impie factorum particeps fieret, si in coniugio maneret et victus torique consors esset, misso quod vocatis repudio discessit. Tum praeclarus et bonus eius maritus, quum gaudere deberet quod quae olim uxor cum servis et mercenariis temere perpetrabat, ebrietate gaudens omnique vitiositate, ab his iam faciendis deterrita fuisset atque ipsum ab iisdem flagitiis deterrere studeret: quum id nollet facere, digressam accusabat, affirmans eam Christianam esse. Et illa quidem libello tibi imperatori oblato rogavit ut prius sibi domui suae prospicere liceret, deinde domesticis rebus compositis responsuram se accusationi. Atque id concessisti. At huius quondam maritus, qui iam adversus illam litem persequi non poterat, in Ptolemaeum quemdam, qui ab Urbico affectus supplicio est, quique illius mulieris in christiana disciplina magister fuerat, impetum suum hoc modo vertit. Centurioni, quippe amico suo, a quo Ptolemaeus in vincula coniectus est, persuasit ut Ptolemaeum apprehenderet idque

de αὐτοῦ. Adeas Apol. I. c. 8. n. 5.

12. διοίκησιν] Sylburg., Morell., Grab., Thalemann. διοίκησιν ὑπέσχετο. Sed ὑπέσχετο abest a codd. Eusebii mstis antiquissimis, h. e. (Marano observante) a duobus Colbertinis et uno Regio: atque potest abesse sine ullo sententiae damno.

13. Οὔρβικος] Euseb. Οὐρβίκιος. Sed quum a Iustino Urbicus vocetur (c. 1. p. 41. B: ἐπὶ Οὐρβίκου et infra ὦ Οὔρβικε), satius videtur in his etiam, quae ex Eusebio desumta sunt, cum Marano, Goezio, Braunio eamdem scripturam sequi, caeteroquin magis romanam.

14. ἐκείνης] H. Stephanus (l. c.) et Goezius ἐκείνῃ legunt.

15. καὶ ἄνερ. αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰ] Ita monitu H. Stephani (l. c.) et Pearsoni pro vulg. καὶ ἀνερ. εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον reponendum censeo vel tota librariorum natione repugnante, quum praesertim mox sequatur ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη εἰ εἴη Χριστιανός. Adstipulatur illis Goezius, nisi quod αὐτὸν scribit; sed αὐτὸ bene se habet.

οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα E
ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανόν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πε-
ποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο. Τε-
λευταῖον δέ, ὅτε ἐπὶ Οὔρβικον [16] ἤχθη ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ 110
τοῦτο μόνον ἐξητάσθη εἰ εἴη Χριστιανός. Καὶ πάλιν, [17] τὰ καλὰ
ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχήν, τὸ
[18] διδασκάλιον τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν· ὁ γὰρ ἀρνούμενος 43
[19] ὁτιοῦν ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν
ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος τὴν ὁμολογίαν
φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. Καὶ τοῦ
Οὐρβίκου κελεύσαντος [20] αὐτὸν ἀπαχθῆναι Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς
ὢν Χριστιανός, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὕτως γενομένην κρίσιν πρὸς
τὸν Οὔρβικον ἔφη· [21] Τίς ἡ αἰτία; Τοῦ μήτε μοιχὸν μήτε πόρνον
μήτε ἀνδροφόνον μήτε λωποδύτην μήτε ἅρπαγα μήτε ἁπλῶς ἀδίκη- B
μά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, [22] ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυ-
μίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω; Οὐ πρέποντα
[23] Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ οὐδὲ [24] τῇ
ἱερᾷ Συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὔρβικε. Καὶ ὃς οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμε-
νος καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη· Δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. 111

16. ἤχθη] Hanc scripturam optimis Eusebii codd. mstis firmatam (nec Pearsono, Gallandio, Goezio improbatam) reponere non dubitavi. Vulgo ἦλθεν. Thirlbius mox ἐξετάσθη.

17. τὰ καλὰ ἑ. συνεπιστάμενος] C. 4: Ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον.

18. διδασκάλιον] Maranus mallet cum duobus Colbertinis antiquioribus unoque Regio antiquissimo διδασκαλεῖον. Goezius textui inseruit. — Cf. c. 10 fine.

19. ὁτιοῦν] Ita Marano observante tres Colbertini codices et alius inter Regios antiquissimus. In editis Iustini et Eusebii minus bene ὅτι οὐκ εἴη, eo sensu: *qui se negat esse Christianum*.

20. αὐτὸν] H. e. Ptolemaeum. Verbum ἀπάγεσθαι hic et paulo infra absolute dictum est: *duci ad supplicium*. Eadem significatione apud Demosthenem alicubi invenitur; idem vero etiam plenius exhibet ἀπάγ. τὴν ἐπὶ θανάτῳ scil. ὁδόν. Vide Pape *Handwörterb. d. griech. Sprache* s. v..

21. Τίς ἡ αἰτία] Tres illi Colbertini codices Τίς αἰτία. Vulgo apud Eusebium atque Iustinum legitur: Τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε etc.. Ne nimis ἀνακολούθως haec dicta putentur, post αἰτία interrogationis signum posui, a Braunio monitus. Tum vero τοῦ pro τίνος positum est, omisso χάριν (cf. c. 12, Cohort. ad Gent. c. 28. 34),

tantum interrogaret an Christianus esset. Et Ptolemaeus, utpote veritatis amicus animoque a fraude et mendacio alienus, quum se Christianum esse confessus esset, a centurione in vincula coniectus est ac diu ab eo in carcere afflictus. Postremo, ubi ad Urbicum ductus est, similiter id unum interrogatus est an esset Christianus. Atque iterum, honesti sibi ex tradita Christi doctrina conscius, institutionem divinae virtutis confessus est; qui enim quidpiam negat vel ideo negat quod rem ipsam condemnet, vel ideo confessionem fugit quod ipse indignum se illa re et alienum iudicet: quorum neutrum inest in vero Christiano. Quum igitur Urbicus ad supplicium abduci eum iussisset, Lucius quidam, qui et ipse Christianus erat, tam alienum a ratione iudicium videns sic Urbicum allocutus est: „Quid causae est? Cur huic homini neque adulterii neque stupri reo neque homicidii neque furti neque rapinae neque ullius omnino maleficii convicto, sed tantum nominis Christiani appellationem confitenti poenam irrogasti? Non sicut decet Pium imperatorem neque ut philosophum Caesaris filium neque ut sacrum Senatum iudicas, Urbice!" Tum ille nihil aliud respondens etiam Lucium sic allocutus est: „Tu quoque videris mihi talis esse." Et quum Lucius respondisset

ut Dial. c. Tr. c. 20: τοῦ μὴ ἀκούσεσθε = *cur non intelligetis*. Quod si H. Stephanus vidisset, quocum faciunt Sylburgius et Hutchinus, non putasset (l. c. p. 81 sq.) scribendum: *Τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν* etc., nec saltem ἐκολάσω opinatus esset mutandum in σε κολάσαι. Immo Perionius legit κολασθῆναι. Thirlbius maluit *Τίνι αἰτίᾳ τὸν μήτε* etc., id quod probavit Thalemannus et Goezius temere orationi inseruit.

22. ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ] Ita Eusebius. Uterque autem Iustini cod. mstus et Stephanus καθήματος δὲ Χριστοῦ. Vide n. 1.

23. Εὐσεβ. αὐτ. οὐδὲ φιλοσ. Καίσ. παιδὶ] Designat his verbis Marcum Aurelium et Lucium Verum. Legitur quidem in codd. Iustini mstis φιλοσόφου, at φιλοσόφῳ recte receperunt ex Eusebio (duo tantum eius codd. msti nempe Fuket. et Savil. praebent genitivum) Maranus, Thalemannus, Goezius, Braunius. Adi Apol. I. c. 1. n. 5 et librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 18 sq.; adde quae Semischius in *Ullmanni et Umbr. Theolog. Studien u. Kritik.* Hamb. 1835. Fasc. 4. p. 919 sqq. observavit.

24. τῇ] Deest apud Eusebium.

Καὶ [25] *τοῦ Λουκίου φήσαντος Μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπα-*
χθῆναι ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ [26] *καὶ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει, πονηρῶν* C
δεσποτῶν [27] *τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων καὶ πρὸς τὸν πα-*
τέρα καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος
[28] *ἐπελθὼν κολασθῆναι προσετιμήθη.*

3. [1] *Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων* [2] *ἐπι-* 46(120
βουλευθῆναι καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, [3] *ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ* E.
φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου. Οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον
τὸν ἄνδρα, ' *ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ* [4] *ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρ-* 47(121)

25. *τοῦ*] Hunc articulum, exceptis Thirlbio et Goezio, omnes recte ex Eusebio repetierunt. Quod sequitur *Μάλιστα* perverse a Thalemanno et Goezio in suspicionem vocatur.

26. *καὶ*] Omisit Eusebius.

27. *τῶν*] Ita codd. msti Iustiniani et longe plurimi Eusebiani. Sed omissus iste articulus a Marano et Braunio. Caeterum Eusebius *πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἐπεῖπε καὶ παρὰ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν θεὸν πορεύεσθαι.* Ultima verba inde a *καὶ παρὰ* recepit Goezius praeter necessitatem.

28. *ἐπελθὼν*] Stephan. (ex Reg.) *ἀπελθών.* Id iam filius Henricus (l. c. p. 82) emendavit.

Nota 1. *Κἀγὼ οὖν ... τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας*] Totum hoc caput in codd. mstis et editis exstat inter finem c. 8 *ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε* et initium c. 9 *Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ* etc.. Codices editos quum dixi, excipiendus erat Maranianus, quocum Braunius quoque facit. Recte enim Maranus caput illud huc transtulit et cum martyrum historia necessariis de causis coniungendum duxit: „1°. Eusebius hunc ordinem perspexit in codicibus, quibus utebatur. Postquam enim [Hist. eccles. IV. c. 17. ed. Heinich. Tom. I. p. 374 sq.] S. Ptolemaei eiusque sociorum martyrium narravit, sic ait [p. 376]: *Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· Κἀγὼ οὖν* etc.. Unde etiam sic Rufinus: *Post haec illa Iustinus annexuit ex ordine quae paulo ante retulimus; id est: Et ego, inquit, spero* etc.. 2°. Totus hic de Crescente locus quum percommode cum martyrum historia connectitur, tum vero positus, ut antea, inter haec verba c. 8 *ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε*, ubi Iustinus de aeterno igne disserit, et ista nunc proxime sequentia c. 9 *Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ* etc., ubi philosophorum adversus ignem aeternum cavillationes refellit, sententiae seriem, ut quisque facile perspicit, mirum in modum turbaret.“ Sic Maranus rectissime. Illud iam Thirlbius ex parte cognoscens ita legendum censet (p. 120), ut post *κολασθῆναι προσετιμήθη* (c. 2 fin.) statim addatur: *Οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προεκήρυξαν γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε* (c. 8. fin.): tum quae sequuntur haec sunt: *Κἀγὼ οὖν προσ-*

„Maxime," itidem etiam eum Urbicus ad supplicium abduci iussit. At ille se gratiam quoque habere professus est, quum ab improbis eiusmodi dominis se liberari et ad patrem ac regem coelorum proficisci cognosceret. Tertius alius superveniens eodem supplicio damnatus est.

3. Ego etiam exspecto ut ab eorum quos dixi aliquo insidiis appetar et ligno affigar, aut certe a Crescente illo strepitus et ostentationis amatore. Non enim philosophi appellatione dignus est, quippe qui de nobis ea publice testetur

δοκῶ etc.. Atque hac ratione Goezius (p. 16 sqq.) edidit. — Caeterum hic locus inde a *Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ* usque ad *Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ* etc. ab Eusebio l. c. IV. c. 16. p. 365 sqq. allegatus est. — Mox pro *ὠνομασμένων* Reg. et Stephan. male *ὀνομασμένων*.

2. *ἐπιβουλευθῆναι* etc.] Advertente Marano ait Martyr exspectare se ut ab eorum quos recensuit (c. 1) aliquo, h. e. a vicino aut amico aut cognato, insidiis appetatur, vel certe ab inimico Crescente. — Quod attinet ad verba quae sequuntur, *καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι*, mira lectionis discrepantia est apud Eusebium: cod. Mazar. *κἂν ξύλῳ ἐντιναγῆναι*, Fuket. *καὶ ἐν ξ. ἐντ.*, Savil. *κἂν ἐν ξ. ἐντ.*, Medic. *καὶ ἐν ξ. ἐνταγῆναι*. Chron. paschale *καὶ ξ. ἐντιναχθῆναι*. Acquiescendum igitur in scriptura recepta, quae codicibus Iustini Reg. et Clar. firmatur et ab editoribus probatur omnibus. Multimodis autem interpretati sunt *ξύλον*. Rufinus: *baculo et clava feriendum*. Valesius: *in nervum compingi*. Maranus: *ad stipitem affigar*. Braunius: *numella*. Haud dubie, si quid video, crucis (de hac Iustinus persaepe ille vocabulo utitur) supplicium denotat in Christianos illo tempore valde usitatum.

3. *ἢ κἂν*] Hanc lectionem multi quoque Eusebii, qui vulgo *ἢ καὶ* habet, codd. msti (ut antiquissimi Mazar., Venet., Dresd.) tenent. — De Crescente autem philosopho cynico Tatianus Orat. adv. Gent. c. 19: *Κρίσκης οὖν*, inquit, *ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει* (Romae), *παιδεραστίᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμέ, ὡς* (ita cum Gesnero pro *οὓς* lego) *κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι* etc.. Ut obiter addam, rectius *Κρήσκεντος* pro vulgato *Κρίσκεντος* scribitur; sic revera legit Nicephorus: nam *Κρήσκης* est i. q. *Crescens*, quemadmodum *Κλήμης* (non *Κλίμης*) dicitur h. e. *Clemens*. Illa forma itacismo originem debere videtur; vide Apol. I. c. 20. n. 1. Quae quum etiam apud Tatianum, Eusebium, Suidam inveniatur, nondum ausus sum immutare. — Mox pro *φιλοψόφου* Euseb. *ἀφιλοσόφου* praebet.

4. *ἐπίσταται*] Stephanus vitiose *ἐπίστασθαι*. Eusebius *ὅς γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται*.

τυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν [5] τῶν πεπλανημένων ταῦτα πράττων. Εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι καὶ ἰδιωτῶν [6] πολὺ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· [7] ἢ εἰ ἐντυχών, μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, [8] ἢ συνείς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πο- B
λὺ μᾶλλον [9] ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν. Καὶ γὰρ [10] προθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας [11] καὶ μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· [12] βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. Εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι C
οὐδὲν [13] τῶν ἡμετέρων ἐπίσταται· ἤ, εἰ [14] καὶ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν [15] ὁμοίως Σωκράτει, [16] ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος ἀλλὰ [17] φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται, ὅς γε

5. τῶν πεπλανημένων ταῦτα] Eusebius in edit. Vales. et Heinich. male πεπλανημένως τοῦτο.

6. πολὺ] Ita codd. Iustini msti et editores. Maranus excipiendus; is nempe Braunio adstipulante edidit πολλῷ. Male. Nam optimi Eusebiani codd. (Med., Maz., Fuk., Sav., Flor., Dresd.) praebent πολύ, quod Burton (in edit. Eus.) iuste suo loco restituit.

7. ἢ εἰ ἐντ., μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον] Vulgo ἢ εἰ ἐντ. τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ. Maranus, quem (Braunio praeeunte) sum secutus, locum sanavit, sic quidem, ut μὴ συνῆκε (ob sequens συνεὶς necessarium) et τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον ex Eusebio reciperet. Post ἐντυχὼν autem virgula posita subaudias ex antecedentibus: (τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι) κατατρέχει ἡμῶν. Sensus: Crescens libros Christianorum legendo non intellexit aut intellexisse se dissimulat. Male Euseb. καὶ εἰ ἐντυχών.

8. ἢ συνείς] Thirlbius vult ἢ εἰ συνείς, Thalemannus καὶ συνείς.

9. ἀγεννής] Sylburg., Morell., Hutchin., Thalemann., Goez. ἀγενής.

10. προθέντα] Ita pro vulg. προταθέντα refingendum ex Eusebio iam Sylburgius monuit, et reposuit Maranus, quocum Braunius facit. Coniecit προτιθέντα Grabius.

11. καὶ] Deest apud Eusebium. — Noli pro ὅτι ἀλ. μηδὲν ἐπίσταται scribere ὅτι ἀλ. οὐδὲν ἐπίσταται, propterea quod paulo post com-

quae ignorat, scilicet atheos et impios esse Christianos, ad gratiam et voluptatem plebeculae deceptae haec asseverans. Si enim, licet doctrinas Christi non legerit, nos exagitat, nequissimus est ac multo deterior hominibus imperitis, qui saepe cavent ne de rebus quas ignorant loquantur et falsum testimonium dicant; aut si, licet legerit, nos exagitat, non intellexit illarum doctrinarum maiestatem, aut si intellexit, ita se gerit ne ipsum Christianum esse homines suspicentur, ac multo magis abiectus est et pessimus, quippe qui populari et absurda opinione et metu superetur. Etenim scire vos velim me, quum nonnullas ei interrogationes eiusmodi proposuissem, et didicisse et evicisse eum revera nihil scire. Atque ut verum me dicere pateat, paratus sum, si disputationes illae ad vos perlatae non sunt, etiam coram vobis interrogationes iterum proponere: regium profecto hoc quoque opus fuerit. Sin ad aures vestras pervenerunt et interrogationes meae et illius responsa, perspicuum vobis est nihil eum scire rerum nostrarum; aut, si scit quidem, audientium vero metu eloqui non audet ad exemplum Socratis, ut iam dixi, non philosophus sed opinionum amator deprehenditur, qui sane praeclarum

pareat *ὅτι οὐδὲν τ. ἡμ. ἐπίσταται.* Nam haec pendent a *φανερὸν ὑμῖν ἐστιν*, illa ab infinitivis *μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι.* Cf. Apol. I. c. 26. n. 31.

12. *βασιλικὸν*] Non est *egregium*, *excellens*, sed *imperio dignum*, *maiestati imperatoriae conveniens.*

13. *τῶν ἡμετέρων*] Desunt in Reg. et Clar., apud Stephanum et Thirlbium. Sed iam Sylburgius ex Eusebio reposuit.

14. *καὶ*] Non exstat apud Eusebium.

15. *ὁμοίως Σωκράτει*] Non agnoscit Eusebius, id quod Thirlbius probat. Sed illud recte se habet; nam vult Iustinus dicere: Non quod Socrates fecit facere ausus est Crescens.

16. *ὡς προέφην*] Initio capitis. — Eusebius contra morem Iustini (saltem in Apologiis) *ὡς πρότερον ἔφην.* Cohort. ad Gent. c. 21: *ὡς καὶ πρότερον ἔφην.*

17. *φιλόδοξος*] Idcirco enim *φιλόδοξος* vocatur Crescens, quia veritatem praedicare non audet, ac plus hominibus tribuit quam veritati. Paulo ante dicebatur *ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων.* *Maranus.* Legas quae dixi ad Apol. I. c. 57. n. 6.

[18]μηδὲ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον ὃν τιμᾷ· [19]Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ. Ἀδύνατον δὲ Κυνικῷ, ἀδιάφορον τὸ τέλος [20]προεμένῳ, τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας.

4. Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ· [1]Πάντες οὖν ἑαυτοὺς φονεύσαν- 43 (111
τες πορεύεσθε ἤδη παρὰ τὸν θεὸν καὶ ἡμῖν [2]πράγματα μὴ πα- C
ρέχετε, — ἐρῶ δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο οὐ πράττομεν, καὶ δι' ἣν ἐξεταζόμενοι ἀφόβως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ εἰκῇ τὸν κόσμον πεποιηκέναι τὸν θεὸν δεδιδάγμεθα, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος· χαίρειν τε τοῖς τὰ προσόντα αὐτῷ μιμουμένοις [3]προέφημεν, ἀπα- D
ρέσκεσθαι δὲ τοῖς τὰ φαῦλα ἀσπαζομένοις ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ. Εἰ οὖν πάντες ἑαυτοὺς φονεύσομεν, [4]τοῦ μὴ γεννηθῆναί τινα καὶ μαθητευθῆναι εἰς τὰ θεῖα διδάγματα, ἢ καὶ μὴ εἶναι τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, αἴτιοι ἐσόμεθα, ἐναντίον τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ καὶ αὐτοὶ ποιοῦντες, ἐὰν τοῦτο πράξωμεν. [5]Ἐξεταζόμε- E 112
νοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον, ἀσεβὲς δὲ ἡγούμενοι μὴ κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ θεῷ γινώσκομεν, ὑμᾶς δὲ καὶ τῆς ἀδίκου προλήψεως ἀπαλλάξαι νῦν σπεύδοντες.

5. [1]Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι καὶ ἡ ἔννοια αὕτη ὅτι, εἰ θεὸν ὡμολογοῦμεν βοηθόν, οὐκ ἄν, ὡς λέγομεν, ὑπὸ ἀδίκων ἐκρατούμε- 44
θα καὶ ἐτιμωρούμεθα, καὶ τοῦτο διαλύσω. Ὁ θεὸς τὸν πάντα

18. μηδὲ] Maran. et Braun. μή.

19. Ἀλλ'... ἀνήρ] Plato de republ. X. p. 595. C. ed. Steph. (ed. Bip. Vol. VII. p. 284): Ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ.

20. προεμένῳ] Fortasse προελομένῳ.

1. Πάντες ... παρέχετε] Hoc dicterio, cui Iustinus occurrit, saepe utebantur ethnici. Tertullianus ad Scapul. c. 5: „Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt; tum ille, paucis duci iussis, reliquis ait: Ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε.“

2. πράγματα μὴ παρέχετε] Scil. supplicio de vobis sumendo.

3. προέφημεν] Respicit Apol. I. c. 10. p. 58. B: ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα καὶ πεπείσμεθα καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμουμένους. Iisdem enim, quibus prior Apologia, posterior quoque repraesentata est: M. Aurelio et L. Vero (vide c. 1. n. 1, c. 2. n. 23); qui quidem illius memoriam sibi poterant redintegrare. Cf. librum meum De

illud Socratis dictum minime observat: *Sed plus honoris non est habendum homini quam veritati.* Verum Cynico integrum non est, finem ultimum in indifferentia constituenti, aliud bonum nosse praeter indifferentiam.

4. Sed ne quis dicat: „Omnes igitur morte vobis ipsis illata iam nunc abite ad deum neque nobis negotia facessite," — exponam cur id non faciamus, et cur quum inquirimur impavide confiteamur. Non frustra mundum a deo conditum esse didicimus, sed propter humanum genus; atque placere ei iam diximus eos qui insita ei bona imitantur, displicere vero qui deteriora amplectuntur vel dicto vel facto. Quodsi omnes nobis ipsi manus afferamus, quominus quisquam gignatur et divinis doctrinis imbuatur, aut etiam quominus exstet humanum genus, quantum in nobis situm est, in causa erimus, ipsi quoque contra dei voluntatem venientes, si hoc faciamus. Quum autem inquirimur non negamus, tum quod nullius mali nobis conscii simus, tum quod impium existimemus non in omnibus veritatem dicere, id quod deo gratum esse scimus, tum etiam quod vos opinione inique anticipata nunc liberare cupiamus.

5. Si quem autem subeat haec cogitatio minime eventurum, si deum profiteremur adiutorem, ut iniusti, quemadmodum dicimus, dominatu suo nos premerent ac suppliciis affice-

Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 21. Omnis tolleretur difficultas, si (Grab., Boll. — vide c. 1. n. 2) hanc Apologiam minorem illius appendicem fuisse concederes. — Mallet Thirlbius *προσειλήφαμεν*, quod prorsus est consuetudini Iustinianae accommodatum.

4. *τοῦ μὴ γενν.*] Vulgo *τοῦ καὶ γενν.*. Desiderari *μὴ* vel *οὐ* Perionius advertit, et recte Sylburgius *καὶ* pro *μὴ* a librario infultum existimavit; scilicet paulo post ait Iustinus *μὴ εἶναι*. Perperam igitur Grabius et Braunius *οὐ* volunt, et in textum recepit Goezius.

5. *Ἐξεταζόμενοι... ἀληθεύειν*] Apol. I. c. 8: *οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες*. Tertullianus Apolog. c. 22: „Nec fas est ulli de sua religione mentiri."

1. *Εἰ δέ τινα* etc.] Id solitos esse obiicere ethnicos testatur Clemens Alexandrinus, qui eorum dicta sic refert Strom. IV. c. 11. §. 82: *Διὰ τί δὲ οὐ βοηθεῖσθε διωκόμενοι; φασί* etc.. *Maranus*. Addendus est Minucius Felix Octav. c. 12. p. 35 sqq. ed. Cellar.. — Irenaeus adv. haeres. IV. c. 34. §. 1: „Si autem subit vos huiusmodi sensus, ut dicatis" etc..

κόσμον ποιήσας καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας καὶ τὰ οὐράνια [2] στοιχεῖα εἰς αὔξησιν καρπῶν καὶ ὡρῶν [3] μεταβολὰς κοσμήσας καὶ θεῖον [4] τούτοις νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρώπους φαίνεται πεποιηκώς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις, [5] οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. B
Οἱ δ' ἄγγελοι, παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν, [6] γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμο- 113
νες. Καὶ προσέτι [7] λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν· τὰ μὲν [8] διὰ μαγικῶν γραφῶν, τὰ δὲ διὰ φόβων καὶ τιμωριῶν, [9] ὧν ἐπέφερον, τὰ δὲ διὰ διδαχῆς [10] θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι· [11] καὶ εἰς ἀνθρώπους φόνους, πολέμους, 114
μοιχείας, ἀκολασίας καὶ πᾶσαν κακίαν ἔσπειραν. Ὅθεν καὶ C
ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, ἀγνοοῦντες τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεννηθέντας δαίμονας ταῦτα πρᾶξαι εἰς ἄῤῥενας καὶ θηλείας καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, ἅπερ συνέγραψαν, εἰς αὐτὸν τὸν

2. στοιχεῖα] Langus male: *elementa et primordia rerum*. Caeteri: *coelestia elementa*. Sunt vero i. q. ἄστρα, sidera (interpres Campidonensis: „die himmlischen Körper"), ut Dial. c. Tr. c. 23. p. 241. B. et Ep. ad Diogn. c. 7. p. 498. C. coll. 2 Petr. 3, 10 et Theophil. ad Autol. I. c. 4—6.

3. μεταβολὰς] Vulgo μεταβολαῖς. Illud bene coniectarunt Pearsonus et Thirlbius atque textui Goezius inseruit. Cf. Dial. c. Tr. c. 85. p. 311. D: Γελοῖον μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ὁρᾶν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀεὶ καὶ τὰς τροπὰς τῶν ὡρῶν ποιεῖσθαι. Etiam Apolog. I. c. 13 μεταβολαὶ ὡρῶν memorantur.

4. τούτοις] Hanc cum Goezio recepi coniecturam Thirlbianam, quae Marano pariter atque Thalemanno et Braunio valde arridet. Vulgo τοῦτον legitur: id originem debet accusativis, quibus inclusum est. Τούτοις autem, h. e. τοῖς οὐρανίοις στοιχείοις, si legis, habes quo referas id quod sequitur: ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρ. φαίνεται πεποιηκώς.

5. οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε] Thirlbius: „Nonnullis fortasse magis placebit οὓς ἐπὶ τοῦτο vel τούτῳ ἔκτισε. Nos nihil mutamus." Athenagoras Suppl. pro Christ. c. 24 in simili loco: οἱ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι.

4. *Ἕκαστος ... ἐφθέγξατο*] H. e. Quem ad modum pro sua quisque parte logon (*τὸ συγγενὲς*) cognovit, ita est praeclare locutus. *Τὸ συγγενές*, nimirum *σπερματικοῦ λόγου*. Minime: *quod sibi quisque*, s. *suo quisque ingenio*, *cognatum videt*. Dixerat antea Martyr non omnino alienam esse Platonis aliorumque doctrinam a Christo h. e. logo, sed nec prorsus ei similem. Nam qui aliqua ex parte illum invenit et rerum divinarum est notitiam adeptus cum illius cognitione coniunctam, egregie is locutus est. Cf. etiam c. 10: *Ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο ..., κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς*. — Quod sequitur, *τἀναντία αὐτοῖς*, Langus male transfert: *hisce similia*. „*Αὐτοῖς* hic idem est atque *ἑαυτοῖς*, ut et alibi saepe apud Iustinum aliosque." (Thirlb.)

συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο· οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπιστήμην τὴν [5] ἄποπτον καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. Ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστι· τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ 133
ἀῤῥήτου θεοῦ λόγον [6] μετὰ τὸν θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶ- D
μεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμενος καὶ ἴασιν ποιήσηται. Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. Ἕτερον γάρ ἐστι σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα [7] κατὰ δύναμιν δοθέν, καὶ ἕτερον αὐτὸ οὗ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται. E

14. Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν [1] ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν προθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ καὶ δύνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἳ [2] παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ὑπεύθυνοι ταῖς τιμωρίαις γίνονται, [3] διὰ τὸ ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων εἶναι τὸ 52 134
[4] γνωριστικὸν καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, καὶ διὰ τὸ ἡμῶν, οὓς οὐκ

5. ἄποπτον] Stephan. mendose ἄπωπτον. Langus legit ἄπτωτον (*constantem*), quod probant Thalemann. et Goez., vel ἀνύποπτον (*non suspectam*), Thirlb. ἐποπτικήν. Tenent caeteri vulgatam, ita tamen, ut Sylburg., Grab., Maran. scientiam a communi captu remotam (*sublimiorem*) intelligant, repugnantibus Davisio (ad Cicer. de natur. deor. I. p. 8) et Braunio. Nam ἄποπτος Hesychio interpretante est ἀσφαλής s. βέβαιος. Hoc quidem bene quadrat ad ἀνέλεγκτον.

6. μετὰ τὸν θεὸν] Langus sensum Iustini non assecutus legi voluit μετὰ τοῦ θεοῦ. Vide librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 88.

7. κατὰ δύναμιν] H. e. *nach dem Maasse der Empfänglichkeit.*

1. ὑπογράψαντες] Cf. Brissonium De formulis et solennibus pop. rom. verbis ex rec. Conradi (Lips. 1754 Fol.) p. 806 sqq..

2. παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν] Perionius et Maranus recte vertunt *sua* (gentilium) *culpa*, caeteri perperam *praeter culpam*, id quod Heumannus (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 229) praeeuntibus Lango et Io. Clerico (Hist. eccl. ad a. 162) ad Christianos, Sylburgius, Hutchinus, Goezius ad gentiles (Thirlb. *vestra culpa*) referunt. Dial. c. Tr. c. 88. p. 316. A: παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν (= τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ, ut ait c. 140. p. 370. A) πονηρευσαμένου. Adde Demosth. Phil. I (Oratt. ed. Dindorf. Vol. I) p. 33 sq.: οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὐτοῦ ῥώμην τοσοῦτον

praeclare locutus est; qui autem secum ipsi in rebus graviorибus pugnarunt eos consecutos non esse apparet scientiam firmam et cognitionem quae refelli nequeat. Quaecunque igitur apud omnes praeclare dicta sunt, nostra Christianorum sunt; natum enim ex ingenito et inenarrabili deo logon secundum deum adoramus et amamus, quandoquidem propter nos homo factus est, ut perpessionum nostrarum particeps factus medicinam nobis faceret. Scriptores enim omnes per insitum logi semen potuerunt verum videre sed subobscure. Nam aliud est semen alicuius et effigies pro viribus concessa, et aliud ipsum illud cuius communicatio et imitatio secundum gratiam ab ipso provenientem conceditur.

14. Quapropter vos rogamus ut huncce libellum, subscribentes quod vobis placet, promulgetis, ut caeteris quoque nostra innotescant et falsa opinione bonarumque rerum ignorantia queant liberari: qui quidem suppliciis culpa sua obnoxii fiunt, quia naturae hominum inest facultas cognoscendi honesti et turpis; tum propter nos, quos illi tales ignorant, qua-

ἐκπηύξεται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν. Verum rem tam claram aliis exemplis confirmare quid aliud est nisi lectori convitium facere? — Ut obiter addam, Mazochius (in Gallandii Biblioth. vett. PP. Tom. I. p. 712) mallet: *οἷς* (pro *οἵ*) *παρὰ τ. ἑ. αἰτίαν* (supplet hic *ἡμέτεροι* aut *Χριστιανοί*) *ὑπεύθυνοι τ. τιμ. γίνονται*, h. e. *apud quos* (ethnicos) *nulla sua culpa obnoxii poenis* (Christiani) *fiunt*. Aut (nihil supplendo) sic: *οἷς . . . γινόμεθα*. — Verbis denique *τιμωρίαις γίνονται* satis incommode in codd. mstis et editis haecce adduntur: *εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα*. Eiicienda vero ea esse Schnitzerus quoque (*Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 282) censuit. „Denn sie stehen nicht blos ganz unpassend und störend da, sondern sind auch die blosse Tautologie zu *ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ*, und wahrscheinlich aus einer Randglosse entstanden, durch die der Inhalt der beiden Schlusscapitel angegeben werden sollte, die Aufforderung an die beiden Kaiser, diese Schrift zu veröffentlichen.“ Qui in codd. mstis versantur negant quidquam esse vulgarius huiusmodi erratis: nec tam fidum librariorum mancipium sum, ut hic non corrigam.

3. *διὰ τὸ*] Codd. msti et editi *διό*, quod iam Perionius ista ratione (caeteris criticis assentientibus) emendavit.

4. *γνωριστικὸν*] Hoc activum verius est quam vulg. *γνωριστόν*,

ἐπίστανται τοιαῦτα ὁποῖα λέγουσιν αἰσχρὰ καταψηφιζομένους, καὶ διὰ τὸ χαίρειν τοιαῦτα πράξασι θεοῖς καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παρὰ ἀνθρώπων τὰ ὅμοια, [5] ὡς ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν, ὡς τοιαῦτα πράττουσι, θάνατον ἢ δεσμὰ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον [6] προστιμᾶν ἑαυτοὺς κατακρίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι ἄλλων δικαστῶν.

15. *Καὶ τοῦ [1] ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμω-* B
νιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. [2] Ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερὸν [3] ποιήσαιμεν, ἵνα εἰ δύναιντο μεταθῶνται· [4] τούτου γε μόνου χάριν τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχρά, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπείου ὑπέρτερα· εἰ δὲ μή, κἂν [5] Σωταδείοις καὶ [6] Φιλαινιδείοις καὶ ὀρχηστικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς C
διδάγμασιν οὐχ ὅμοια, οἷς ἐντυγχάνειν πᾶσι, καὶ [7] γενομένοις καὶ γεγραμμένοις, συγκεχώρηται. Καὶ παυσόμεθα λοιπόν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἦν πράξαντες, καὶ προσεπευξάμενοι τῆς ἀληθείας καταξιω- 135
θῆναι τοὺς πάντη πάντας ἀνθρώπους. Εἴη οὖν καὶ [8] ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια [9] ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι.

id quod praeter Sylburgium etiam Thirlb., Maran., Braun. notarunt.

5. *ὡς*] Particulam hanc (in codicibus desideratam) iam Thirlbius proposuit, neque dubitavi cum Goezio recipere. Minus belle legeretur *καὶ ἐκ τοῦ ἡμῖν*. Perionius legit *ἐκ τοῦ, ὅτι καί*, vel *εἰ καὶ ἡμῖν*.

6. *προστιμᾶν*] Sic pro vulg. *πρόστιμον* (ex emendatione Thirlbii) bene Goezius reposuit. — De forma *δέεσθαι*, quae sequitur, adi Apol. I. c. 10. n. 1.

1. *ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει*] H. e. apud Samaritanos. Cf. Apol. I. c. 1 et 26.

2. *Ἐὰν ... προγράψητε*] Maran.: *Quodsi et vestra ad hunc libellum accedat auctoritas.* Inde interpres Campidonensis: „Wenn ihr nun diese meine Schrift genehmiget."

3. *ποιήσαιμεν*] Perion. et Braun. non male *ποιήσομεν* volunt. Ille totam hanc periodum, nempe *Ἐὰν δὲ ὑμεῖς* etc. usque ad *συνετάξαμεν*, autumat post *συγκεχώρηται* collocandam esse.

4. *τούτου γε*] Fortasse *τούτου γάρ*.

5. *Σωταδείοις*] De Sotade Strabo Geogr. XIV. p. 573. ed. Siebenk. et Tzschuck.: *Ἦρξε Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν.* Suidas s. v.: *Κρὴς Μαρωνείτης, δαιμονισθείς, ἰαμβογράφος· ἔγραψε φλύακας ἤτοι κιναίδους διαλέκτῳ ἰωνικῇ.* Coll. praeterea Athenaei Deipnos. XIV. p. 620. ed. Lugd..

6. *Φιλαινιδείοις*] Philaenis, *εἰς ἣν ἀναφέρεται τὸ περὶ ἀφροδισίων*

les dictitant, foeditates damnare; atque ob id etiam quia diis gaudent, qui similia facinora perpetrarunt et etiam nunc ab hominibus reposcunt: ita ut ex eo, quod nobis, quasi eiusmodi facinorum reis, mortem aut vincula aut aliam eiusmodi poenam infligant, sententiam in seipsos dicant, adeo ut minime iis opus sit aliis iudicibus.

15. Impiam quoque illam et erroneam in gente mea Simonis doctrinam contemsi. Quodsi vos hunc libellum publici iuris feceritis, eum omnium oculis exponemus, ut si fieri possit immutentur; huius quidem unius rei gratia hanc orationem composuimus. Sunt autem nostrae doctrinae recte iudicanti minime turpes, sed omni philosophia humana sublimiores; sin minus, certe Sotadeis et Philaenideis et saltatoriis et Epicureis aliisque eiusmodi poeticis institutionibus absimiles, quas tamen et in scenam productas spectare et scriptas legere omnibus licet. Ac desinemus iam verba facere, connisi quantum in nobis situm fuit, atque precati ut omnes ubique homines veritatis cognitione dignentur. Fiat itaque ut etiam vos, sicuti pietatem ac philosophiam decet, aequum vestra ipsorum causa iudicium feratis.

ἀκόλαστον σύγγραμμα. Athen. l. c. p. 335. Coll. Suid. s. v. *'Αστυάνασσα.*

7. *γενομένοις*] Sunt fortasse, qui pro *γενομένοις* legendum putent *λεγομένοις*. Nos nihil mutamus et voce *γενομένοις* scenam designari putamus, non ita tamen, ut reliquam eius aetatis in rebus turpibus licentiam excludamus. *Thirlbius.*

8. *ὑμᾶς*] Stephan. *ἡμᾶς*, quod mendum iam Sylburg. correxit. — Bollius (in *Illgeni Zeitschrift für die histor. Theologie* Lips. 1842. Fasc. 3. p. 6. n. 2), Valesium ad Euseb. Hist. eccles. IV. c. 17 secutus, legit *Εἴη οὖν καθ' ὑμᾶς*, quae verba minus recte sic interpretatus est: „Nunmehr wäre es an euch." Emendatione lubenter supersedemus, quum *ἔστι* sequente accusativo cum infinitivo haud sit insolens; cf. Pape *Handwörterb. d. griech. Sprache* s. v. Tom. I. p. 583.

9. *ὑπὲρ ἑαυτῶν*] Perion. *ὑπὲρ ἡμῶν* vult legi et Sylburg. eodem sensu retinet. At Iustinus ipse Apol. I. c. 8. p. 57. A: *Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν.* Tertullianus ad Scapul. c. 1.: „... magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed vobis et omnibus inimicis nostris."

Appendix.

[1]Ἀντωνίνου ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος Σε- 100
βαστὸς Εὐσεβής, Ἀρχιερεὺς μέγιστος, [2]δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ B 101
ιε', ὕπατος τὸ γ', Πατὴρ πατρίδος, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν.
Ἐγὼ ᾤμην [3]ὅτι καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμελεῖς ἔσεσθαι μὴ λανθάνειν
τοὺς τοιούτους. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκείνους κολάσοιεν, εἴπερ δύ-
ναιντο, τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς προσκυνεῖν. Οἷς ταραχὴν C
ὑμεῖς ἐμβάλλετε, καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν, ἥνπερ ἔχουσιν, ὡς
ἀθέων κατηγορεῖτε, καὶ ἕτερά τινα ἐμβάλλετε, ἅτινα οὐ δυνάμε-
θα ἀποδεῖξαι. Εἴη δ' ἂν ἐκείνοις χρήσιμον τὸ δοκεῖν ἐπὶ τῷ
κατηγορουμένῳ τεθνάναι· καὶ νικῶσιν ὑμᾶς προϊέμενοι τὰς ἑαυ- 102
τῶν ψυχάς, [4]ἤπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράσσειν αὐτούς. Περὶ
δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ τῶν γινομένων οὐκ εἰκὸς
[5]ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅτανπερ ὦσι, [6]παραβάλλοντας τὰ D

1. Ἀντωνίνου etc.] Hoc edictum Antoninianum in codd. mstis (vide Prolegom.) et editis adiicitur Apologiae Iustini Martyris longiori (I). Sed, si modo fuit Iustino in manibus, ipse Apologiae non inseruit: cui postea per alienam accessit sedulitatem. „Nam nec mentionem eius usquam fecit, neque illud omnino exstitit eo tempore, quo Apologiam suam scribebat. Quodsi exstitisset, non est dubium, Iustinum potius hoc usurum fuisse ad defensionem sui, quia ad Antoninum ipsum dirigitur Apologeticus, quam illo Hadriani, ad quem Apologeticus non pertinet.“ Ita praeceptor meus Eichstadius in Exercitatione Antoniniana V, Annall. academiae Ienens. Vol. I (Ien. 1823. 4) inserta, p. 285. n. 5. Idem Vir Clarissimus istius decreti textum apposita versione latina ex Iustino et Eusebio (Hist. eccles. IV. c. 13. ed. Heinichen. Tom. I. p. 326 sqq.) reddidit notis illustratum (l. c. p. 290 sqq.). Mirifice autem discrepat exemplar Eusebianum ab hoc nostro: quare de illa discrepantia nihil afferam. Cf. etiam Gieseler *Lehrb. d. Kirchengesch.* Tom. I. Sect. 1. ed. 4. p. 173. n. 4. — Ad illud τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας supple συνέδριον. Habuerunt enim Asiani, ut post Valesium ad Euseb. l. c. Eichstadius monuit, commune concilium totius gentis, quo singulae civitates legatos seu synedros mittebant. Erant et in aliis provinciis huiusmodi concilia, quibus decreta condebantur et legati eligebantur, ut

Appendix.

Antonini Epistola ad Commune Asiae.

Imperator Caesar Titus Aelius Hadrianus Antoninus Augustus Pius, Pontifex maximus, tribuniciae potestatis XV, consul III, Pater patriae, Communi Asiae salutem. Putabam equidem curaturos deos ne tales homines laterent. Multo enim magis quam vos, si quidem possent, ab eiusmodi hominibus poenas repeterent, qui eos adorare nolunt. Quibus vos molestiam facessitis, et sententiam eorum, quam quidem habent, tamquam impiorum accusatis, et alia quaedam impingitis, quae non possumus probare. Utile autem illis fuerit ob id cuius nomine accusantur mortem videri oppetere; ac vos vincunt, dum animas suas proiiciunt potius, quam illis pareant quae ab iis fieri postulatis. De terrae autem motibus, qui vel evenerunt vel eveniunt, non decet ut admoneatis, vos qui animum despondetis, quum fiunt, si cum illorum rebus

desideria totius provinciae imperatori renuntiarent. Haec concilia fuere variarum in Christianos persecutionum seminarium.

2. *δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιε΄, ὕπατος τὸ γ΄, Πατὴρ πατρίδος*] Ita Maranum secuti Braunius et Eichstadius ex Eusebio reposuerunt. Scilicet vulgata lectio *δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος τὸ κδ΄, πατὴρ πατρίδος τὸ κα΄* aperte corrupta est. Sylburgius scripsit *δημ. ἐξ.* [*τὸ ιε΄*] *ὕπατος τὸ δ΄*. Discrepantia scripturae in annorum annis orta est a diversis de rescripti auctore opinionibus. Sed Eichstadio observante non possunt hae difficultates chronologicae eum movere cui de *νοθείᾳ* edicti persuasum est: immo ipsa illa persuasio magis inde firmatur.

3. *ὅτι ... ἔσεσθαι*] De hac structura adi meam adnotationem ad Dial. c. Tr. c. 45: *ὅτι ... σωθήσεσθαι.*

4. *ἤπερ*] Sic Sylburg., Morell., Maran., Braun., Eichstad. ex Eusebio pro vulg. *εἴπερ* ediderunt. Cf. Apol. I. c. 49. n. 3.

5. *ὑπομνῆσαι*] Hoc verbum referendum est ad Asianos, quippe qui imperatorem de calamitatibus admonuerint per Christianos importatis. Aliter apud Eusebium.

6. *παραβάλλοντας*] Vulgo *παραβάλλοντες*. Illud iam Perionius legendum monuit omnesque praeter Grabium et Thirlbium textui inseruerunt.

ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαῤῥησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν θεόν. Καὶ ὑμεῖς μὲν [7] ἀγνοεῖν δοκεῖτε παρ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς θεούς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀμελεῖτε, θρησκείαν δὲ τὴν περὶ τὸν θεὸν οὐκ ἐπίστασθε. Ὅθεν καὶ τοὺς θρησκεύοντας ἐζηλώκατε, καὶ διώκετε ἕως θανάτου. Ὑπὲρ τῶν τοιούτων E
καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων τῷ θειοτάτῳ μου πατρὶ ἔγραψαν· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ὀχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν Ῥωμαίων ἐγχειροῦντες. Καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα, τῇ τοῦ πατρός μου κατακολουθῶν γνώμῃ. Εἰ δέ τις ἔχει πρός τινα τῶν τοιούτων πρᾶγμα καταφέρειν ὡς τοιούτου, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, 101
κἂν φαίνηται τοιοῦτος ὤν· ἐκεῖνος δὲ ὁ καταφέρων ἔνοχος ἔσται τῇ δίκῃ.

---

[1] *Μάρκου βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ Χριστιανοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι τῆς νίκης αὐτῶν.* 103

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος, Γερμανικός, Παρθικός, Σαρματικός, δήμῳ Ῥωμαίων καὶ τῇ ἱερᾷ Συγκλήτῳ χαίρειν. Φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα [2] τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ με- B

7. ἀγνοεῖν δοκεῖτε etc.] Lactantius Institt. div. II. c. 1: „At vero si qua necessitas gravis presserit, tunc deum recordantur. Si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaverit, si saeva tempestas, si grando ingruerit: ad deum confugiunt; a deo petitur auxilium" etc..

1. Μάρκου etc.] Haec Marci epistola in codd. mstis (vide Prolegom.) et editis adiungitur Apologiae Iustini Martyris prolixiori (I), ita quidem, ut isti Antonini edicto ad Commune Asiae subiiciatur. Quamquam, ut Eichstadius in Exercitat. Antoniniana II. l. c. p. 245. n. 4 admonet, apertum est hanc epistolam in Apologetico ab ipso Iustino reponi non potuisse, „qui diu ante, quam illa ederetur, martyrio periisset." Idem V. D. textum reddidit: Graecis apposuit Latina (l. c. p. 246 sqq.) „ea quidem, quae tamquam ex bibliothecae Vaticanae cimeliis protracta primus in lucem edidit Angelus Roccha (De bibliotheca Va-

vestras comparetis: quoniam illi fidentiores sunt quam vos apud deum. Ac vos quidem per illud tempus deos nescire videmini, et templa negligitis, nec dei colendi rationem nostis. Unde et illis qui eum colunt invidetis, et ad mortem usque eos insectamini. De eiusmodi hominibus etiam alii quidam provinciarum rectores divinissimo meo patri scripserunt; quibus ille rescripsit nihil negotii exhibendum esse talibus hominibus, nisi quid adversus imperium Romanorum moliri deprehendantur. Quin etiam ad me multi de illis retulerunt; quibus ego respondi, patris mei sententiam secutus. Si quis autem actionem adversus aliquem illorum ut talem instituat, delatus crimine absolvatur, etiamsi ille talis esse appareat: delator autem iudicio poenas pendat.

Marci imperatoris Epistola ad Senatum, qua testatur Christianos victoriae causam fuisse.

Imperator Caesar Marcus Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano et sacro Senatui salutem. Certiores vos feci de consilii mei magnitudine, qua-

ticana p. 288), ut ipsa scilicet imperatoris manu, quam vocat, nos bearet, qui sane non alia lingua quam romana ad senatum romanum scribebat. Rocchae auctoritatem non tuentur caeteri, qui eamdem versionem repetierunt. Nam Latina illa recentius esse, post Scaligeri adeo aetatem, conficta, ne ii quidem negare sunt ausi qui epistolae ipsius vindicias egerunt. Concinnata sunt enim ad censuram Graecorum Scaligerianam (cf. Ios. Scaligeri Animadverss. in Chronolog. Euseb. 223), ut pia scilicet fraude tollerentur dubitationes, quibus criticus primarius epistolae αὐθεντίαν impugnaret" (l. c. p. 245 sq.). Equidem Rocchae interpretationem, nimis a graeco textu recedentem, non repetii. Cf. etiam Gieseler l. c. p. 176. n. 10.

2. τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη] Voluit enim Marcus Antoninus, quemadmodum Iulius Capitolinus in Vita eius c. 24 narrat, Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: et fecisset, nisi Avidius Cassius sub eodem in oriente rebellasset. *Eichstadius.*

γέθη, ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθορίᾳ [3] καμὼν καὶ παθών, ἐν [4] Καρνούντῳ καταλαμβανομένου μου [5] ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων ἀπὸ μιλίων ἐννέα. Γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν [6] ἐξπλωράτωρες ἐμήνυσαν ἡμῖν καὶ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος C
πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν ἅτινα εἴδομεν (καταλαμβανόμενος δὲ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου, καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, [7] γεμίνας, φρεντησίας μίγμα κατηριθμημένον), πλήθη παρεῖναι [8] παμμίκτου ὄχλου χιλιάδων ἐνακοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά. Ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι [9] πατρῴοις. Ἀμελού|μενος δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ τὴν στε- D 104
νοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς· καὶ ἐπερωτήσας εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, [10] καὶ ἐμβριμησάμενος εἰς αὐτούς, ὅπερ οὐκ ἔπρεπε διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν. [11] Ὅθεν

3. *καμὼν καὶ παθών*] Vulgo *καμὼν καὶ σκαθών*. Sed illud *παθών* Scaliger et Eichstadius recte receperunt. Sylburgius in vulgata lectione argutius quam verius nomina invenit populorum *Κοάδων καὶ Σαρματῶν*.

4. *Καρνούντῳ*] Ita emendo Thirlbium secutus. Scaliger et Eichstadius legunt *Καρνούτῳ*. Illius correctionem etiam recepit Rocchae interpres (*Sane dum Carnuti essem*). Vulgo *Κοτίνῳ*.

5. *ὑπὸ δρακόντων*] Non possunt haec ex contextus ratione nisi ad hostiles copias referri: ideoque Scaliger pro *δρακόντων* reponi iussit *θρούγκων*, siquidem *dracones* signa romano exercitui propria, *drungi* autem vocatae fuerint barbarorum cohortes, quod vocabulum Diocletiani demum saeculo in latinam linguam irrepserit. Sed ne sic quidem his congruunt sequentia, ubi barbarorum ὄχλος memoratur *χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά*. Nec dracones prorsus ignoraverunt barbarae gentes. Cfr. Lipsius de militia rom. l. IV in Opp. T. III. p. 194. — Aut oscitanter scripsit, nihil attendens ad sequentia, quisquis has literas Marco supposuit, aut interpolatoris culpa factum est ut hoc additamentum contextum turbaret. *Eichstadius.*

6. *ἐξπλωράτωρες*] Haec vox Scaligero adnotante sub imperio Graecorum Constantinopolitano demum usurpata est.

7. *γεμίνας, φρεντησίας*] Vulgo *γεμιναφρεντησίᾳ*. Legionum nomina Salmasius ad Iulium Capitolin. p. 383 restituit, bene monens Graecos ita consuesse haec nomina enuntiare: *fretense*, *φρεντήσιον* (non *φρετήνσιον*, quod Scaliger voluerat), *castrense*, *κανστρήσιον* etc.. De legione XIV *gemina* cfr. Reimar. ad

les ad confinia Germaniae ex discrimine, in quod ab hostibus circumdatus veneram, utilitates consecutus sim, quum me laborantem et defessum Carnunti nono miliario cinxissent septuaginta quatuor dracones. Qui quum non longe abessent, exploratores nuntiaverunt nobis et Pompeianus militiae nostrae magister significavit id quod sciebamus (eram enim comprehensus ab immensa multitudine, mecum habens legionis primae, decimae, geminae, fretensis delectum agmen), exercitum ex omni genere confertum adesse hominum nongentorum septuaginta septem millium. Quum me igitur et meorum numerum cum multitudine barbarorum et hostium compararem, eo decurri ut deos patrios precarer. Neglectus vero ab iis et vires meas in angustum redigi cernens evocavi eos qui apud nos Christiani dicuntur; et exploratione facta multitudinem eorum magnumque numerum cognovi, et in eos infremui, quod quidem non decebat propterea quod eorum potestatem postea

Dion. Cass. LV. c. 23. p. 796. Caeterum ab his criticorum correctionibus rursus profecit Rocchae interpres *(geminam et fretensem)*. — Post μίγμα excidisse videtur ἦν. Scaliger malebat ἀκατηριθμημένῳ πλήθει, quo non fit facilior iunctura reliquorum. *Eichstadius.*

8. παμμίκτου] Maranus mallet ἀμίκτου, ut antea. — Mox pro ἐνακοσίων (codd. msti) omnes, Stephano et Thirlbio exceptis, ἐννακοσίων (peiorem formam) exhibent.

9. πατρῴοις] Codd. msti in marg. πατρίοις.

10. καὶ ἐμβριμησάμενος] Fremuit autem desperatis rebus omnibus imperator et Christianos increpuit, quasi isti essent causa praesentium malorum. — Sic terrae motus, eodem saeculo in Asia exorti, ad Christianos referebantur tamquam publicae calamitatis auctòres, qui iram deorum concitavissent. Sic multa eiusdem generis tradit illorum temporum historia. Itaque assentiri non possumus Marano, qui indignationem imperatoris non aliunde ortam esse ait, quam ex perspecto Christianorum magno numero. *Eichstadius.*

11. Ὅθεν ἀρξάμενοι etc.] Scaliger legit οἱ οἴκοθεν ἀξάμενοι, atque Christianos ridet, qui sparsi in exercitu sine armis aut telis militaverint. Maranus coniecit παρατήρησιν h. e. *contemplationem*, *observationem*, ut significetur superstitiosa Romanorum caerimonia, qui pugnae auspicia ab eiusmodi nugis sumebant. Hic mos quamquam Marci tempore fuit obsoletus, non tamen mirum, si adhuc viguisse eum parens epistolae aut finxit aut credidit. Retineo vulgatam, cuius (Grab.) sensus est: Christianos pugnam non ab armorum paratu vel classici cantu incepisse sed a precibus ad deum.

ἀρξάμενοι οὐ βελῶν παράρτησιν οὔτε ὅπλων οὔτε σαλπίγγων, διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς διὰ τὸν θεόν, ὃν φοροῦσι E
κατὰ συνείδησιν. [12] Εἰκὸς οὖν ἐστιν, οὓς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι ὅτι θεὸν ἔχουσιν αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει τετειχισμένον. Ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ [13] τοῦ παρόντος στρατεύματος, παρήγορον γενέσθαι δίψης καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. Πεμπταῖοι γὰρ ὕδωρ οὐκ εἰλήφειμεν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι· ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ 102
τῆς Γερμανίας καὶ τοῖς ὅροις [14] αὐτῶν. Ἅμα δὲ τῷ [15] τούτους ῥίψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς καὶ εὔχεσθαι θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, [16] εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους χάλαζα πυρώδης. Ἀλλὰ καὶ εὐθὺ θεοῦ παρουσίαν ἐν εὐχῇ γινομένην παραυτίκα ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ [17] ἀκαταλύτου. Αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι συγχωρήσωμεν τοῖς τοιούτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦ- B
τον αἰτησάμενοι ὅπλον ἐπιτύχωσι. Τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστιανόν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. Εἰ δὲ εὑρε- 105
θείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ ὅτι Χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι, [18] γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον ἢ ὅτι Χριστιανός ἐστι μόνον, τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον ζῶντα καίεσθαι· τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα [19] καὶ συνασφαλισάμενον περὶ C
τοῦ τοιούτου, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν. Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι, καὶ κελεύω τοῦτό μου [20] τὸ

12. *Εἰκὸς οὖν ἐστιν*] Haec Scaliger omittenda putavit. Rectius cum Sylburgio ὅτι reposui ante θεὸν ἔχουσιν. Grabius vero plura desideravit.

13. *τ. παρόντος στρατ.*] Sylburg. et Thirlb. mallent τ. πάντος στρατεύματος. Mox a Scaligero monitus edidi παρήγορον (pro vulg. παρήγοροι), quod ad deum pertinet.

14. *αὐτῶν*] Hoc pronomen referendum est ad Romanorum hostes, Germanos. Initio Epistolae: ἐν τῇ Γερμανίᾳ ... ἐν τῇ μεθορίᾳ. Particulam καὶ epexegetice licet capere. Male Sylburgius legendum censuit αὐτῶν = ἡμῶν αὐτῶν, h. e. *in finibus nostris*. Kestner (*Die Agape oder d. geheime Weltbund d. Christen*. Jena 1819. p. 470) pro ὅροις reponi maluit ὄρεσι. Eichstadius: καὶ τοῖς ὅροις Κουάδων.

15. *τούτους*] Stephan. τούτοις.

16. *εὐθέως... ἀκαταλύτου*] De

perspexi. Itaque exorsi sunt non praeparatione telorum aut armorum aut tubarum, quia hoc invisum iis est propter deum, quem gestant in conscientia. Verisimile ergo est, quos atheos esse suspicamur eos in conscientia sua deum habere sponte insidentem eiusque praesentia munitos esse. Nam quum se humi proiecissent, non pro me solum precati sunt sed etiam pro universo exercitu, ut praesentem sitim et famem sedaret. Quinto enim iam die aquam non acceperamus quod prorsus deesset; eramus enim in meditullio Germaniae idque in finibus hostium. Simulatque autem illi in terram se proiecerunt ac deum precatione invocarunt, quem ego ignorabam, confestim imber de coelo consecutus est, in nos quidem frigidissimus, in hostes autem Romanorum grando ignea. Sed et cum precatione ipsa illico praesentiam dei perspeximus tamquam insuperabilis et invicti. Inde igitur incipientes permittemus talibus esse Christianis, ne, si talia adversus nos arma postulent, voti compotes fiant. Quocirca statuo ne hominem huiusmodi, quod videlicet Christianus sit, liceat accusare. Si quis autem inveniatur qui Christianum deferat quod Christianus sit, de Christiano, qui defertur quique Christianum se esse profitetur, manifestum fieri volo nullam aliam ob rem eum accusari nisi quod Christianus sit, delatorem vero ipsum vivum comburi; quod autem Christianum confitentem atque id probantem attinet, is cui administratio provinciae credita est talem ne cogat ab hoc instituto discedere neve libertatem auferat. Haec vero etiam senatusconsulto confirmari volo, et

legione fulminatrice cf. Eusebium l. c. V. c. 5 (Tom. II) p. 43 sqq. (vide Heinichen. p. 46).

17. *ἀκαταλύτου*] Deest (Sylburg.) *συνείδομεν* vel simile verbum. Supra usurpatum erat *ἐπεγνωκέναι*.

18. *γίνεσθαι*] Laborat oratio, non librariorum vitio [Sylburg. reiicit illud verbum tamquam redundans], putamus, sed imperitia scribentis, qui *εἶναι* ad *πρόδηλον*, *γίνεσθαι* ad *ὁμολογήσαντα* retulisse videtur. *Eichstadius*. Struas: *βούλομαι τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανόν, ὁμολογήσαντα τοῦτο γίνεσθαι, πρόδηλον εἶναι ἐγκαλούμενον ἄλλο ἕτερον μηδὲν* etc..

19. *καὶ συνασφ. περὶ τ. τοιούτου*] Se scilicet non aliam ob causam accusari. Paulo post est *βούλομαι* ex praecedentibus mente supplendum.

20. *τὸ διάταγμα*] Constitutionis huius fragmentum Grabius agno-

διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ προτεθῆναι πρὸς τὸ [21] *δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι.* [22] *Φροντίσει ὁ πραίφεκτος Βιτράσιος Πολλίων εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι· πάντα δὲ τὸν βουλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ' ἡμῶν.*

vit in Ulpiani lib. III. de officio procons. §. 3. D. de decurionibus L. 2: „Eis qui iudaicam superstitionem sequuntur, Divi Verus et Antoninus honores adipisci permiserunt: sed et necessitates eis imposuerunt, quae superstitionem eorum non laederent.“ Improbavit merito Eichstadius.

21. *δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι*] Brissonius (De formulis et solennibus

hanc meam constitutionem in foro Traiani proponi iubeo ut legi possit. Curabit praefectus Vitrasius Pollio illam in provincias quasque mittendam; quivis autem, qui ea uti et habere exemplar eius voluerit, ne prohibeatur recipere id ex eo quod a nobis propositum est.

pop. rom. verbis p. 306) illis verbis lubenter inculcaret *ἐξ ἐπιπέδου*, ut hoc modo solennia verba edictorum: *unde de plano recte legi posset:* implerentur.

22. *Φροντίσει*] Post hoc verbum desiderat Sylburgius *δὲ καὶ* particulas. — Mox pro *Βιτράσιος* vulgo *Βηράσιος* legitur. Nomen praefecti Brissonius (l. c.) et Eichstadius restituerunt.

CORPUS
APOLOGETARUM CHRISTIANORUM
SAECULI SECUNDI.

EDIDIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO.

VOLUMEN II.

IUSTINUS PHILOSOPHUS ET MARTYR.

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCXLVIII.

S. IUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
OPERA
QUAE FERUNTUR OMNIA.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM NONDUM COLLATOS RECENSUIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR

THEOLOGIAE IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR P. E. SOCIETATIS
LATINAE IENENSIS SOCIETATIS HIST.-THEOLOGICAE LIPSIENSIS
SOCIETATIS HAGANAE SODALIS.

TOMI I. PARS II.

OPERA IUSTINI INDUBITATA.

EDITIO ALTERA
ITERATIS CURIS ADORNATA.

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCXLVIII.

IUSTINI PHIL. ET MART.

OPERA INDUBITATA.

TOM. I. P. II.

DIALOGUS CUM TRYPHONE IUDAEO.

---

[1] ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΡΟΣ ΤΡΥΦΩΝΑ ΙΟΥΔΑΙΟΝ ΔΙΑΛΟΓΟΣ.

---

1. Περιπατοῦντί μοι ἕωθεν ἐν τοῖς [2] τοῦ ξυστοῦ περιπάτοις P. 217
συναντήσας τις μετὰ καὶ ἄλλων· Φιλόσοφε χαῖρε, ἔφη. Καὶ ἅμα ed.
εἰπὼν τοῦτο ἐπιστραφεὶς συμπεριεπάτει μοι· συνεπέστρεφον δ' Mor et
αὐτῷ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Κἀγὼ ἔμπαλιν προσαγορεύσας αὐτόν· Col.
Τί μάλιστα; ἔφην.

Ὁ δέ· [3] Ἐδιδάχθην ἐν Ἄργει, φησίν, ὑπὸ Κορίνθου τοῦ Σωκρατικοῦ ὅτι οὐ δεῖ καταφρονεῖν οὐδὲ ἀμελεῖν τῶν περικει- C μένων [4] τόδε τὸ σχῆμα, ἀλλ' ἐκ παντὸς φιλοφρονεῖσθαι, προσομιλεῖν τε αὐτοῖς, εἴ τι ὄφελος ἐκ τῆς συνουσίας γένοιτο ἢ αὐτῷ ἐκείνῳ ἢ ἐμοί. Ἀμφοτέροις δὲ ἀγαθόν ἐστι, κἂν θάτερος ᾖ ὠφελημένος. Τούτου οὖν χάριν, ὅταν ἴδω τινὰ ἐν τοιούτῳ σχήματι, ἀσμένως αὐτῷ προσέρχομαι, σέ τε κατὰ τὰ αὐτὰ ἡδέως νῦν προσεῖπον· οὗτοί τε συνεφέπονταί μοι, προσδοκῶντες καὶ αὐτοὶ ἀκούσεσθαί τι χρηστὸν ἐκ σοῦ.

[5] Τίς δὲ σύ ἐσσι, φέριστε βροτῶν; Οὕτως προσπαίζων αὐ- D τῷ ἔλεγον.

Ὁ δὲ καὶ τοὔνομά μοι καὶ τὸ γένος ἐξεῖπεν ἁπλῶς. [6] Τρύφων, φησί, καλοῦμαι· εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν

1. *ΤΟΥ* etc.] Ita uterque codex mstus (Reg. et Clar.) inscriptionem huius Dialogi exhibet; vid. Prolegomena.

2. τοῦ ξυστοῦ] Hic xystus (cf. c. 9) teste Eusebio (Hist. eccl. IV. c. 18) Ephesi erat. Ibidem Apollonium disputare solitum esse Philostratus IV. 3 et VIII. 26 refert. — Vulgo τοῦ ξύστου (paroxyt.).

3. Ἐδιδάχθην ἐν Ἄργει] Vetitum esse Iudaeis graecarum literarum studium bello Titi narrat Misna in Sota sub fine; Gemara autem, prolata causa satis ridicula, iam inde ab eo tempore quo Hyrcanus Hierosolymam obsidebat. Nihilominus nemo ignorat ad nostra usque tempora multos Iudaeos graecis disciplinis maximeque philosophiae operam dedisse. Vix credo tamen Tryphonem haec vere serioque dicere potuisse, sed eliciendi colloquii causa; nisi forte verisimilius videatur Iusti-

SANCTI IUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS

CUM TRYPHONE IUDAEO DIALOGUS.

---

1. Ambulanti mihi mane in xysti spatiis occurrens quidam cum aliis: Philosophe, inquit, salve! Et statim his dictis conversus una mecum ambulabat; simul autem conversi sunt cum eo amici quoque eius. Atque ego vicissim illum compellans: Quid rerum, inquam, potissimum?

Ille vero: Docuit me Argis, inquit, Corinthus Socraticus non debere contemni neque negligi qui hancce vestem induti sunt, sed omnem iis humanitatem exhibendam et cum iis agendum, ut aliqua utilitas ex consuetudine ista sive ad ipsum illum sive ad me perveniat. Utrique autem bono est, si vel alteruter iuvetur. Hanc igitur ob causam, quum aliquem in eiusmodi veste conspicio, libenter ad eum accedo, ac te idcirco laetus nunc compellavi; atque isti me subsequuntur, et ipsi sperantes se utile aliquid ex te audituros esse.

Quisnam vero tu es, praestantissime mortalium? Ita iocans eum alloquebar.

Tum ille et nomen mihi et genus ingenue edidit. Trypho, inquit, vocor; sum autem Hebraeus ex circumcisione, ex bello

num hoc prooemium et introitum disputationis ipsum excogitasse. *Thirlbius.*

4. *τόδε τὸ σχῆμα*] De Iustino Eusebius l. c. IV. c. 11: *Ἰουστῖνος ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον.* Coll. Hieronymus de viris illustr. c. 23: „Iustinus philosophus, habitu quoque philosophi incedens“ — et Photius Bibliothec. cod. 125 (ed. Bekker. Tom. I) p. 95: *Φιλοσοφῶν καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ σχήματι.* — Tertullianus de pallio c. 6: „Gaude pallium et exsulta; melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire coepisti.“

5. *Τίς ... βροτῶν*] Imitatur Homer. Il. VI. 123, coll. XV. 247.

6. *Τρύφων*] Hic guinam fuerit, haud scimus. Cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 22 sq..

Use of καί. Mark vi. 7.

[7] τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων. 138

Καὶ τί ἄν, ἔφην ἐγώ, τοσοῦτον ἐκ φιλοσοφίας σύ τ' ἂν ὠφεληθείης, ὅσον παρὰ τοῦ σοῦ νομοθέτου καὶ τῶν προφητῶν;

Τί γάρ; Οὐχ οἱ φιλόσοφοι περὶ θεοῦ τὸν ἅπαντα ποιοῦνται λόγον, ἐκεῖνος ἔλεγε, καὶ περὶ μοναρχίας αὐτοῖς καὶ προνοίας E
αἱ ζητήσεις γίνονται ἑκάστοτε; Ἢ οὐ τοῦτο ἔργον ἐστὶ φιλοσοφίας ἐξετάζειν περὶ τοῦ θείου;

Ναί, ἔφην, οὕτω καὶ ἡμεῖς δεδοξάκαμεν. Ἀλλ' [8] οἱ πλεῖστοι οὐδὲ τούτου πεφροντίκασιν, εἴτε εἷς εἴτε καὶ πλείους εἰσὶ θεοί, καὶ εἴτε προνοοῦσιν ἡμῶν ἑκάστου εἴτε καὶ οὔ, ὡς μηδὲν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς γνώσεως ταύτης συντελούσης· [9] ἀλλὰ καὶ 218
ἡμᾶς ἐπιχειροῦσι πείθειν ὡς τοῦ μὲν σύμπαντος καὶ αὐτῶν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν ἐπιμελεῖται θεός, ἐμοῦ δὲ καὶ σοῦ οὐκ ἔτι καὶ τοῦ καθ' ἕκαστα, [10] ἐπεὶ οὐδ' ἂν ηὐχόμεθα αὐτῷ δι' ὅλης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Τοῦτο δὲ ὅπη αὐτοῖς τελευτᾷ, οὐ χαλεπὸν συννοῆσαι· [11] ἄδεια γὰρ καὶ ἐλευθερία λέγειν καὶ ἕπεσθαι τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ τι βούλονται καὶ λέγειν, μήτε κόλασιν [12] φοβουμένοις μήτε ἀγαθὸν ἐλπίζουσί τι ἐκ θεοῦ. Πῶς γάρ; B
Οἵ γε ἀεὶ [13] ταὐτὰ ἔσεσθαι λέγουσι, καὶ [14] ἔτι ἐμὲ καὶ σὲ ἔμπαλιν βιώσεσθαι ὁμοίως, μήτε κρείττονας μήτε χείρους γεγονότας. [15] Ἀλ- 139

7. τὸν νῦν γενόμ. πόλεμον] Hoc est bellum a Bar Cochba excitatum. Cf. Apol. I. c. 31. n. 6 sq. et librum meum modo citatum p. 22. n. 1.

8. οἱ πλεῖστοι etc.] Redarguit Iustinus quum illius aevi philosophos (cf. Lucian. Icaromenipp. c. 9), tum Stoicos: hi enim minimi faciebant dei cognitionem (c. 2. n. 7, Theophil. ad Autol. II. c. 4); agnoscebant quidem providentiam, ita tamen, ut magna dii curent, parva negligant (Cicer. de nat. deor. II. c. 66).

9. ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς] Pro ἀλλὰ καὶ Thirlbius (in Add.) mallet ἄλλοι δὲ (καί), sed recte vulgatam lectionem retinet. Scilicet sententia facile animo supplenda: *non solum illud non curant*, ἀλλὰ καὶ —. Pro ἡμᾶς (sic codd. msti) Stephanus et Iebbius ὑμᾶς ediderunt. — Mox pro vulg. τοῦ καθέκαστα mallet Sylburgius τῶν καθέκαστα vel τοῦ καθέκαστον.

10. ἐπεὶ οὐδ' ἂν] Pearsonus coniectat οὐδ' ἐπειδάν. Scriptori anonymo in Miscell. observatt. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. p. 369 non liquet illum genuinam invenisse lectionem. „Si," inquit, „omittimus ἐπεί, sensus bo-

nuper gesto profugus, in Graecia ac Corinthi quidem plerumque degens.

Sed quid te, inquam, tantum philosophia iuvare possit, quantum legislator tuus et prophetae?

Quid enim? Annon philosophorum sermo omnis de deo versatur, inquit ille, ac de eius monarchia et providentia quaestiones ab iis semper instituuntur? Aut philosophiae annon hoc opus est de numine divino quaerere?

Sane, inquam, ita nos quoque existimamus. Sed plerique ne id quidem laborant, utrum unus an plures sint dii, et unicuique nostrum utrum provideant necne, quasi haec cognitio nihil ad vitam beatam afferat; quin etiam persuadere nobis conantur deum universi quidem atque ipsorum generum et specierum curam gerere, mei autem et tui et singulorum non item, alioquin eum nequaquam tota nocte ac die precaremur. Hoc autem quonam illis evadat, non difficile est intellectu; proposita enim est ita sentientibus impunitas et licentia disserendi et sequendi quo libuerit, atque agendi quidquid voluerint et dicendi, nec supplicium metuentibus nec boni quidquam a deo sperantibus. Quomodo enim [metuant aut sperent]? Scilicet eadem semper futura dicunt, atque insuper me et te eodem rursus modo victuros, nec meliores nec deteriores factos. Alii quidam, quum ponant immortalem et in-

nus est. Deus curam non gerit particularium, singulatim uniuscuiusque hominis, οὐδ' ἂν ηὔχ. etc., *licet illum noctibus atque diebus imploremus.*" Locus est sanus, ut quisque videt.

11. *ἄδεια...λέγειν*] Sensus: Ex providentia sublata sequitur *ἄδεια* etc.. — Perion. scribit *ἄδεια γὰρ καὶ ἐλευθερία ἕπεται τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ τι βούλονται καὶ λέγειν.* Bene quidem: ast non semper Martyr orationis elegantia utitur.

12. *φοβουμένοις*] Codd. msti in marg. *φοβουμένους* et *ἐλπίζοντας*, casu ad infinitivum relato, non ad *δοξάζουσι.*

13. *ταὐτὰ*] Ita emendavi vulg. *ταῦτα.* Vide Apol. I. c. 22. n. 12.

14. *ἔτι*] Vulgo *ἐπ'*, quod omnino deleri vult Perionius. Rectius (Sylburg., Pearson., Thirlb., Maran.) mutatur in *ἔτι.* Nam *τι* et *π* facillime confundi poterant. Reposui igitur. — Mox pro *ἐς* (Reg.) Maranus textui belle *σὲ* (Clar.) inseruit. Supra: *ἐμοῦ δὲ καὶ σοῦ.*

15. *Ἄλλοι δέ τινες*] Nonnullos

λοι δέ τινες, ὑποστησάμενοι ἀθάνατον καὶ ἀσώματον τὴν ψυχήν, οὔτε κακόν τι δράσαντες ἡγοῦνται δώσειν δίκην (ἀπαθὲς γὰρ τὸ ἀσώματον), οὔτε, ἀθανάτου αὐτῆς ὑπαρχούσης, δέονταί τι τοῦ θεοῦ ἔτι.

Καὶ ὃς ἀστεῖον ὑπομειδιάσας· Σὺ δὲ πῶς, ἔφη, περὶ τούτων φρονεῖς καὶ τίνα γνώμην περὶ θεοῦ ἔχεις καὶ τίς ἡ σὴ φιλοσοφία, εἰπὲ ἡμῖν.

2. Ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ ὅ γέ μοι καταφαίνεται. Ἔστι γὰρ C
τῷ ὄντι φιλοσοφία μέγιστον κτῆμα καὶ τιμιώτατον θεῷ, [1] ᾧ τε
προσάγει καὶ συνίστησιν ἡμᾶς μόνη, καὶ [2] ὅσιοι ὡς ἀληθῶς οὗτοί
εἰσιν οἱ φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσεσχηκότες. Τί ποτε δ' ἐστὶ
φιλοσοφία καὶ οὗ χάριν κατεπέμφθη εἰς τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς
πολλοὺς λέληθεν· οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν οὐδὲ Στωϊκοὶ οὐδὲ
Περιπατητικοὶ οὐδὲ [3] Θεωρητικοὶ οὐδὲ Πυθαγορικοί, [4] μιᾶς οὔσης
ταύτης ἐπιστήμης. Οὗ δὲ χάριν πολύκρανος [5] ἐγενήθη, θέλω εἰ- D
πεῖν. Συνέβη τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις αὐτῆς καὶ διὰ τοῦτο ἐν-
δόξοις γενομένοις ἀκολουθῆσαι τοὺς ἔπειτα μηδὲν ἐξετάσαντας ἀλη-
θείας πέρι, καταπλαγέντας δὲ μόνον τὴν καρτερίαν αὐτῶν καὶ
τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὸ ξένον τῶν λόγων ταῦτα ἀληθῆ νομίσαι ἃ
παρὰ τοῦ διδασκάλου ἕκαστος ἔμαθεν, εἶτα καὶ αὐτούς, τοῖς ἔπει-
τα παραδόντας τοιαῦτα ἄττα καὶ ἄλλα τούτοις προσεοικότα, τοῦτο E
κληθῆναι τοὔνομα, ὅπερ ἐκαλεῖτο ὁ πατὴρ τοῦ λόγου. Ἐγώ τε κατ' 140
ἀρχὰς οὕτω ποθῶν καὶ αὐτὸς συμβαλεῖν [6] τούτων ἑνί, ἐπέδωκα

notat Platonicos, de quibus loquitur infra c. 5. *Maranus.*

1. ᾧ] Hoc relativum Sylburgius (assentientibus Iebbio et Gallandio) expungendum putat, ut legatur: ... τιμιώτατον, θεῷ τε etc.. Coniectura etsi non mala (c. 3. p. 220. C: διὸ χρὴ πάντα ἄνθρ. φιλοσοφεῖν καὶ τοῦτο μέγιστον καὶ τιμιώτατον ἔργον ἡγεῖσθαι), tamen non adeo necessaria.

2. ὅσιοι] Videtur Langus legisse ὄλβιοι *(felices)*, sed nulla prorsus ratione. Loquitur enim Iustinus non de philosophia ethnicorum, sed de christiana doctrina, quam infra c. 8 declarat solam esse certam atque utilem philosophiam, seque tunc demum fuisse philosophum cum factus est Christianus. Thirlbii ergo, legendum coniicientis σοφοί, inutilis coniectura. *Maranus.*

3. Θεωρητικοί] Theoreticos opinatur Maranus appellari eos qui a practicae philosophiae magistris diversi sunt. Nescio an melius Sceptici sive Pyrrhonii significentur — h. e., Gellio Noctt. Attic. XI. c. 5

corpoream animam esse, nec, si quid mali fecerint, poenas daturos se putant (pati enim non potest quod incorporeum est), neque iam deo, quum immortalis sit anima, quidquam indigent.

Tum ille urbane subridens: Tu vero, inquit, quid his de rebus censeas et quae tua de deo sententia sit et quae philosophia, expone nobis.

2. Ego tibi, inquam, edisseram quid mihi videatur. Est enim revera philosophia possessio maxima ac plurimi apud deum pretii, ad quem nos adducit cuique nos sola commendat, et vere illi sancti sunt qui animum ad philosophiam adiungunt. Quid autem sit philosophia et quam ob causam demissa ad homines, plerosque latet; nam nec Platonici essent nec Stoici nec Peripatetici nec Theoretici nec Pythagorici, una quum sit haec scientia. Unde autem multiceps evaserit, iuvat dicere. Accidit ut iis, qui philosophiam primi attigerunt ideoque clari exstiterunt, successores adhaererent de veritate non perquirentes, atque eorum constantiam dumtaxat et continentiam et sermonum novitatem admirati ea arbitrarentur vera esse quae a suo quisque magistro didicisset, ac deinde, quum ipsi suis quoque successoribus eadem et alia quaedam affinia tradidissent, eo nomine designarentur, quo appellatus erat pater doctrinae. Ego quoque quum initio ita cuperem horum

teste, „*consideratores*, qui in quaerendo semper considerandoque sunt et nihil decernunt, nihil constituunt.“ Adstipulatur Langius in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 989.

4. *μιᾶς οὔσης*] Laudat Maranus Iulian. Orat. VI. p. 184. ed. Spanhem.: *Μηδεὶς οὖν ἡμῖν τὴν φιλοσοφίαν εἰς πολλὰ διαιρείτω μηδὲ εἰς πολλὰ τεμνέτω, μᾶλλον δὲ μὴ πολλὰς ἐκ μιᾶς ποιείτω· ὥσπερ γὰρ ἀλήθεια μία, οὕτω δὲ καὶ φιλοσοφία.*

5. *ἐγενήθη*] Codd. msti et editi (excepto Sylburgiano) vitiose *ἐγγενήθη*, quod etiam Thirlbius (in Corr.) et Maranus (in Add.) respuunt. Confunduntur interdum ista verba a librariis (cf. c. 43. p. 262. C, Apol. I. c. 21. n. 2, fragm. Iust. ap. Ioannem Dam. Sacr. Parall. ed. Leq. Tom. II. p. 600) et a typothetis (c. 25. p. 243. B, Apol. I. c. 61. n. 10).

6. *τούτων ἐνί*] Haec verba editores excepto Marano minus bene cum *ἐπέδωκα* iungunt.

ἐμαυτὸν Στωϊκῷ τινι· καὶ διατρίψας ἱκανὸν μετ' αὐτοῦ χρόνον, ἐπεὶ οὐδὲν πλέον ἐγίνετό μοι περὶ θεοῦ (οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἠπίστατο, 219
[7] οὐδὲ ἀναγκαίαν ἔλεγε ταύτην εἶναι τὴν μάθησιν), τούτου μὲν ἀπηλλάγην, ἐπ' ἄλλον δὲ ἧκα, Περιπατητικὸν καλούμενον, δριμύν, ὡς ᾤετο. Καί μου ἀνασχόμενος οὗτος τὰς πρώτας ἡμέρας [8] ἠξίου με ἔπειτα μισθὸν ὁρίσαι, ὡς μὴ ἀνωφελὴς ἡ συνουσία γίνοιτο ἡμῖν. Καὶ αὐτὸν ἐγὼ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν κατέλιπον, μηδὲ φιλόσοφον οἰηθεὶς ὅλως. Τῆς δὲ ψυχῆς ἔτι μου σπαργώσης ἀκοῦσαι τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἐξαίρετον τῆς φιλοσοφίας, προσῆλθον εὐδοκιμοῦντι μάλιστα Πυθαγορείῳ, ἀνδρὶ πολὺ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ φρονοῦντι. Κἄπειτα ὡς διελέχθην αὐτῷ, βουλόμενος ἀκροατὴς αὐ- B
τοῦ καὶ συνουσιαστὴς γενέσθαι· Τί δαί; [9] Ὡμίλησας, ἔφη, μουσικῇ καὶ ἀστρονομίᾳ καὶ γεωμετρίᾳ; Ἢ δοκεῖς κατόψεσθαί τι τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντελούντων, εἰ μὴ ταῦτα πρῶτον διδαχθείης ἃ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν περισπάσει καὶ τοῖς νοητοῖς αὐτὴν παρασκευάσει χρησίμην, ὥστε αὐτὸ κατιδεῖν τὸ καλὸν καὶ αὐτὸ ὅ ἐστιν ἀγαθόν; Πολλά τε ἐπαινέσας ταῦτα τὰ μαθήματα καὶ ἀναγκαῖα εἰπὼν ἀπέπεμπέ με, ἐπεὶ αὐτῷ ὡμολόγησα μὴ εἰδέναι. Ἐδυσφόρουν οὖν, [10] ὡς τὸ εἰκός, ἀποτυχὼν τῆς ἐλπίδος, καὶ C
μᾶλλον ᾗ ἐπίστασθαί τι αὐτὸν ᾤμην· πάλιν τε τὸν χρόνον σκοπῶν, ὃν ἔμελλον ἐκτρίβειν περὶ ἐκεῖνα τὰ μαθήματα, οὐκ ἠνειχόμην εἰς μακρὰν ἀποτιθέμενος. Ἐν ἀμηχανίᾳ δέ μου ὄντος ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν· πολὺ γὰρ καὶ τούτων ἦν κλέος. Καὶ δὴ νεωστὶ ἐπιδημήσαντι [11] τῇ ἡμετέρᾳ πόλει συνετῷ ἀνδρὶ καὶ προὔχοντι ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς συνδιέτριβον ὡς τὰ μάλιστα, καὶ προέκοπτον καὶ πλεῖστον ὅσον ἑκάστης ἡμέρας ἐπεδίδουν. Καί με [12] ᾕρει σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν

7. οὐδὲ ... μάθησιν] Cf. c. 1. p. 217. E (n. 8).

8. ἠξίου ... ὁρίσαι] Philosophorum aviditas saepe a scriptoribus notatur. Adeas Lucian. Nigrin. c. 25, Piscat. c. 34 sqq., Icaromenipp. c. 5, 30 sq. al.; coll. Tatian. Orat. c. Gent. c. 19. — Mox vulgo γίγνοιτο contra morem Iustinianum.

9. Ὡμίλησας ... γεωμετρίᾳ] Eludit hunc morem Lucianus Vit. auct. c. 2 sqq.. De Origene autem apud Euseb. Hist. eccl. VI. c. 18 (ed. Heinichen. Tom. II) p. 198 legitur: Εἰσῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας ἑώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα, γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν καὶ τὰ ἄλλα προπαιδεύματα παραδιδούς.

10. ὡς τὸ εἰκός] Scil. ἔχει.

alicui in sermonem venire, dedi me cuidam Stoico; ac satis diu cum eo versatus, quum nihil amplius didicissem de deo (nam neque ipse sciebat, nec necessariam putabat hanc scientiam), ab eo discessi et ad alium me contuli, Peripateticum vocitatum, hominem, ut sibi ipse videbatur, acutum. Quumque is primis me diebus pertulisset, rogavit me postea ut mercedem designarem, quo fructuosa nobis esset inter nos consuetudo. Eamque ob causam missum illum feci, ne philosophum quidem omnino arbitratus. Sed quum animus adhuc studio flagraret id quod philosophiae proprium et praecipuum est audiendi, celeberrimum adii Pythagoreum, hominem de sapientia valde gloriantem. Deinde ut collocutus sum cum eo, cupiens auditor eius et discipulus fieri: Quid ergo? Dedisti, inquit, operam musicae et astronomiae et geometriae? An putas perspecturum te quidquam eorum quae beatae vitae conducunt, nisi haec prius didiceris quae animum a rebus sensum moventibus abstrahent et ad ea quae mente percipiuntur idoneum efficient, ut ipsum pulchrum intueatur et ipsum bonum? Pluribus quum has disciplinas laudasset ac necessarias praedicasset, dimisit me a se, postquam ei confessus sum me nescire. Ferebam igitur, ut par erat, moleste quod spe excidissem, eoque magis quod mihi aliquid scire videretur; rursus quum tempus illud considerarem, quod mihi in his disciplinis conterendum erat, non ferebam me in longum tempus reiici. In hac consilii inopia visum est ut ad Platonicos quoque me conferrem; nam et hi magna in gloria erant. Itaque cum viro quodam prudenti et inter Platonicos excellenti, qui recens in urbem nostram venerat, plurimum versabar, et proficiebam et quotidie mihi quam maximae accessiones fiebant. Valde me devinciebat incorporearum rerum intelligentia, et contempla-

11. *τῇ ἡμετέρᾳ πόλει*] Aut Flavia Neapolis (Apol. I. c. 1. p. 53. C) indicatur (neque obstare videntur verba *ἡμετέρᾳ — συνδιέτριβον* etc.) aut Ephesus (vid. c. 1. n. 2). — Ad verba quae sequuntur Pearsonus advertit: „Quis philosophus Platonicus? An Maximus Tyrius?"

12. *ἤρει*] Vulgo *ἤρει*, quod Rob. Stephanus pro *ἤρεσκε* (*placebat*) di-

[13] ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν, ὀλίγου τε ἐντὸς χρόνου ᾤμην σο- D
φὸς γεγονέναι, καὶ ὑπὸ βλακείας ἤλπιζον αὐτίκα κατόψεσθαι τὸν
θεόν· [14] τοῦτο γὰρ τέλος τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας.

3. Καί μου οὕτως διακειμένου ἐπεὶ ἔδοξέ ποτε πολλῆς [1] ἠρε-
μίας ἐμφορηθῆναι καὶ [2] τὸν τῶν ἀνθρώπων ἀλεεῖναι πάτον, ἐπο-
ρευόμην εἴς τι χωρίον οὐ μακρὰν θαλάσσης. Πλησίον δέ μου γε-
νομένου ἐκείνου τοῦ τόπου, ἔνθα ἔμελλον ἀφικόμενος πρὸς ἐμαυ-
τῷ ἔσεσθαι, [3] παλαιός τις πρεσβύτης, ἰδέσθαι οὐκ εὐκαταφρόνη-
τος, πρᾷον καὶ σεμνὸν ἦθος ἐμφαίνων, ὀλίγον ἀποδέων μου πα- 220
ρείπετο. Ὡς δὲ ἐπεστράφην εἰς αὐτόν, ὑποστὰς ἐνητένισα δριμύ- 142
τερον αὐτῷ.

Καὶ ὅς· Γνωρίζεις με; ἔφη.

Ἠρνησάμην ἐγώ.

Τί οὖν, μοι ἔφη, οὕτως με κατανοεῖς;

Θαυμάζω, ἔφην, ὅτι ἔτυχες ἐν τῷ αὐτῷ μοι γενέσθαι· οὐ γὰρ προσεδόκησα ὄψεσθαί τινα ἀνδρῶν ἐνθάδε.

Ὁ δέ· Οἰκείων τινῶν, φησί μοι, πεφρόντικα. Οὗτοι δέ μοί εἰσιν ἀπόδημοι· ἔρχομαι οὖν καὶ αὐτὸς σκοπήσων τὰ περὶ αὐτούς, εἰ ἄρα φανήσονταί ποθεν. Σὺ δὲ τί ἐνθάδε; ἐμοὶ ἐκεῖνος.

Χαίρω, ἔφην, ταῖς τοιαύταις διατριβαῖς, ἀνεμπόδιστος γὰρ B

ctum putavit. Sed iam Henricus illius filius (in edit. Epist. ad Diogn. p. 83) ἥρει reposuit, eumque Sylburgius et Maranus sunt secuti. Certe idem loquendi genus usurpatur in Orat. ad Gent. c. 5. p. 40. D: *Ταῦτά με εἷλε* etc..

13. *ἀνεπτέρου μοι τ. φρόνησιν*] Narrans progressus suos in philosophiae platonicae studio, eleganter utitur hac phrasi Platonicis usitatissima. *Thirlbius*.

14. *τοῦτο γ. τέλ. τ. Πλ. φιλ.*] Ea de causa caeteris philosophis, qui finem alibi ponebant, Platonicos praefert Augustinus de civit. dei VIII. c. 8: „Cedant igitur hi omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum hominem fruentem corpore vel fruentem animo, sed fruentem deo: non sicut corpore vel seipso animus aut sicut amico amicus, sed sicut luce oculus.“ Comp. c. 12.

1. *ἠρεμίας*] Thirlb. sine necessitate *ἐρημίας* coniectavit.

2. *τὸν...πάτον*] Imitatur Homer. Il. VI. 202. — Verbis *χωρίον οὐ μακρὰν θαλάσσης* Iustinus vide-

tio idearum meae menti alas addebat: sapiensque mihi videbar intra breve tempus evasisse, ac prae stoliditate in spem veneram videndi protinus dei; hic enim finis est Platonis philosophiae.

3. Sic affectus quum vellem aliquando multa quiete animum explere atque hominum vitare vestigia, profectus sum in agrum quemdam non remotum a mari. Quum autem propinquarem huic loco, ubi post quam advenissem mecum esse volebam, vetulus quidam senex, adspectu non contemnendus, comitatem et gravitatem prae se ferens, modico me intervallo assectabatur. Conversus in eum substiti et oculos in eum acrius defixi.

Tum ille: Mene, inquit, cognoscis?

Negavi ego.

Quid igitur, inquit, me ita contemplaris?

Miror, inquam, assecutum te esse ut mecum in eodem loco esses; non enim fore exspectabam ut virum quempiam hic viderem.

Ille autem: De meorum nonnullis, inquit, sollicitus sum. Hi peregre mihi abierunt; veni ergo et ipse spectatum an forte sese mihi alicunde ostensuri sint. Tu vero quidnam hic rerum? mihi ille dixit.

Delector, inquam, eiusmodi deambulationibus, — nam

tur desertam maris mortui regionem describere. Iosephus de bello iud. III. c. 10. §. 7 πολλὴν ἐρημίαν vocavit. Plura dedi in *Ergänzungsblätt. z. Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1841. N. 61. p. 482 sq..

3. παλαιός τις πρεσβ. etc.] Plato Parmen. p. 127. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. X. p. 72): Εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν τὴν ὄψιν. Inde, siquidem magistrum suum imitatus sit Iustinus, Thirlbius monet nostro loco legendum esse πολιός τις πρεσβύτης. At nihil vero mutamus, quum etiam in reliquis verbis Iustinus a Platone recedat nec sermonis obstet consuetudo; sic παλαιὸς γέρων Hom. Od. XIII. 432, et παλαιὴ γρηῦς l. c. XIX. 346. Caeterum quinam fuerit ille senex, quocum Martyr concurrisse se refert, non constat inter viros doctos. Cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 2. n. 7. Thirlbius totam in dubio ponit narrationem istam (cf. c. 1. n. 3), cui fidem adiungere non debeamus. Repugnat Semischius: *Justin d. Märtyr.* P. I. p. 15 sqq..

μοι ὁ διάλογος πρὸς ἐμαυτὸν γίνεται, [4]μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί· φιλολογίᾳ τε ἀνυστικώτατά ἐστι τὰ τοιάδε χωρία.

[5]Φιλολόγος οὖν τις εἶ σύ, ἔφη, φιλεργὸς δὲ οὐδαμῶς οὐδὲ φιλαλήθης, οὐδὲ πειρᾷ πρακτικὸς εἶναι μᾶλλον ἢ σοφιστής;

Τί δ' ἄν, ἔφην ἐγώ, τούτου μεῖζον [6]ἔργον ἄν τις ἐργάσαιτο,
τοῦ [7]δεῖξαι μὲν τὸν λόγον ἡγεμονεύοντα πάντων, [8]συλλαβόντα
δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ ὀχούμενον καθορᾶν τὴν τῶν ἄλλων πλάνην καὶ
τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς δρῶσιν οὐδὲ θεῷ φίλον;
Ἄνευ δὲ φιλοσοφίας καὶ ὀρθοῦ λόγου οὐκ ἄν τῳ παρείη φρόνη- C
σις. Διὸ χρὴ πάντα ἄνθρωπον φιλοσοφεῖν καὶ τοῦτο μέγιστον
καὶ τιμιώτατον ἔργον ἡγεῖσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ | *δεύτερα καὶ τρίτα,* 143
καὶ φιλοσοφίας μὲν ἀπηρτημένα μέτρια καὶ ἀποδοχῆς ἄξια, [9]στερηθέντα δὲ ταύτης καὶ μὴ παρεπομένης τοῖς μεταχειριζομένοις αὐτὰ φορτικὰ καὶ βάναυσα.

[10]Ἡ οὖν φιλοσοφία εὐδαιμονίαν ποιεῖ; ἔφη ὑποτυχὼν ἐκεῖνος.

Καὶ μάλιστα, ἔφην ἐγώ, καὶ μόνη.

4. *μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί*] Perionius voluit pro *δρώσαις* legi *δράσεις*, et totum commation *μὴ ... ὡσανεί* collocari post *ταῖς τοιαύταις διατριβαῖς*, ut sit: *itaque noli huic instituto meo adversari.* Sed noli exquisitam verborum structuram a Iustino petere. Cf. c. 86. n. 2. Immo Sylburgius (quocum Schnitzerus facit *Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 282) illud commation fortasse non Martyris esse putavit, sed a docto aliquo *ἐξηγητικῶς* additum, praesertim quum in eiusmodi enarrationibus *δηλαδή* s. *δηλονότι* et similia haud raro postponantur. At Langius (in Roehrii *Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 990) commation defendit: „denn gerade in ihm liegt das Spitzige der gelehrt seyn sollenden Antwort.“

5. *Φιλολόγος*] Inest graecae dictioni acumen quoddam, quod latine reddi nequit. Nam *λόγος* quum tam orationem quam rationem significet, Iustinus posteriori significatu vocem usurpat, quamquam a sene vituperatur, quasi priori cepisset significatu. Maranus in medium provocat Tertullianum, cui philosophus et Christianus tantum videntur differre, quantum *verborum et factorum operator* (Apol. adv. Gent. c. 46 [Opp. ed. Leopold. P. I] p. 121).

6. *ἔργον*] In libris mstis et editis legitur *ἀγαθόν*, quod nullo modo ferri potest. Quis tandem *μεῖζον ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι* dixerit? Videlicet (Thirlb.) reponendum est *ἔργον*. Etenim paulo infra: *Διὸ χρὴ πάντα ἄνθρ. φιλοσοφεῖν καὶ τοῦτο μέγιστον καὶ τιμιώτατον ἔργον*

mecum ipse sine ullo impedimento colloquor, — quum nihil afferant quod interpellet: et philologiae haec loca sunt aptissima.

Orationis ergo, inquit, amator es, operis autem et veritatis nequaquam, neque actuosus esse conaris potius quam sophista?

Quod tandem, inquam, maius opus facere quisquam possit, quam si rationem omnibus imperare demonstret, eamque apprehendens eique velut insidens aliorum errores et studia consideret, quomodo nihil agant quod sanum sit neque quod deo placeat? Sine philosophia et recta ratione nemini inesse potest prudentia. Idcirco omni homini philosophandum est atque hoc maximum et praestantissimum opus existimandum, caetera vero in secundis et tertiis ponenda: ac philosophiae quidem si adiuncta fuerint, moderata et quae assumantur digna, si vero incomitata et destituta ab ea sint, importuna iis quorum manibus tractantur et illiberalia existimanda sunt.

Philosophia igitur beatitudinem efficit? inferens ille dixit.

Maxime, inquam, et sola quidem.

ἡγεῖσθαι, Utrobique autem praecedentia respiciuntur senis verba: *Φιλολόγος οὖν τις εἶ σύ, φιλεργὸς δὲ οὐδαμῶς.*

7. *δεῖξαι*] Thirlb. mallet *διῶξαι*, quae coniectura pariter Marano atque mihi displicet.

8. *συλλαβόντα ... ὀχούμενον*] Imitatur Platonem, qui in Phaed. p. 85. C. D (Vol. I. p. 194) dicit elaborandum esse, *τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυσεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος, [ἢ] λόγου θείου τινός, διαπορευθῆναι.*

9. *στερηθ. δὲ ταύτης καὶ* etc.] Thirlb. mallet *στερηθ. δὲ καὶ ταύτης* etc.. Mihi vulgata lectio proba est, *ταύτης* quum facillime queat suppleri. De resurr. c. 6: *συνελθουσῶν* scil. *τούτων*. Vide Apol. I. c. 8. n. 5.

10. *Ἡ οὖν...ὑποτυχὼν ἐκεῖνος*] Codd. msti: *Εἰ οὖν φιλοσοφία εὐδαιμονίαν ποιεῖ, ἔφη, οὐχ ὁ τυχὼν ἐκεῖνος.* In margine autem notatiuncula est haecce: *Οἶμαι οὕτως ἂν εἴη κάλλιον· ἠ οὖν φιλοσοφία εὐδαιμονίαν ποιεῖ, ἔφη ὑποτυχὼν ἐκεῖνος.* Et ita Stephanus probe (vide c. 4. p. 222. B) reposuit in textu, eumque caeteri secuti sunt, nisi quod praeeunte Sylburgio ἠ pro ἢ malunt.

Τί γάρ ἐστι φιλοσοφία, φησί, καὶ τίς ἡ εὐδαιμονία αὐτῆς, εἰ μή τι κωλύει φράζειν, φράσον.

Φιλοσοφία μέν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπιστήμη ἐστὶ τοῦ ὄντος καὶ τοῦ D
ἀληθοῦς ἐπίγνωσις, εὐδαιμονία δὲ ταύτης τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς σοφίας γέρας.

[11]Θεὸν δὲ σὺ τί καλεῖς; ἔφη.

Τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως [12]ἀεὶ ἔχον καὶ τοῦ εἶναι πᾶσι τοῖς ἄλλοις αἴτιον, τοῦτο δή ἐστιν ὁ θεός. Οὕτως ἐγὼ ἀπεκρινάμην αὐτῷ· καὶ ἐτέρπετο ἐκεῖνος ἀκούων μου, οὕτως τέ με ἤρετο πάλιν.

Ἐπιστήμη οὐκ ἔστι κοινὸν ὄνομα διαφόρων πραγμάτων; Ἔν τε γὰρ ταῖς τέχναις ἁπάσαις ὁ ἐπιστάμενος τούτων τινὰ ἐπιστήμων καλεῖται, ἔν τε στρατηγικῇ καὶ κυβερνητικῇ καὶ [13]ἰατρικῇ 221
ὁμοίως. Ἔν τε τοῖς θείοις καὶ ἀνθρωπείοις οὐχ οὕτως ἔχει. Ἐπιστήμη τίς ἐστιν ἡ παρέχουσα αὐτῶν τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν θείων γνῶσιν, ἔπειτα τῆς τούτων θειότητος καὶ δικαιοσύνης ἐπίγνωσιν;

Καὶ μάλα, ἔφην.

Τί οὖν; Ὁμοίως ἐστὶν ἄνθρωπον εἰδέναι καὶ θεόν, ὡς μουσικὴν καὶ ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν ἤ τι τοιοῦτον;

Οὐδαμῶς, ἔφην.

Οὐκ ὀρθῶς ἄρα ἀπεκρίθης ἐμοί, ἔφη ἐκεῖνος· [14]αἱ μὲν γὰρ ἐκ μαθήσεως προσγίνονται ἡμῖν ἢ διατριβῆς τινος, αἱ δὲ ἐκ B
τοῦ ἰδέσθαι παρέχουσι τὴν ἐπιστήμην. [15]Εἴ γέ σοι λέγοι τις ὅτι ἐστὶν [16]ἐν Ἰνδίᾳ ζῶον φυὴν οὐχ ὅμοιον τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖον ἢ τοῖον, πολυειδὲς καὶ ποικίλον, οὐκ ἂν πρότερον εἰ-

11. *Θεὸν*] Thirlb. legendum contendit *τὸ ὄν*. Non tamen textus videtur depravatus esse.

12. *ἀεὶ*] Sic Thirlb. pro vulg. *αἰεὶ* dedit. — Mox idem *δὲ* voluit reponi pro *δή*.

13. *ἰατρικῇ ὁμοίως. Ἔν τε* etc.] Verba in codd. mstis et editis sic distinguuntur: *ἰατρικῇ, ὁμοίως ἔν τε τ. θείοις κ. ἀνθρωπείοις, οὐχ οὕτως ἔχει; Ἐπιστήμη . . . γνῶσιν. Ἔπειτα* (Thirlb. *γνῶσιν, ἔπειτα*)... *ἐπίγνωσιν*; At senex ille, ut ex sequentibus apparet, homines negat cogitatione aut experientia scientiam dei consequi posse: hunc sci-

Quid igitur, inquit, philosophia sit et quae eius beatitudo, nisi quid prohibet eloqui, eloquere.

Philosophia, inquam, est eius quod est scientia et veri cognitio, beatitudo autem huius scientiae et sapientiae praemium.

Deum autem quidnam vocas? inquit.

Quod idem est eodemque modo semper se habet et quod caeteris omnibus causa est cur sint; hoc sane est deus. Ita ego ei respondi; et libenter ille me audiebat, rursusque ita me interrogavit.

Scientia nonne est commune nomen rerum diversarum? In artibus enim omnibus qui harum aliquam novit sciens vocatur, in imperatoria et in gubernatoria et in medica similiter. In rebus divinis et humanis non ita est. Estne scientia quaepiam, quae rerum humanarum et divinarum cognitionem afferat, ac deinde demonstret quae sit in iis divinitatis et iustitiae ratio?

Maxime, inquam.

Quid igitur? Idem est hominem et deum nosse, ac musicam et arithmeticam et astronomiam aut aliquid simile?

Minime, inquam.

Non recte ergo mihi respondisti, inquit ille; aliae enim disciplina et assuetudine quadam a nobis comparantur, aliae vero ex visu scientiam efficiunt. Si quidem quis tibi dicat esse in India animal natura non simile caeteris omnibus, sed tale aut tale, multiforme ac varium: non prius scias quale sit

licet solo visu vel eorum qui viderint disciplina percipi. Quocirca ὁμοίως cum praecedentibus coniunxi. Sic iam Maranus edidit. Eidem negatio (οὐχ) videtur expungenda esse *(In div. et hum. rebus an ita se res habet?)*, quam equidem retinui interrogationis signo post ἔχει deleto.

14. *αἱ μὲν . . . αἱ δὲ*] Mallet Thirlb. *τὰ μὲν . . . τὰ δὲ* vel *αἱ μὲν . . . ταῦτα δέ.*

15. *Εἴ γε*] Alii legent *εἰ γάρ.* Tu nihil muta. *Thirlbius.*

16. *ἐν Ἰνδίᾳ*] Plinius Hist. nat. VII. 2: „Praecipue India Aethiopumque tractus miraculis scatent."

δείης ἢ ἴδοις αὐτό, ἀλλ' οὐδὲ λόγον ἂν ἔχοις εἰπεῖν [17] αὐτοῦ τινα εἰ μὴ ἀκούσαις τοῦ ἑωρακότος.

Οὐ γάρ, φημί.

[18] Πῶς οὖν ἄν, ἔφη, περὶ θεοῦ ὀρθῶς φρονοῖεν οἱ φιλόσοφοι ἢ λέγοιέν τι ἀληθές, ἐπιστήμην αὐτοῦ μὴ ἔχοντες, μηδὲ ἰδόντες ποτὲ ἢ ἀκούσαντες;

Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς, ἦν δ' ἐγώ, [19] αὐτοῖς, πάτερ, C
ὁρατὸν τὸ θεῖον ὡς [20] τὰ ἄλλα ζῶα, ἀλλὰ μόνῳ νῷ καταληπτόν, ὥς φησι Πλάτων, καὶ ἐγὼ πείθομαι αὐτῷ.

4. [1] Ἔστιν οὖν, φησί, τῷ νῷ ἡμῶν τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη δύναμις, ἢ μὴ τάχιον δι' αἰσθήσεως ἔλαβεν; [2] Ἦ τὸν θεὸν ἀνθρώπου νοῦς ὄψεταί ποτε μὴ ἁγίῳ πνεύματι κεκοσμημένος; 145

Φησὶ γὰρ [3] Πλάτων, ἦν δ' ἐγώ, αὐτὸ τοιοῦτον εἶναι τὸ τοῦ νοῦ ὄμμα καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῖν δεδόσθαι, ὡς δύνασθαι καθορᾶν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὂν εἰλικρινεῖ αὐτῷ ἐκείνῳ, ὃ τῶν νοητῶν ἁπάν- D

17. αὐτοῦ] Fortasse περὶ αὐτοῦ. Non muto. Thirlbius etiam commendavit, nimia usus mutatione: λέγειν ἂν ἔχοις περὶ αὐτοῦ τι.

18. Πῶς οὖν etc.] Cohort. ad Gent. c. 5 (coll. cc. 3. 8. 11): Ἀδύνατον γὰρ τοὺς τὰ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα μὴ παρά τινων εἰδότων μεμαθηκότας ἢ αὐτοὺς εἰδέναι ἢ ἑτέρους δύνασθαι διδάσκειν ὀρθῶς.

19. αὐτοῖς] Praeter necessitatem Thirlbius mavult αἰσθητοῖς et mox οἷς pro ὡς. — Nomen πάτερ Perionio redundare videtur. Est vero (Sylburg.) honoris causa additum, praesertim quum Iustinus hunc senem supra (p. 219. D) dixerit canitie pariter atque moribus venerabilem fuisse.

20. τὰ ἄλλα ζῶα] Illud ἄλλα Perionius non a Martyre positum opinatur, quandoquidem nefas sit deum animal ab illo dictum credere. At Iustinus vero hic Platonicus est. Satis constat deum a Platone ζῶον (vern. *Wesen* — c. 93. p. 321. B, c. 114. p. 341. E, de res. c. 5. p. 591. A, c. 8. p. 593. D) ἀΐδιον vocari: Tim. p. 37. D (Vol. IX. p. 317), coll. Epinom. p. 984 sq. (Vol. IX. p. 258 sqq.). Idem in Tim. p. 77. B (p. 403): Πᾶν γὰρ οὖν, ὅ τι περ ἂν μετάσχῃ τοῦ ζῆν, ζῶον μὲν ἂν ἐν δίκῃ λέγοιτο ὀρθότατα. Aliter Thirlbius defendit vulgarem lectionem. Ἄλλος enim haud raro in imperfecta et impropria relatione usurpatur. Plat. Theaet. p. 174. B (Vol. II. p. 117): εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ἤ τι ἄλλο θρέμμα. De legg. XI. p. 916. D (Vol. IX. p. 128): ἀλλαττόμενος ἢ νόμισμα ἀντὶ νομίσματος ἢ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁτιοῦν. Adde Gorg. p. 473. C (Vol. IV. p. 59): ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων. — Cf. etiam Apol. I. c. 6. n. 2 fin. et Pape *Hand-*

quam videris, sed neque ullam illius rationem possis reddere nisi ex eo qui viderit audieris.

Non profecto, inquam.

Quomodo igitur, inquit, de deo philosophi recte sentiant aut quidquam veri dicant, scientiam eius non habentes, ut qui neque visu neque auditione quidquam de eo unquam perceperint?

At oculis, inquam, pater, divinum numen ut caetera animalia ab illis videri non potest, sed sola mente percipi, ut ait Plato, cui ego fidem habeo.

4. Inest igitur, inquit, menti nostrae talis quaedam ac tanta vis, aut non citius sensu percepisset? Aut deum videbit aliquando humana mens spiritu sancto non exornata?

Ait enim Plato, inquam, talem esse mentis oculum atque ad hoc nobis datum fuisse, ut ipsum illud quod est hoc ipso integro oculo videre possimus, quod causa est eorum omnium

wörterb. d. griech. Sprache Tom. I. p. 92. „Quod autem," ille inquit editor, „animalium hîc mentionem facit Iustinus, id propter senis animal Indicum factum est, cui exemplo hîc respondet."

1. *Ἔστιν* etc.] Quod quaerere vult senex, hoc, nisi valde fallor, est: sitne in mente nostra ea facultas ut contemplari aliquid complectique cogitatione possit, cuius notitiam sensus ei prius non invexissent. Respicitur notum illud: „Quicquid animo cernimus, id omne oritur a sensibus." *Thirlbius.* — Vulgo legitur *ὃ μὴ τάχιον*, quod Marano suadente in *ἢ μὴ τάχιον* mutavi. Fortasse scribendum *ἢ μὴ τάχιον τὸ ὄν*, ut error natus sit ex syllaba *ον* repetita. Responsio enim praebet: *αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὄν*. Sed iam supra c. 3. p. 220. D. *τὸ ὂν* memoratur: *Φιλοσοφία ... ἐπιστήμη ἐστὶ τοῦ ὄντος*.

2. *Ἢ ... κεκοσμ.*] Irenaeus adv. haeres. IV. c. 20. §. 6. p. 254. ed. Massuet.: „Videbitur deus ab hominibus, qui portant spiritum eius." Coll. ib. §. 8 sqq. p. 255 sq..

3. *Πλάτων*] Phaedon. p. 65. E. 66. A. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 149): *Ἆρ' οὖν ἐκεῖνος ἂν τοῦτο ποιήσειε καθαρώτατα, ὅστις ὅ τι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι μήτε τινὰ ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροῖ θηρεύειν τῶν ὄντων* etc.. *Ἆρ' οὐχ οὗτός ἐστιν, ὦ Σ., εἴπερ τις ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ ὄντος;* Alii forsan scribent hîc et apud Iustinum *εἱλικρινεῖ* (c. spir. asp.).

των ἐστὶν αἴτιον, οὐ χρῶμα ἔχον, οὐ σχῆμα, οὐ μέγεθος, οὐδὲ οὐδὲν ὧν ὀφθαλμὸς βλέπει· [4]ἀλλά τι ὂν τοῦτ' αὐτό, [5]φησί, ὂν ἐπέκεινα πάσης οὐσίας, οὔτε ῥητὸν οὔτε ἀγορευτόν, ἀλλὰ μόνον καλὸν καὶ ἀγαθόν, ἐξαίφνης ταῖς εὖ πεφυκυίαις ψυχαῖς ἐγγινόμενον διὰ τὸ συγγενὲς καὶ ἔρωτα τοῦ ἰδέσθαι.

Τίς οὖν ἡμῖν, ἔλεγε, συγγένεια πρὸς τὸν θεόν ἐστιν; Ἢ καὶ ἡ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι καὶ αὐτοῦ ἐκείνου [6]τοῦ βασι- E
λικοῦ νοῦ μέρος; Ὡς δὲ ἐκεῖνος ὁρᾷ τὸν θεόν, οὕτω καὶ ἡμῖν ἐφικτὸν τῷ ἡμετέρῳ νῷ συλλαβεῖν τὸ θεῖον καὶ τοὐντεῦθεν ἤδη εὐδαιμονεῖν;

Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην.

Πᾶσαι δ' [7]αὐτὸ διὰ πάντων αἱ ψυχαὶ χωροῦσι τῶν ζώων, ἠρώτα, ἢ ἄλλη μὲν ἀνθρώπου, ἄλλη δὲ ἵππου καὶ ὄνου;

Οὔκ, ἀλλ' αἱ αὐταὶ ἐν πᾶσίν εἰσιν, ἀπεκρινάμην. 222

Ὄψονται ἄρα, φησί, καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι ἢ εἶδόν ποτε τὸν θεόν;

Οὔκ, ἔφην· οὐδὲ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μή τις ἐν δίκῃ βιώσαιτο, καθηράμενος δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ πάσῃ.

Οὐκ ἄρα, ἔφη, διὰ τὸ συγγενὲς ὁρᾷ τὸν θεόν, οὐδ' ὅτι [8]νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὅτι σώφρων καὶ δίκαιος.

Ναί, ἔφην, καὶ διὰ τὸ ἔχειν ᾧ νοεῖ τὸν θεόν.

Τί οὖν; Ἀδικοῦσί τινα αἶγες ἢ πρόβατα;

4. ἀλλά τι etc.] Scil. ἐστί seu melius εἶναι. Vulgo ἀλλά ... φημί etc.. Thirlbius coniecit ἀλλὰ τὸ ὂν τὸ αὐτὸ vel τοῦτ' αὐτό. Supra αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὄν. Idem ἀλλὰ τί; vel ἀλλὰ τί ὂν τοῦτ' αὐτό φημι; Maranus ἀλλὰ τί ὄν; vel ἀλλά τι ὂν τοιοῦτον. Non muto nisi φημί. Videlicet Platonis verba quum afferantur, est φησὶ refingendum: saepissime enim Σ et Μ in codd. mstis confunduntur. Reperitur idem error c. 142. p. 371: C. Aliis fortasse scribere placet ὃ (sc. ἐστί) ἐπέκ. pro ὂν ἐπ.. Sed ferri potest scriptura vulgaris.

5. φησί] Plato de republ. p. 509. B (Vol. VII. p. 120): οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος.

6. τοῦ βασιλικοῦ νοῦ] Plato Phileb. p. 30. D (Vol. IV. p. 248): Οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχήν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι. — Apulei. in Pymand. p. 192. ed. Flor.:

quae mente percipiuntur, non colorem habens, non figuram, non magnitudinem, nec quidquam eorum quae oculis cernuntur: sed hoc ipsum quod est quiddam esse, ait, quod supra omnem essentiam, non enarrabile neque explicabile, solum pulchrum et bonum, illico animis a natura bene informatis insitum ob cognationem et videndi cupiditatem.

Quaenam igitur nobis, dixit, cognatio cum deo est? Num anima divina et immortalis est et ipsius regiae illius mentis particula? Quemadmodum autem illa deum videt, ita et nos consequi possumus ut mente nostra divinum numen complectamur indeque iam simus beati?

Omnino, inquam.

Num id omnes comprehendunt animae in omnibus animalibus, interrogabat, an alia hominis anima, alia equi et asini?

Minime, sed eaedem sunt in omnibus, respondi.

Videbunt igitur, inquit, et equi et asini aut viderunt deum aliquando?

Minime, inquam; nam ne hominum quidem vulgus, nisi quis legitime vixerit, lustratus iustitia caeterisque virtutibus omnibus.

Non ergo, inquit, propter cognationem videt deum, neque eo quod mens sit, sed quia temperans et iusta.

Sane, inquam, et quia habet quo intelligat deum.

Quid igitur? Iniuriam faciunt cuiquam caprae vel oves?

„Mens quidem ... ex ipsa dei essentia, si qua est eius essentia, nascitur“ etc..

7. *αὐτὸ*] Scil. *τὸ θεῖον*. Codd. msti et editi *αὐτῷ*, quod tolerari nequit, ne ea quidem ratione, qua ad Platonem refertur: *secundum eum*. Accusativum desiderat *χωροῦσι*, quod antecedenti *συλλαβεῖν* respondet. Thirlbius vult *Πᾶσαι δ' αὐτὸ καὶ πάντων* etc.. Quamquam (Maran.) praepositionem *διὰ* nihil vetat retinere.

8. *νοῦς ἐστιν*] Thirlbii coniectura *νοῦν ἔχει* (in resp.: *διὰ τὸ ἔχειν ᾧ νοεῖ*) acute excogitata est; Plat. Tim. p. 30. B (Vol. IX. p. 305): *νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστάς*. At non necessaria videtur. Sunt autem verba ad *ψυχὴν* referenda. Male vertunt: *neque eo quod mens sit, verum quod castus et iustus*. — Post *δίκαιος*, quemadmodum paulo infra post *ζῶα*, in vulgato textu nota interrogationis vitiose exhibetur.

Οὐδὲν οὐδένα, ἦν δ' ἐγώ.

Ὄψονται ἄρα, φησί, κατὰ τὸν σὸν λόγον καὶ ταῦτα τὰ B ζῶα.

Οὔ· [9] τὸ γὰρ σῶμα αὐτοῖς, τοιοῦτον ὄν, ἐμπόδιόν ἐστιν.

Εἰ λάβοιεν φωνὴν τὰ ζῶα ταῦτα, ὑποτυχὼν ἐκεῖνος, εὖ ἴσθι ὅτι πολὺ ἂν εὐλογώτερον ἐκεῖνα τῷ ἡμετέρῳ σώματι λοιδοροῖντο· νῦν δ' ἐάσωμεν [10] οὕτω, καί σοι ὡς λέγεις συγκεχωρήσθω. Ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ· Ἕως ἐν τῷ σώματί ἐστιν ἡ ψυχὴ βλέπει, ἢ ἀπαλλαγεῖσα τούτου;

Καὶ [11] ἕως μέν ἐστιν ἐν ἀνθρώπου εἴδει, δυνατὸν αὐτῇ, φημί, ἐγγενέσθαι διὰ τοῦ νοῦ, [12] μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ C σώματος καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γενομένη τυγχάνει οὗ ἤρα πάντα τὸν χρόνον πάντως.

Ἦ καὶ μέμνηται [13] τούτου πάλιν ἐν ἀνθρώπῳ γενομένη; 147

Οὔ μοι δοκεῖ, ἔφην.

Τί οὖν ὄφελος ταῖς ἰδούσαις, ἢ τί πλέον τοῦ μὴ ἰδόντος ὁ ἰδὼν ἔχει, εἰ μηδὲ αὐτὸ τοῦτο ὅτι εἶδε μέμνηται;

Οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ἦν δ' ἐγώ.

Αἱ δὲ ἀνάξιαι ταύτης τῆς θέας κριθεῖσαι τί πάσχουσιν; ἔφη.

9. τὸ ... ἐστιν] Pythagoras et Plato teste Pseudo-Plutarcho de placitis philosoph. V. c. 20 idem docuerunt: brutis animas inesse rationales (λογικὰς ψυχάς); sed quo minus naturalem exserant rationem, corporum organa impedire.

10. οὕτω] Conieceris τοῦτο. Non muto.

11. ἕως μὲν ἐστιν ἐν ἀνθρώπου εἴδει] Plato Phaedon. p. 72. E. 73. A (Vol. I. p. 165): Τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχὴ πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι. Ib. p. 76. C (p. 173): Ἦσαν ἄρα, ὦ Σιμμία, αἱ ψυχαὶ καὶ πρότερον, πρὶν εἶναι ἐν ἀνθρώπου εἴδει. Ib. p. 92. B (p. 209): εἶναι τὴν ψυχὴν πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπου εἶδός τε καὶ σῶμα ἀφικέσθαι. Phaedr. p. 249. A. B (Vol. X. p. 326): διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου. — Mox pro ἐγγενέσθαι (scil. τὸ βλέπειν τὸν θεόν) Thirlbius mallet συγγίνεσθαι, sine necessitate.

12. μάλιστα ... πάντως] Plato Phaedon. p. 66. B (Vol. I. p. 150): ... ὅτι, ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν

Prorsus nemini, inquam.

Videbunt ergo, inquit, secundum tuam ratiocinationem et ista animalia.

Minime; corpus enim iis, quum tale sit, impedimento est.

Si vocem accipiant haec animalia, inferens ille ait, probe scias multo potiori iure illa convicium corpori nostro factura esse; nunc autem id omittamus, ac tibi sicut dicis concedatur. Illud autem mihi responde: Animane deum videt quamdiu in corpore est, an postquam eo soluta?

Quamdiu in hominis forma est, inquam, potest id mente consequi, tum vero maxime, quum corpore soluta est ac secum ipsa versatur, eius quem quovis tempore adamavit omnino fit compos.

An etiam vidisse se deum meminit, quum rursus in homine est?

Non mihi videtur, inquam.

Quid igitur prodest vidisse, aut qui vidit quid amplius habet quam qui non vidit, si ne id quidem ipsum, nempe vidisse se, in memoria habet?

Dicere non possum, inquam.

Quae vero indignae quae viderent iudicatae sunt quid patiuntur? inquit.

καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μή ποτε κτησώμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν. Ib. p. 66. D. E. 67. A (p. 151): Ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται ὅτι, εἰ μέλλομέν ποτε καθαρῶς τι εἴσεσθαι, ἀπαλλακτέον αὐτοῦ καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ τὰ πράγματα· καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι, φρονήσεως, ἐπειδὰν τελευτήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι δὲ οὔ.... Τότε γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἔσται ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, πρότερον δ' οὔ. P. 67. E. 68. A (p. 154): Οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν, οἷ ἀφικομένοις ἐλπίς ἐστιν οὗ διὰ βίου ἤρων τυχεῖν; — Pro πάντως (in fine commatii) Reg. et editi πάντων praebent, Clar. πάντα. Mallet Thirlbius illud πάντων penitus deleri, Sylburgius vero reponi πάντων μάλιστα vel ὑπὲρ πάντων. Dedi equidem πάντως, Pearsoni coniecturam. *N* et *Σ* facile confunduntur.

13. τούτου] Scil. ὅτι εἶδε τὸν θεόν.

[14] Εἴς τινα θηρίων ἐνδεσμεύονται σώματα, καὶ αὕτη ἐστὶ κόλασις αὐτῶν.

Οἴδασιν οὖν ὅτι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐν τοιούτοις εἰσὶ σώμασι καὶ ὅτι ἐξήμαρτόν τι; D

Οὐ νομίζω.

Οὐδὲ ταύταις ἄρα ὄφελός τι τῆς κολάσεως, [15] ὡς ἔοικεν· ἀλλ' οὐδὲ κολάζεσθαι αὐτὰς λέγοιμι, εἰ μὴ ἀντιλαμβάνονται τῆς κολάσεως.

Οὐ γάρ.

Οὔτε οὖν ὁρῶσι τὸν θεὸν αἱ ψυχαί, οὔτε μεταμείβουσιν εἰς ἕτερα σώματα· [16] ἤδεσαν γὰρ ἂν ὅτι κολάζονται οὕτως, καὶ ἐφοβοῦντο ἂν καὶ τὸ τυχὸν ἐξαμαρτεῖν ὕστερον. Νοεῖν δὲ αὐτὰς E δύνασθαι ὅτι ἔστι θεὸς καὶ δικαιοσύνη καὶ εὐσέβεια καλόν, κἀγὼ συντίθεμαι, ἔφη.

Ὀρθῶς λέγεις, εἶπον.

5. Οὐδὲν οὖν ἴσασι περὶ τούτων ἐκεῖνοι οἱ φιλόσοφοι· οὐδὲ γὰρ ὅ τί ποτέ ἐστι ψυχὴ ἔχουσιν εἰπεῖν.

Οὐκ ἔοικεν.

Οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτήν· ὅτι εἰ ἀθάνατός ἐστι, καὶ ἀγέννητος δηλαδή. 148

[1] Ἀγέννητος δὲ καὶ ἀθάνατός ἐστι κατά τινας λεγομένους 223 Πλατωνικούς.

Ἦ καὶ τὸν κόσμον σὺ ἀγέννητον λέγεις;

Εἰσὶν οἱ λέγοντες, οὐ μέντοι γε αὐτοῖς συγκατατίθεμαι ἐγώ.

Ὀρθῶς ποιῶν. [2] Τίνα γὰρ λόγον ἔχει σῶμα οὕτω στερεὸν

14. *Εἴς ... αὐτῶν*] Cf. Plat. Phaed. p. 81 sq. (Vol. I. p. 184 sqq.) et Tim. p. 42 (Vol. IX. p. 327 sq.).

15. *ὡς ἔοικεν*] Hoc Iustini potius videtur esse dictum quam senis. Sed si Iustino tribuatur, legendum erit, ut paulo post, *οὐκ ἔοικεν*. *Maranus*.

16. *ἤδεσαν*] Vulgo Stephani errore *ἤδοσαν*. Sylburg., Pearson., Thirlb., Maran. voluerunt legi *ᾔδεισαν*. Recepi *ἤδεσαν* ex codd. mstis. Caeterum eodem adversus *μετεμψύχωσιν* argumento utitur Irenaeus l. c. II. c. 33. §. 1. p. 167: „Si enim ob hoc emittebantur (sc. animae), uti in omni fierent operatione, oportebat eas meminisse eorum quae ante facta sunt, uti ea quae deerant adimplerent et non circa eadem semper volutantes continuatim miserabiliter laborarent." Pseudo-Clemens Alex. Eclog. proph. c. 17: "Ἐχρῆν γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς ὅπου ἦμεν,

In aliqua ferarum corpora coniiciuntur velut in vincula, atque haec est poena eorum.

Noverunt igitur hanc ob causam se in eiusmodi esse corporibus et quod aliquid a se peccatum sit?

Non puto.

Nihil igitur utilitatis ex poena percipiunt, ut videtur: immo ne puniri quidem eas dixerim, si poenam non sentiunt.

Non sane.

Non ergo deum vident animae, nec transmigrant in alia corpora: scirent enim sese ita puniri, ac metuerent ne quid deinceps vel leviter peccarent. Intelligere autem eas posse et deum esse atque iustitiam et pietatem praeclarum quidpiam esse, ipse quoque assentior, inquit.

Recte dicis, inquam.

5. Nihil igitur de his rebus sciunt isti philosophi: neque enim quid sit anima possunt dicere.

Non videtur.

Nec sane immortalis dicenda est; nam si immortalis est, nimirum ingenita quoque.

Ingenita autem et immortalis est ex quorumdam qui Platonici dicuntur sententia.

An tu ipsum mundum ingenitum dicis?

Sunt qui dicant, sed iis ego non assentior.

Recte facis. Quam enim rationem habet corpus, quod

εἰ προῄμεν. Adde Tertullian. de anima c. 31 (Opp. ed. Leopold. P. IV) p. 212.

1. *Ἀγέννητος ... Πλατωνικούς*] Haec quoque verba editores excepto Marano in senem contulerunt. Caeterum cf. Plat. Phaedr. p. 245 sq. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. X. p. 318 sqq.).

2. *Τίνα γὰρ λόγον ἔχει σῶμα οὕτω στερεὸν* etc.] Plato Tim. p. 28. B (Vol. IX. p. 302): *Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω· σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δὲ αἰσθητά, δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη.* Lactantius In-

καὶ ἀντιτυπίαν ἔχον καὶ σύνθετον καὶ ἀλλοιούμενον καὶ φθίνον καὶ γινόμενον ἑκάστης ἡμέρας μὴ ἀπ' ἀρχῆς τινος ἡγεῖσθαι γεγονέναι; Εἰ δ' ὁ κόσμος γεννητός, ἀνάγκη καὶ τὰς ψυχὰς γεγονέναι [3] καὶ οὐκ εἶναί ποι τάχα· διὰ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐγένοντο B
καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, εἰ ὅλως κατ' ἰδίαν καὶ μὴ μετὰ τῶν ἰδίων σωμάτων φήσεις αὐτὰς γεγονέναι.

Οὕτως δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν.

Οὐκ ἄρα ἀθάνατοι.

[4] Οὔκ, ἐπειδὴ καὶ ὁ κόσμος γεννητὸς ἡμῖν ἐφάνη. [5] Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· [6] ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. [7] Ἀλλὰ τί; [8] Τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν ἐν κρείττονί ποι χώρῳ μένειν, τὰς δὲ ἀδίκους καὶ πονηρὰς ἐν χείρονι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας χρόνον τότε. [9] Οὕτως αἱ μέν, ἄξιαι τοῦ θεοῦ φανεῖσαι, οὐκ ἀποθνήσκουσιν C

stitt. div. II. c. 9. p. 111: „Quidquid est solido et contractibili corpore, accipit externam vim. Quod accipit vim, dissolubile est. Quod dissolvitur, interit. Quod interit, ortum sit necesse est."

3. καὶ οὐκ εἶναί ποι τάχα] Langus legit καὶ εἶναί ποι τάχα.

4. Οὔκ] Clar. οὔ. Antea (post ἀθάν.) notam interrogandi habet; sic et Maranus.

5. Ἀλλὰ ... ἐγώ] In hoc commatio cum accentu efferenda sunt verba οὐδὲ ἀποθνήσκειν: *prorsus non perire*. Cf. Apol. I. c. 26: ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν (*minime morituros esse*). Vox πάσας, quae omitti poterat, ad τὰς ψυχὰς addita est notionis amplificandae gratia: *animas quae* vel *quotcunque sunt*. Senex igitur affirmat universas animas (πάσ. τ. ψυχ.) immortales esse (οὐδὲ ἀποθν.). Aliter locus explicari nequit, id quod etiam Maranus (sic vertit: *Non tamen perire dico ullas animas; —* sed minus bene οὐδὲ πάσας connectit: *nullas*) intellexit. Firmatur haec explicatio verbis appositis: ἕρμαιον γὰρ ἦν (sc. si morerentur animae) ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. Itaque et malorum animae neutiquam moriuntur, quia hoc in lucro iis futurum esset. „Si quas," Maranus recte ait, „excipiendas putasset quae morerentur, non alias excepisset quam malorum; nemo enim suspicabitur eum animas iustorum interituras credidisse. Ergo cum nominatim malorum animas non mori pronuntiat, omnibus prorsus aeternitatem adstruit." Ad ea si animum attendisset Roesslerus (*Biblioth. der Kirchenväter* Tom. I. p. 141), melius haud dubie interpretatus esset. Exponit enim scriptor capp. 5 et 6 animam sua natura s. per se, genitam quum sit, morti obnoxiam esse ac posse interire. Nihilosecius immortalem esse, ita tamen, ut immortalitas donum sit a deo datum: hunc scilicet velle, ut neque solvatur anima neque in mortis fatum

adeo solidum et durum et coagmentatum est et immutatur et perit et nascitur quotidie, non a causa aliqua ortum censere? Quodsi mundus genitus est, necesse est animas quoque genitas esse ac posse nullas esse; sunt enim factae hominum et caeterorum animalium causa, si omnino separatim et non una cum propriis corporibus genitas dices.

Videtur hoc recte se habere.

Non ergo immortales sunt.

Non, siquidem mundum quoque esse genitum apparet.

Verum enimvero minime morituras esse dico universas animas; vere enim de lucro id esset improbis. Quid igitur? Piorum quidem animas in meliore loco manere, iniquas autem et malas in deteriore, tunc iudicii tempus exspectantes. Sic istae, quum deo dignae iudicatae fuerint, non iam moriuntur;

incurrat. Idem docet Irenaeus adv. haeres. II. c. 34. §. 2—4. p. 169. ed. Mass.; cf. Pseudo-Iustini Quaestt. et Respp. ad Orthod. 61. — Unum addam. Provocavit ad Iustinum Henr. Dodwell, ut paradoxam suam de animae immortalitate opinionem firmaret, in libro: The natural mortality of humane souls clearly demonstrated from the holy scriptures and the concurrent testimonies of the primitive writers. Lond. 1708. 8. Plura de controversia ista dabit Lechler *Geschichte des englischen Deismus* (Stuttg. 1841) p. 211 sqq..

6. *ἕρμαιον ... κακοῖς*] Eodem argumento utitur Iustinus iisdem fere verbis in Apol. I. c. 18. p. 64. E; ibidem n. 1 similem Platonis sententiam laudavi.

7. *Ἀλλὰ τί*] Haec verba Iebbius tribuit Iustino. Parum interest.

8. *Τὰς . . . τότε*] Irenaeus l. c. V. c. 31. §. 2. p. 331: *Αἱ ψυχαὶ ἀπέρχονται εἰς* . . . (vers. lat. *invisibilem*) *τὸν τόπον τὸν ὡρισμένον αὐταῖς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, κἀκεῖ μέχρι τῆς ἀναστάσεως φοιτῶσι περιμένουσαι τὴν ἀνάστασιν.* Comp. Tertullian. de anima c. 58 et Novatian. de trinit. c. 2. — Pro *τότε*, quod ferri potest (*tunc*, vern. *dann*), Thirlbius Marano adstipulante vult *ποτὲ* legi.

9. *Οὕτως ... θέλῃ*] Donum immortalitatis opponitur supplicio per ignem aeternum: Apol. I. c. 21 fine. — Coniecit Thirlb. *ὅπως . . . ἀποθνήσκωσιν . . . κολάζωνται.* Idem mallet *τῷ θεῷ*. Non muto. Participium *φανεῖσαι* autem pro vulg. *φανεῖσθαι* solus Sylburgius orationi inseruit. — Verba *αἱ δὲ ... θέλῃ* quod attinet, Irenaeum audias l. c. II. c. 34. §. 3. p. 169: „Sic et de animabus et de spiritibus et omnino de omnibus his quae facta sunt cogitans quis, minime peccabit: quando omnia, quae facta sunt, initium quidem facturae suae habeant, perseverant autem quoadusque ea deus et esse et perseverare voluerit." Recte Ieb-

ἔτι· αἱ δὲ κολάζονται, ἔστ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ θεὸς θέλῃ.

[10]Ἆρα τοιοῦτόν ἐστιν ὃ λέγεις, οἷον καὶ [11]Πλάτων ἐν Τιμαίῳ αἰνίσσεται περὶ τοῦ κόσμου, λέγων ὅτι αὐτὸς μὲν καὶ φθαρτός ἐστιν ᾗ γέγονεν, οὐ λυθήσεται δὲ οὐδὲ τεύξεται θανάτου μοίρας διὰ τὴν βούλησιν τοῦ θεοῦ; Τοῦτ' αὐτό σοι δοκεῖ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς πάντων πέρι λέγεσθαι; Ὅσα γάρ ἐστι μετὰ D
τὸν θεὸν ἢ ἔσται ποτέ, ταῦτα φύσιν φθαρτὴν [12]ἔχειν, καὶ οἷά τε ἐξαφανισθῆναι καὶ μὴ εἶναι ἔτι· μόνος γὰρ ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὁ θεὸς καὶ διὰ τοῦτο θεός ἐστι, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μετὰ τοῦτον γεννητὰ καὶ φθαρτά. Τούτου χάριν καὶ [13]ἀποθνήσκουσιν αἱ ψυχαὶ καὶ κολάζονται· ἐπεὶ εἰ ἀγέννητοι ἦσαν, οὔτ' ἂν ἐξημάρτανον οὔτ' ἀφροσύνης [14]ἀνάπλεῳ ἦσαν, οὐδὲ δειλαὶ καὶ θρασεῖαι πάλιν, ἀλλ' οὐδὲ ἑκοῦσαι ποτὲ [15]εἰς σύας ἐχώ- E 150
ρουν καὶ ὄφεις καὶ κύνας, οὐδὲ μὴν ἀναγκάζεσθαι αὐτὰς θέμις, εἴπερ εἰσὶν ἀγέννητοι. Τὸ γὰρ ἀγέννητον τῷ ἀγεννήτῳ ὅμοιόν ἐστι καὶ ἴσον καὶ ταὐτόν, καὶ οὔτε δυνάμει οὔτε τιμῇ προκρι-

bius: „Quod dicit Iustinus malorum animas esse excruciandas, quoad eas et esse et excruciari vult deus, haec verba haud ita sunt accipienda, quasi ambigeret S. Martyr de aeternis impiorum suppliciis, quos utique *αἰωνίαν κόλασιν κολασθήσεσθαι* perspicue alibi asseverasset [Apol. I. c. 8. p. 57. B; coll. c. 28. p. 71. B, Dial. c. Tr. c. 130. p. 359. D. al.], verum ut innueret non per seipsas animas existere, sed propter dei voluntatem, quem penes est et interficere et in nihilum illas redigere, quandocunque voluerit."

10. *Ἆρα τοιοῦτόν* etc.] Incipit loqui Iustinus: ubi desinat, minus liquet. Stephan., Lang., Sylburg., Iebb. senis responsionem ordiuntur a verbis *Ὅσα γάρ ἐστι*, Thirlb. melius inde a *Τούτου χάριν*. Optime autem Maranus haec omnia, quae arcte cohaerent, Iustino restituit. Videbantur quidem illi critico verba *Τὸ γὰρ ἀγέννητον* etc. prima specie in senem conferenda, ut Platoni, qui materiam aeternam et increatam putabat, adversantia. Sed, ut inter alia probe observat, paulo ante dicit Iustinus solum deum esse ingenitum, quare non mirum, si hic duo esse ingenita negat. Huc accedit, quod idem, dum duo ingenita esse negat, animum ad ipsam materiam non advertit, sed de mundo, qui ex materia factus est, ac de rebus loquitur, quae universo mundo continentur.

11. *Πλάτων... περὶ τ. κόσμου* etc.] Tim. p. 41. A. B (Vol. IX. p. 324 sq.): *Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέ-*

hae vero puniuntur, quamdiu eas et esse et puniri deus voluerit.

Num tale est quod dicis, quale id quod etiam Plato in Timaeo subobscure tradit de mundo, corruptioni eum obnoxium esse dicens quatenus genitus est, futurum tamen propter dei voluntatem ut neque solvatur neque in mortis fatum incurrat? Hoc ipsum tibi placet et de anima et generatim de omnibus dici? Quaecunque enim post deum sunt aut erunt aliquando, ea naturam habent corruptioni obnoxiam, ac talia sunt ut aboleri possint et iam nulla esse; solus enim deus nec genitus nec corruptioni obnoxius est ac propterea deus est: reliqua vero omnia, quae post hunc sunt, genita et corruptioni obnoxia. Qua de causa et moriuntur animae et puniuntur; nam si ingenitae essent, nec peccarent nec stultitia redundarent, neque ignavae essent ac rursus feroces, neque etiam sua sponte in sues unquam migrarent et serpentes et canes, immo nefas illas cogi, siquidem essent ingenitae. Ingenitum enim ingenito simile est et par et idem, et nec potestate nec dignitate alte-

λωσι θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γ' ἐθέλοντος. Τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν, τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν κακοῦ. Δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔ τι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δέσμου καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε ξυνεδεῖσθε. Vide Cohort. ad Gent. c. 23. p. 21. C. D. — Thirlbius pro λέγων vitiose λέγω.

12. ἔχειν] Si senex hic loqui incipit (vide n. 10), pro ἔχειν legendum est ἔχει. Servamus lectionem receptam supplendo ex praecedentibus Πλάτων αἰνίσσεται. — De verbis quae sequuntur (μόνος γὰρ ἀγέννητος) Apol. I. c. 14. n. 3 consulas.

13. ἀποθνήσκουσιν] Fortius dictum est quam οὐκ ἀθάνατοί s. θνηταί εἰσιν. Cf. supra p. 222. E (vide n. 5 fin. et 9).

14. ἀνάπλεῳ] Ita recte Sylburg. et Maran.; caeteri ut codd. msti ἀνάπλεω (absque ι subscr.).

15. εἰς σύας ἐχώρουν etc.] Concesserat supra (c. 4. p. 222. D) Iustinus animas neutiquam in alia corpora migrare. Forsan igitur hic eas indicat quae sunt in brutis; nempe c. 4. p. 222. A. in omnibus easdem esse contendit.

θείη ἂν θατέρου τὸ ἕτερον, ὅθεν οὐδὲ πολλά ἐστι τὰ ἀγέννητα· εἰ γὰρ διαφορά τις ἦν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἂν εὕροις ἀναζητῶν τὸ 224 αἴτιον τῆς διαφορᾶς, ἀλλ' [16] ἐπ' ἄπειρον ἀεὶ τὴν διάνοιαν πέμπων ἐπὶ ἑνός ποτε στήσῃ ἀγεννήτου καμὼν καὶ τοῦτο φήσεις ἁπάντων αἴτιον. [17] Εἶτε ἔλαθε, φημὶ ἐγώ, Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν, σοφοὺς ἄνδρας, οἳ ὥσπερ τεῖχος ἡμῖν καὶ ἔρεισμα φιλοσοφίας ἐξεγένοντο;

6. Οὐδὲν ἐμοί, ἔφη, μέλει Πλάτωνος οὐδὲ Πυθαγόρου οὐδὲ ἁπλῶς οὐδενὸς ὅλως τοιαῦτα δοξάζοντος. Τὸ γὰρ ἀληθὲς οὕτως ἔχει· μάθοις δ' ἂν ἐντεῦθεν. Ἡ ψυχὴ ἤτοι ζωή ἐστιν ἢ B ζωὴν ἔχει. Εἰ μὲν οὖν ζωή ἐστιν, ἄλλο τι ἂν ποιήσειε ζῆν, οὐχ ἑαυτήν, ὡς καὶ [1] κίνησις ἄλλο τι κινήσειε μᾶλλον ἢ ἑαυτήν. Ὅτι δὲ ζῇ ψυχή, οὐδεὶς ἀντείποι. Εἰ δὲ ζῇ, [2] οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ, ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς· ἕτερον δέ τι τὸ μετέχον τινὸς ἐκείνου οὗ μετέχει. Ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ θεὸς βούλεται. [3] Οὕτως ἄρα καὶ οὐ μεθέξει ποτέ, ὅταν αὐτὴν μὴ θέλοι ζῆν. Οὐ γὰρ [4] ἴδιον αὐτῆς ἐστι τὸ ζῆν ὡς τοῦ C

16. *ἐπ' ἄπειρον ... αἴτιον*] Irenaeus l. c. II. c. 16. §. 3. p. 137: „Quanto igitur tutius et diligentius, quod est verum statim initio confiteri, quoniam fabricator deus hic, qui mundum fecit, solus est deus et non est alius deus praeter eum: — quam post tantam irreligiositatem et circuitum defessos cogi aliquando in aliquo uno statuere sensum et ex eo figurationem factorum confiteri?"

17. *Εἶτε ἔλαθε* etc.] Haec verba antecedentibus *Ἄρα τοιοῦτόν* etc. respondent et absolvunt quaestionem: *Utrum id, quod dicis, ad Platonis sententiam in Timaeo de mundo propositam revocari potest? ... An latuit Platonem?* Multa quum interiecta essent, verba usurpantur *φημὶ ἐγώ*, quibus (Maran.) non semper novus loquendi ordo designatur. C. 5. p. 222. E: ... *κἀγὼ συντίθεμαι, ἔφη*. Vulgata vero scriptura *Εἶτα (Itaque)* pro *Εἶτε*, quod refinxi, responsionem contineret prorsus non quadrantem ad proxime antecedentia, ubi nihil contra illam Platonis sententiam dicitur. Insuper lectio a me recepta belle in ea convenit quae sequuntur: *Οὐδὲν ἐμοί, ἔφη, μέλει Πλάτωνος* etc.. Supersedemus lubenter correctionibus Thirlbii et Langii: ille pro *εἶτα* scribi iussit *ἢ ταῦτα* vel *εἶτα ταῦτα*, hic (in Roehrii *Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 990) *ἢ ταῦτα*.

1. *κίνησις*] Fortasse *ἡ κίνησις*, et mox *ἡ ψυχή*. Sed his in rebus Martyr non est accuratissimus.

2. *οὐ ζωὴ ... τ. ζωῆς*] Imitatus

rum alteri praeferatur, unde non multa sunt ingenita; nam si quid inter illa discriminis esset, nunquam tamen huius discriminis causam investigando reperires, sed cogitationem semper in infinitatem immittens tandem in aliquo ingenito defessus haerebis idque dices omnium esse causam. An latuit, aiebam, Platonem et Pythagoram, homines sapientes, qui tamquam murus nobis et propugnaculum philosophiae exstiterunt?

6. Nihil, inquit, Platonem moror nec Pythagoram nec quemquam omnino qui talia opinetur. Veritas enim sic habet; id inde quoque perspicies. Anima vel vita est vel vitam habet. Quodsi vita esset, aliud quidpiam vivere faceret, non seipsam, sicut et motus aliud quidpiam movet potius quam seipsum. Animam autem vivere nemo negaverit. Si vero vivit, non ideo vivit quod vita est, sed quod vitae particeps; aliud autem id quod alicuius est particeps, aliud id cuius est particeps. Vitae autem anima est particeps, quod eam vivere deus vult. Sic etiam particeps aliquando non erit, quum eam vivere nolet. Non enim propria animae vita est ut

est hunc locum Irenaeus adv. haeres. II. c. 34. §. 4. p. 169. ed. Mass.: „Anima ipsa quidem non est vita, participatur autem a deo sibi praestitam vitam.“ Refellit autem senex hoc loco sententiam Platonis, qui in Phaedone p. 105. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 233 sqq.) animam immortalem esse demonstrat, quia quidquid complectitur anima, semper illi vitam affert, nec proinde contrarium illius, quod semper affert, accipere possit. Idem Plato in Phaedro p. 245. C (Vol. X. p. 318). Sic loquitur: *Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος· τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον, τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει καὶ ζωῆς. Μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον.* Contra senex animam a seipsa nec motum nec vitam accipere pronuntiat. Sensit Iustinus Platonem ab eo refelli, siquidem sene desinente ait: *Τίνι οὖν ἔτι τις χρήσαιτο διδασκάλῳ ἢ πόθεν ὠφεληθείη τις, εἰ μηδὲ ἐν τούτοις* (Plat. videlicet atque Pythag.) *τὸ ἀληθές ἐστιν*; *Maranus.*

3. *Οὕτως ... ζῆν*] His verbis nihil exprimitur nisi hoc: animam non per seipsam vivere, non propriam ei vitam inesse quemadmodum deo. Vide c. 5. n. 13.

4. *ἴδιον αὐτῆς*] Codd. msti et editi male *δι' αὐτῆς*. Emendationem a me receptam Maranus commendavit. Idem deprehenditur librariorum error c. 131. p. 361. A.

θεοῦ· ἀλλὰ ὥσπερ ἄνθρωπος οὐ διαπαντός ἐστιν οὐδὲ σύνεστιν ἀεὶ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, ἀλλ', [5] ὅταν δέῃ λυθῆναι τὴν ἁρμονίαν ταύτην, καταλείπει ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν, οὕτως καί, ὅταν δέῃ τὴν ψυχὴν μηκέτι εἶναι, [6] ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ καὶ [7] αὐτὴ ὅθεν ἐλήφθη ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν. 151

7. *Τίνι οὖν, φημί, ἔτι τις χρήσαιτο διδασκάλῳ ἢ πόθεν ὠφεληθείη τις, εἰ μηδὲ ἐν τούτοις τὸ ἀληθές ἐστιν;* D

[1] *Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου πάντων τούτων τῶν νομιζομένων φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι καὶ δίκαιοι καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται· προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν. Οὗτοι μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' εὐλαβηθέντες μήτε δυσωπηθέντες τινά, μὴ ἡττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι. Συγγράμματα δὲ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν διαμένει, καὶ ἔστιν [2] ἐντυχόντα τούτοις πλεῖστον ὠφεληθῆναι καὶ περὶ ἀρχῶν καὶ περὶ τέλους καὶ ὧν χρὴ εἰδέναι τὸν φιλόσοφον, πιστεύσαντα ἐκείνοις. Οὐ γὰρ μετὰ ἀποδείξεως πεποίηνται [3] τότε τοὺς λόγους, ἅτε ἀνωτέρω πάσης ἀποδείξεως ὄντες ἀξιόπιστοι μάρτυρες τῆς ἀληθείας· [4] τὰ* 225 *δὲ ἀποβάντα καὶ ἀποβαίνοντα ἐξαναγκάζει συντίθεσθαι τοῖς λελαλημένοις δι' αὐτῶν. [5] Καίτοι γε καὶ διὰ τὰς δυνάμεις, ἃς ἐπετέλουν, πιστεύεσθαι δίκαιοι ἦσαν, ἐπειδὴ καὶ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων [6] θεὸν καὶ πατέρα ἐδόξαζον καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Χριστὸν* 152 *υἱὸν αὐτοῦ κατήγγελλον, ὅπερ οἱ ἀπὸ τοῦ πλάνου καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπιπλάμενοι ψευδοπροφῆται οὔτε ἐποίησαν οὔτε ποιοῦσιν, ἀλλὰ δυνάμεις τινὰς ἐνεργεῖν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνθρώπων τολμῶσι καὶ [7] τὰ τῆς πλάνης πνεύματα καὶ δαιμόνια δοξολογοῦ-* B

5. *ὅταν*] Vulgo *ὅτε ἄν*, contra usum Iustini. Nota *ὅταν* c. optat. paulo antea.

6. *ἀπέστη ... ἔτι*] His (Iebb.) consona habet Theophilus Ant. ad Autol. I. c. 7, non de sola anima sed de tota huiusce universi mole scribens: *Οὗτός μου θεὸς ... δοὺς πνεῦμα τὸ τρέφον αὐτήν* (sc. *τ. γῆν*), *οὗ ἡ πνοὴ ζωογονεῖ τὸ πᾶν· ὃς ἐὰν συσχῇ τὸ πνεῦμα παρ' ἑαυτῷ, ἐκλείψει τὸ πᾶν. Τούτῳ λαλεῖς, ἄνθρωπε, τούτου τὸ πνεῦμα ἀναπνεῖς.*

7. *αὐτὴ ... πάλιν*] Coll. Eccles. 12, 7.

dei; verum quemadmodum homo non semper constat nec perpetuo corpus cum anima coniunctum est, sed, quando solvi oportet hanc harmoniam, anima corpus relinquit neque iam exstat homo: sic etiam, quando non iam esse oportet animam, discedit ab ea spiritus vitalis neque iam exstat anima, sed et ipsa unde sumta est eo revertitur.

7. Quonam ergo iam quis, inquam, utatur magistro aut unde adiuvetur, si ne isti quidem verum viderunt?

Exstiterunt longo tempore ante viri quidam omnibus istis qui philosophi existimantur antiquiores, beati et iusti et deo cari, qui divino spiritu afflante locuti et futura vaticinati sunt, quae quidem nunc fiunt: prophetas autem eos vocant. Hi soli verum et viderunt et hominibus nuntiarunt, nec metuentes nec reveriti quemquam, non gloriae cupiditate victi, sed ea tantum dicentes quae audierant et viderant spiritu sancto repleti. Scripta autem eorum etiam nunc exstant, quae si quis legat, fidem illis habens, plurimum inde ferre poterit emolumenti et de principiis et de fine et de iis quae philosophus scire debet. Non enim tunc demonstrationibus in disserendo utebantur, ut qui supra omnem demonstrationem fuerint gravissimi testes veritatis: quae vero evenerunt et eveniunt verbis eorum cogunt assentiri. Quamquam et ob miracula, quae ediderunt, digni fuere quibus crederetur, siquidem creatorem universorum deum et patrem celebrabant et missum ab eo Christum filium eius adnuntiabant, quod quidem mendaci et impuro spiritu repleti pseudoprophetae nec fecerunt nec faciunt, sed quaedam prodigia ad percellendos homines edere audent ac spiritus erroris et daemonia celebrant. Precare vero ante

1. *'Εγένοντό* etc.] Cf. Apol. I. c. 60 fin. et Cohort. ad Gent. c. 8.

2. *ἐντυχόντα*] Cf. Apol. I. c. 42. n. 2.

3. *τότε*] Pearson. *ποτὲ* coniecit.

4. *τὰ δὲ ... αὐτῶν*] Cf. Apol. I. c. 52 p. 87. A.

5. *Καίτοι . . . δοξολογοῦσιν*] Hoc de loco Semischium consulas *Justin d. Märtyr*. P. II. p. 201. n. 1.

6. *θεὸν κ. πατέρα*] Suspicatus est Thirlb. *κ. πατέρα θεὸν* legendum.

7. *τὰ ... δαιμόνια*] Coll. 1 Timoth. 4, 1.

σιν. Εὔχου δέ σοι πρὸ πάντων φωτὸς ἀνοιχθῆναι πύλας· [8]οὐ γὰρ συνοπτὰ οὐδὲ συννοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μή τῳ θεὸς δῷ συνιέναι καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ.

8. Ταῦτα καὶ ἔτι ἄλλα πολλὰ εἰπὼν ἐκεῖνος, ἃ νῦν καιρὸς οὐκ ἔστι λέγειν, ᾤχετο, κελεύσας διώκειν αὐτά· καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸν εἶδον. [1]Ἐμοὶ δὲ παραχρῆμα πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη, καὶ ἔρως εἶχέ με τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἵ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ [2]ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. C
Οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ. [3]Βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων· δέος γάρ τι ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἱκανοὶ δυσωπῆσαι τοὺς ἐκτρεπομένους τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, ἀνάπαυσίς τε ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς. Εἰ οὖν τι καὶ σοὶ περὶ σεαυτοῦ μέλει καὶ ἀντιποιῇ σωτηρίας καὶ ἐπὶ τῷ θεῷ πέποιθας, [4]ἅπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ τοῦ πράγματος, πάρεστιν ἐπιγνόντι σοι τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ καὶ [5]τελείῳ γενομένῳ εὐδαιμονεῖν. D 153

Ταῦτά μου, [6]φίλτατε, εἰπόντος οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος ἀνεγέλασαν, αὐτὸς δὲ ὑπομειδιάσας· Τὰ μὲν ἄλλα σου, φησίν, ἀποδέχομαι καὶ ἄγαμαι τῆς περὶ τὸ θεῖον ὁρμῆς, ἄμεινον δὲ ἦν φιλοσοφεῖν ἔτι σε τὴν Πλάτωνος ἢ ἄλλου του φιλοσοφίαν, ἀσκοῦντα καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, ἢ λόγοις ἐξαπατηθῆναι ψευδέσι καὶ ἀνθρώποις ἀκολουθῆσαι οὐδενὸς ἀξίοις. Μένοντι

8. οὐ ... αὐτοῦ] Quare c. 58. p. 280. B. ait: Οὐδὲ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν, ἀλλὰ χάρις παρὰ θεοῦ μόνη εἰς τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς αὐτοῦ ἐδόθη μοι. Iam Philo de Cherub. c. 9 (Opp. ed. Richt. T. I) p. 205 inspirationem quamdam necessariam putavit ad scripturam sacram recte intelligendam.

1. Ἐμοὶ ... εἶχέ] Sic ex levi mutatione Thirlbius refingendum censet pro lectione vulgari Ἐμοῦ ... ἔχει, quae nulla ratione potest ferri. Formas igitur legitimas reposui in textu. — Aliis fortasse libet legere ᾕρει. Vide c. 2. n. 12.

2. ταύτην ... ἐγώ] Trypho c. 1. p. 218. B: Τίς ἡ σὴ φιλοσοφία, εἰπὲ ἡμῖν.

3. Βουλοίμην ... λόγων] Coll. Actt. apost. 26, 29. Praeter alios Tatianus quoque (Orat. adv. Gent. cc. 29 et 35) et Theophilus Ant. (ad Autol. I. c. 14) quum Veteris Testamenti tum scriptorum propheticorum lectione ad rem christianam pervenerunt.

4. ἅπερ οὐκ ἀλλ. τ. πρ.] Ἅπερ

omnia tibi lucis aperiri portas; non enim haec quisquam perspicere et intelligere potest, nisi cui deus intelligere dederit et Christus eius.

8. Haec ille multaque alia quum dixisset, quae nunc referre tempus non est, abiit, praecipiens ut ea meditando persequar; neque eum amplius vidi. Mihi vero statim ignis in animo accensus est, meque amor invasit prophetarum et virorum illorum, qui Christi sunt amici; ac revolvens mecum illius sermones hanc solam comperi esse philosophiam tutam atque utilem. Ad hunc modum et hac de causa ego philosophus prodii. Vellem equidem ut omnes rationem meae similem animo ineuntes a salvatoris doctrina non aberrarent: habet enim in se terribilem quamdam maiestatem, et ad eos permovendos idonea est qui de recta via deflexerunt, et suavissima est iis requies qui eam exercent. Si qua ergo tui ipsius cura tangeris salutisque cupidus es ac deo confidis, licet tibi, utpote ab ipsa re non alieno, ubi Christum dei agnoveris et initiatus fueris, beate vivere.

Quae quum dixissem, amicissime, riserunt socii Tryphonis, ipse autem subridens: Caetera quidem tua, inquit, probo et ardorem quem de rebus divinis obtines admiror, sed satius erat adhuc te Platonis aut alius cuiusdam assectari philosophiam, operam dantem constantiae et continentiae et temperantiae, quam sermonibus decipi falsis atque hominibus adhaerescere nullius

i. q. ἅτε (c. 7. p. 224. D). Illa verba Perionius ad deum refert, ad Tryphonem Langus, quocum Maranus facit: Iudaeus enim, quum in prophetis tam multa de Christo legeret, alienus quodam modo ab iis quae Christum spectant videri non debebat.

5. τελείῳ γενομένῳ] Iebb. et Thirlb. vitae perfectionem (Clemens Al. Paedag. I. c. 6. §. 26), Sylburg. et Maran. baptismum intelligunt. Hic videtur significari, ita tamen, ut eo simul illa comprehendatur. Cf. Apol. I. c. 61. n. 2. Langius vero (in *Roehrii Krit. Pred. - Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 990) ait: „Es kann τέλειος γενόμενος doch wohl nur zunächst auf die Vollkommenheit oder Gewissheit in der Erkenntniss [Christi] bezogen werden. Dass dabei Justin als Christ mit an die Taufe gedacht habe, geben wir als möglich zu.“

6. φίλτατε] Sc. Μάρκε Πομπήϊε (c. 141. p. 371. B), de quo adeas librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 23.

γάρ σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ τῆς φιλοσοφίας τρόπῳ καὶ ζῶντι ἀμέμπτως 226
ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας· καταλιπόντι δὲ τὸν θεὸν καὶ εἰς ἄνθρωπον ἐλπίσαντι ποία ἔτι περιλείπεται σωτηρία; Εἰ οὖν καὶ ἐμοῦ θέλεις ἀκοῦσαι (φίλον γάρ σε ἤδη νενόμικα), πρῶτον μὲν περιτεμοῦ, εἶτα φύλαξον, ὡς νενόμισται, τὸ σάββατον καὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς νουμηνίας τοῦ θεοῦ, καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τῷ B
νόμῳ γεγραμμένα πάντα ποίει, καὶ τότε σοι ἴσως ἔλεος ἔσται παρὰ θεοῦ. [7] Χριστὸς δέ, εἰ καὶ γεγένηται καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται οὐδὲ ἔχει δύναμίν τινα, μέχρις ἂν ἐλθὼν Ἠλίας χρίσῃ αὐτὸν καὶ φανερὸν πᾶσι ποιήσῃ· ὑμεῖς δέ, ματαίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι, Χριστὸν ἑαυτοῖς τινα ἀναπλάσσετε καὶ αὐτοῦ χάριν τανῦν ἀσκόπως ἀπόλλυσθε.

9. Συγγνώμη σοι, ἔφην, ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἀφεθείη σοι· οὐ C
γὰρ οἶδας ὃ λέγεις, ἀλλὰ πειθόμενος τοῖς διδασκάλοις, οἳ οὐ συνιᾶσι τὰς γραφάς, καὶ ἀπομαντευόμενος λέγεις ὅ τι ἂν σοι ἐπὶ θυμὸν ἔλθοι. [1] Εἰ δὲ βούλοιο τούτου πέρι δέξασθαι λόγον, ὡς οὐ πεπλανήμεθα [2] οὐδὲ παυσόμεθα ὁμολογοῦντες τοῦτον, κἂν τὰ ἐξ ἀνθρώπων ἡμῖν ἐπιφέρωνται ὀνείδη, κἂν ὁ δεινότατος ἀπειπεῖν ἀναγκάζῃ τύραννος· παρεστῶτι γὰρ δείξω ὅτι οὐ κενοῖς ἐπιστεύσαμεν μύθοις οὐδὲ ἀναποδείκτοις λόγοις, ἀλλὰ με- D
στοῖς πνεύματος θείου καὶ δυνάμει βρύουσι καὶ τεθηλόσι χάριτι.

7. *Χριστὸς...ποιήσῃ*] De hoc loco (comp. c. 49. p. 268. A) consulendi Lücke et Baumgarten-Crusius ad ev. Ioann. 1, 31. — Pro γεγένηται Thirlbius γεγέννηται mavult. Sed cf. Apol. I. c. 21. n. 2.

7. *ἢ ἀπὸ τ. ἐν σαρκὶ ὑμῶν περιτομῆς*] Eo attentius consideranda haec S. Martyris sententia, quod saepe in hoc Dialogo repetitur. Ignorationem et infirmitatem deo Iudaeorum affingebant haeretici, ut videre est apud Iren. adv. haer. IV. c. 4. p. 231. ed. Mass., ob eversam Hierosolymam et mosaicae legis instituta ad perniciem Iudaeorum conversa. Contra Iustinus dei providentiam in hoc maxime admiratur, quod, cum pleraque instituta alibi quam Hierosolymis observari non possent, ipsa circumcisio, quae alibi observari poterat, aditum Iudaeis in hanc urbem praecluderet. Circumcisionem institutam fuisse ut Iudaei ab aliis gentibus secernerentur, scriptores plurimi dixere. Sed quod institutum dicit Iustinus ut hac nota distincti punirentur, id Tertullianus imitatur in libro adv. Iud. c. 3. „Dari enim habebat," inquit, „circumcisio, sed in signum, unde Israel in novissimo tempore dignosci haberet, quando secundum sua merita in sanctam civitatem ingredi prohiberetur. ... Haec igitur dei providentia fuit dandi circumcisionem Israel in signum, unde dignosci posset, cum adveniret tempus, quo meritis suis supradictis in Hierusalem admitti prohiberetur." Forte in eamdem sententiam accipi debet, quod ait Irenaeus l. c. IV. c. 16. §. 1. p. 246 circumcisionem in signo datam, „ut cognoscibile perseveret genus Abrahae." Vide III. c. 12. §. 11. p. 198. *Maranus.*

8. *καὶ νῦν τ. ἐ. ἐπ᾽ αὐτόν*] Haec verba etiam pendere possunt ab *Ἀπεκτείνατε*. Nos vulgo receptam interpungendi rationem servamus.

ut ab aliis gentibus et a nobis discreti sitis, et ut soli patiamini quae nunc merito patimini, et ut regiones vestrae in solitudinem redigantur urbesque igne vastentur, et fruges vestras in conspectu vestro alieni consumant, neve quisquam vestrûm Hierosolyma adscendat. Non enim alia re a caeteris hominibus dignoscimini, nisi vestra in carne circumcisione. Nemo enim vestrum, ut arbitror, negare audebit praescium fuisse et esse futurorum deum, ac digna cuique praemia praeparare. Recte igitur et merito haec vobis evenerunt. Occidistis enim iustum et ante eum prophetas eius; et nunc eos qui spem in illum collocant et in summum regem et creatorem universorum deum, a quo missus est, aspernamini et, quantum in vobis est, afficitis contumelia, diris voventes in synagogis vestris eos qui in Christum credunt. Non enim ea vobis adest

9. *καταρώμενοι ... Χριστόν*] Idem Iudaeis exprobrat Iustinus c. 47. p. 266. D, c. 93. p. 321. C, c. 96. p. 323. C, c. 108. p. 335. D, c. 117. p. 345. A. Ex c. 137. p. 366. D. apparet precibus absolutis diras imprecationes recitatas esse. Epiphanius adv. haeres. I. 29. 9 (Opp. ed. Petav. Tom. I) p. 124 non Christianos universos sed tantummodo haereticos Nazaraeos exsecratione refert devotos esse. *Πάνυ δὲ οὗτοι*, inquit, *ἐχθροὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες πρὸς τούτους κέκτηνται μῖσος, ἀλλὰ ἀνιστάμενοι ἕωθεν καὶ μέσης ἡμέρας καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν, τρὶς τῆς ἡμέρας, ὅτε εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς καὶ ἀναθεματίζουσι, φάσκοντες ὅτι ἐπικαταράσαι ὁ θεὸς τοὺς Ναζωραίους. Καὶ γὰρ τούτοις περισσότερον ἐνέχουσι διὰ τὸ ἀπὸ Ἰουδαίων αὐτοὺς ὄντας Ἰησοῦν κηρύσσειν εἶναι Χριστόν.* At vero Epiphanius errasse videtur; nominis scilicet errore deceptus sectam istorum haereticorum Nazaraeorum sumsit pro Christianis, quos ipse in primordiis Nazaraeos nominatos fuisse l. c. I. 29. 1. p. 117 testatur. Tertullianus adv. Marc. IV. c. 8: „Nazaraeus vocari habebat secundum prophetiam Christus creatoris; unde et ipso nomine nos Iudaei Nazarenos appellant per eum.“ Recte igitur Hieronymus in Iesai. LII. 5 (Opp. ed. Vallars. Tom. IV) p. 604: „Et sub nomine, ut saepe dixi (coll. ibid. V. 18. p. 81. al.), Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta.“ — Iudaei ad hunc usque diem Christianos devovere solent; qua de re plura dedit Io. Buxtorf.: Synag. iudaic. (ed. 5) p. 416. 422. 461. 476. 557.

10. *διὰ τ. ν. ἐπικρ.*] Cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 24.

ἐπικρατοῦντας· ὁσάκις δὲ ἂν ἐδυνήθητε, [11] καὶ τοῦτο ἐπράξατε. Διὸ καὶ ἐμβοᾷ ὑμῖν ὁ θεὸς διὰ τοῦ Ἠσαΐου λέγων· [12] Ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, [13] καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. Ἀπὸ γὰρ προσώπου τῆς ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος. Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ· ἦρται ἐκ τοῦ μέσου. Ὑμεῖς προσηγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ τέκνα πόρνης. Ἐν τίνι ἐνετρυφᾶτε καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε D
τὸ στόμα καὶ ἐπὶ τίνι ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν;

17. Οὐχ οὕτως γὰρ τὰ ἄλλα ἔθνη εἰς ταύτην τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς ἡμᾶς καὶ τὸν Χριστὸν ἐνέχονται, ὅσον ὑμεῖς, [1] οἳ κἀκείνοις τῆς κατὰ τοῦ δικαίου καὶ ἡμῶν τῶν ἀπ' ἐκείνου κακῆς προλήψεως αἴτιοι ὑπάρχετε· μετὰ γὰρ τὸ σταυρῶσαι ὑμᾶς ἐκεῖνον τὸν μόνον ἄμωμον καὶ δίκαιον ἄνθρωπον, [2] δι' οὗ τῶν μωλώπων ἴασις γί- E
νεται τοῖς δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα [3] προσχωροῦσιν, ἐπειδὴ ἐγνώκατε αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς αἱ προφητεῖαι προεμήνυον γενησόμενον, [4] οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε [5] κακῶς, [6] ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς

11. καὶ τοῦτο ἐπράξατε] Vide Apol. I. c. 31. n. 5.

12. Ἴδετε ... γλῶσσαν] Iesai. 57, 1—4.

13. καὶ ... αἴρονται] Haec verba in codd. mstis et editis non comparent. Sed leguntur c. 110 et Apol. I. c. 48. A librario praetermissa sunt, non a Iustino; nempe errandi dedit ansam repetitum καὶ οὐδείς. Neminem igitur puto dubitaturum quin iure restituerim.

1. οἳ κἀκείνοις] Codd. msti οἷς κἀκείνοις, quae verba nescio quomodo defendi possint. Quare iam Stephan. legi voluit οἷς κἀκείνης, melius Sylburg. et Morell. textui inseruere οἳ κἀκείνοις (Langus itidem: *qui illis*), quod et Thirlb. probavit.

2. δι' ... γίνεται] Coll. Iesai. 53, 5.

3. προσχωροῦσιν] Codd. msti, Stephan. et Iebb. προχωροῦσιν. Repetitur illud c. 43. p. 261. C.

4. οὐ μόνον ... ἁπλῶς ἀνθρ.] Citavit hunc locum Eusebius Hist. eccles. IV. c. 18 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 378. — Iustini codd. msti et editi οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, Eusebius vulgo οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε. Maranus autem refert codicem Eusebii Colbertinum valde antiquum eiusdemque duo Regios, quorum alter vetustissimus sit (adde Savilianum in bibliotheca Bodleiana hodie servatum), praebere οὐ μόνον δὲ μετενοήσατε. Quare V. D. etiam apud Martyrem ita legendum censuit, eumque secutus Burton posterius οὐ e textu Eusebiano expulit. Sed mutatione abstinemus. Non enim veri simile est secundam illam negationem in diversissimis (Iustini et Eusebii) codd. mstis, in quibus

potestas ut manus nobis inferatis propter eos qui nunc rerum potiuntur; quoties autem adfuit, id quoque fecistis. Quare et deus ad vos clamat per Iesaiam dicens: *Videte quomodo periit iustus, et nemo percipit corde; et viri iusti tolluntur, et nemo considerat. A facie enim iniustitiae sublatus est iustus. Erit in pace sepultura eius: sublatus est e medio. Vos huc produxistis, filii iniqui, semen adulterorum et filii fornicariae. In quo lusistis et super quem os aperuistis et super quem linguam laxastis?*

17. Non enim caeterae gentes iniuriae nobis et Christo illatae sic reae sunt, quantum vos, qui illis etiam anticipatae de iusto et de nobis, qui ab eo orti sumus, malae opinionis auctores estis; postquam enim illum solum inculpatum et iustum hominem, cuius vibicibus sanantur qui per eum ad patrem accedunt, cruci affixistis, quum sciretis eum resurrexisse ex mortuis et adscendisse in coelum, ut prophetiae futurum praemonstrabant, non modo poenitentiam prave factorum non

invenitur, a librariis additam fuisse. Insuper loquendi ratio οὐ μόνον οὐ passim invenitur; coll. v. c. locum simillimum c. 108. p. 335. C: οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, ... ἀλλ', ὡς προεῖπον (sc. nostro loco), ἄνδρας χειρ. ἐκλεκτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε, κηρύσσοντας ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος ... ἐγήγερται etc.. Verba οὐ μετεν. unam efficiunt notionem: *abstinuistis a poenitentia.* Atque ἀλλά, cui καὶ recte non adiectum est, rem amplificat: *immo potius.* Cf. Apol. I. c. 5. p. 56. B (n. 11), c. 39. p. 78. B, de resurr. c. 8. p. 593. E.

5. κακῶς] Sic Eusebius et Nicephorus et Rufinus. Ex sex Eusebii codicibus, quorum variae lectiones mecum communicatae fuerunt, tres vetustissimi sic habent cum duobus aliis non ita antiquis. Editiones S. Iustini κακοῖς, quod quidem satis arridet Valesio; at mihi eo minus probatur, quod ipse Iustinus antea dicebat c. 12 [n. 8] οὐδὲ μετανοεῖτε πράξαντες κακῶς. *Maranus.*

6. ἀλλὰ ... λέγουσιν] Idem Iudaeis c. 108. p. 335. C. et c. 117. p. 345. A. exprobrat: hos scilicet per totum terrarum orbem misisse qui Christum eiusque asseclas in suspicionem adducerent. Tertullianus ad nation. I. c. 14: „Et credidit vulgus Iudaeo. Quod enim aliud genus seminarium est infamiae nostrae?" Adde adv. Marc. III. c. 23 et adv. Iud. c. 13. Commentarii vicem praebet insignis Eusebii locus in Iesai. XVIII. 1 sq. p. 424 sq.: Εὕρομεν ἐν τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὡς οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἱερεῖς καὶ πρεσβύτεροι γράμματα δια-

ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ ἐκλεξάμενοι τότε ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν,
λέγοντες αἵρεσιν ἄθεον Χριστιανῶν πεφηνέναι, [7] *καταλέγοντές τε* 235
ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες λέγουσιν·
ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλ-
λοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις. Καὶ δικαίως βοᾷ Ἡσαΐας· [8] *Δι'*
ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Καί· [9] *Οὐαὶ*
τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν,
εἰπόντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Τοί-
νυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· B
πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. Καὶ
πάλιν ἐν ἄλλοις· [10] *Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς*
σχοινίῳ μακρῷ καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας, οἱ
λέγοντες· Τὸ τάχος αὐτοῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ
ἁγίου Ἰσραήλ, ἵνα γνῶμεν. Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν 172
[11] *καὶ τὸ καλὸν πονηρόν, οἱ τιθέντες τὸ φῶς σκότος καὶ τὸ σκό-*
τος φῶς, οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Κα-
τὰ οὖν τοῦ μόνου ἀμώμου καὶ δικαίου [12] *φωτός, τοῖς ἀνθρώποις* C
πεμφθέντος παρὰ τοῦ θεοῦ, [13] *τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινὰ καὶ ἄδικα*
καταλεχθῆναι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐσπουδάσατε. Δύσχρηστος γὰρ ὑμῖν
ἔδοξεν εἶναι, βοῶν παρ' ὑμῖν· [14] *Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου οἶκος*
προσευχῆς ἐστιν, ὑμεῖς δὲ πεποιήκατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.
Καὶ τὰς τραπέζας τῶν ἐν τῷ ναῷ κολλυβιστῶν κατέστρεψε. Καὶ

χαράξαντες εἰς πάντα διεπέμψαντο τὰ ἔθνη τοῖς ἀπανταχοῦ Ἰουδαίοις διαβάλλοντες τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν ὡς αἵρεσιν καινὴν καὶ ἀλλοτρίαν τοῦ θεοῦ, παρήγγελλόν τε δι' ἐπιστολῶν μὴ παραδέξασθαι αὐτήν.... Οἵ τε ἀπόστολοι αὐτῶν ἐπιστολὰς βιβλίνας κομιζόμενοι ... ἀπανταχοῦ γῆς διέτρεχον, τὸν περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνδιαβάλλοντες λόγον. Ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ὀνομάζειν τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐπικομιζομένους. — Pro ἐκλεξάμενοι, referente Marano, vetustissimorum Eusebii codd. Colbertinorum alter ἐπιλεξάμενοι habet. Legitur (vulgo) apud Eusebium ἐκλεξάμενοι τότε ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Ibidem aliquot codices recentiores εἰς ἅπασαν. Mox pro ἄθεον nonnulli Eusebii codd. antiquissimi ἀθέων exhibent; sed lectio recepta etiam loco firmatur gemello c. 108 (vide supra n. 4). Tum Eusebius πεφάνθαι.

7. καταλ. τε] Ex Eusebio addidimus particulam, quae tamen deerat in vetustissimorum Colbertinorum altero. *Maranus*. De sententia consulas n. 13. — Deinde pro ἡμᾶς πάντες Eusebius ἡμᾶς ἅπαντες.

egistis, sed viros delectos tunc Hierosolymis in universum orbem misistis, dicentes haeresin Christianorum impiam prodiisse, atque ea spargentes quae in nos ab omnibus, qui nos ignorant, dicuntur: itaque non solum vobis iniquitatis causa estis, sed caeteris quoque omnibus prorsus hominibus. Ac merito clamat Iesaias: *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.* Et: *Vae animae ipsorum, propterea quod consilium pravum ceperunt adversus seipsos, dicentes: Vinciamus iustum, quia inutilis nobis est. Itaque fructus operum suorum comedunt. Vae iniquo: mala secundum opera manuum eius accident ei.* Et rursus alibi: *Vae qui trahunt peccata sua quasi funiculo longo et quasi loro iugi vitulae iniquitates, qui dicunt: Celeritas eius appropinquet, et veniat consilium sancti Israelis, ut cognoscamus. Vae qui dicunt malum bonum et bonum malum, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, qui ponunt amarum dulce et dulce amarum.* Studio igitur vobis habuistis ut in solam illam inculpatam et iustam lucem, hominibus a deo missam, acerba et tenebricosa et iniusta in universo orbe iactarentur crimina. Importuna enim vobis esse visa est, quum apud vos clamaret: *Scriptum est: Domus mea domus precationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Et mensas in templo nu-

Habent tamen, Marano advertente, nonnulli codices recentiores ut Iustinus.

8. *Δι' ... ἔθνεσι*] Iesai. 52, 5.

9. *Οὐαὶ ... αὐτῷ*] Iesai. 3, 9—11.

10. *Οὐαὶ ... πικρόν*] Iesai. 5, 18—20.

11. *καὶ τ. κ. πονηρ.*] Haec verba in utroque cod. msto desiderantur; sed iam Stephanus reposuit. Cf. c. 133. p. 363. B. Sunt a librariis omissa. Mox enim respiciuntur: *πικρὰ κ. σκοτεινὰ κ. ἄδικα.*

12. *φωτός*] Langus: *adversus solam ... lucem.* Perionius: *in eum qui unus scelere culpaque vacat.* Respexit autem Martyr utramque vocis significationem. — Coll. Ioann. 1, 9. 8, 12. 12, 46 alibi.

13. *τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινὰ*] Liquet hîc memorari horrenda illa crimina, quae Christianis affingi solebant, nempe Thyesteas coenas et promiscuos concubitus. Hinc paulo ante dicebat: *καταλέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες λέγουσιν.* *Maranus.* Vide c. 10. n. 2.

14. *Γέγραπται ... λῃστῶν*] Luc. 19, 46 coll. Matth. 21, 13.

ἐβόα· [15] Οὐαὶ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταί, ὅτι
ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον, τὴν δὲ ἀγάπην τοῦ D
θεοῦ καὶ τὴν κρίσιν οὐ κατανοεῖτε· τάφοι κεκονιαμένοι, ἔξω-
θεν φαινόμενοι ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν. Καὶ
τοῖς γραμματεῦσιν· [16] Οὐαὶ ὑμῖν, γραμματεῖς, ὅτι τὰς κλεῖς ἔχετε,
καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσέρχεσθε καὶ τοὺς εἰσερχομένους κωλύετε· [17] ὁδη-
γοὶ τυφλοί.

18. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνέγνως, ὦ Τρύφων, ὡς αὐτὸς [1] ὁμολο-
γήσας ἔφης, τὰ ὑπ' ἐκείνου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδαχθέντα, οὐκ
ἄτοπον νομίζω πεποιηκέναι καὶ βραχέα τῶν ἐκείνου λόγια πρὸς
τοῖς προφητικοῖς ἐπιμνησθείς. [2] Λούσασθε οὖν καὶ νῦν καθαροὶ E
γένεσθε καὶ ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς
[3] δὲ λούσασθαι ὑμῖν τοῦτο τὸ λουτρὸν κελεύει ὁ θεὸς καὶ περιτέ-
μνεσθαι τὴν ἀληθινὴν περιτομήν. Ἡμεῖς γὰρ καὶ | ταύτην ἂν τὴν 173
περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα καὶ τὰ σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς πά-
σας ἁπλῶς ἐφυλάσσομεν, εἰ μὴ ἔγνωμεν δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὑμῖν
προσετάγη, τουτέστι διὰ τὰς ἀνομίας ὑμῶν καὶ τὴν σκληροκαρδί-
αν. Εἰ γὰρ ὑπομένομεν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων 236
φαύλων ἐνεργούμενα εἰς ἡμᾶς φέρειν, [4] ὡς καὶ μέχρι τῶν ἀῤῥή-
των, θανάτου καὶ τιμωριῶν, εὐχόμενοι ἐλεηθῆναι καὶ τοὺς τὰ
τοιαῦτα διατιθέντας ἡμᾶς, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀμείβεσθαι μηδένα
βουλόμενοι, ὡς ὁ καινὸς νομοθέτης ἐκέλευσεν ἡμῖν, πῶς οὐχὶ
καὶ τὰ [5] μηδὲ βλάπτοντα ἡμᾶς, περιτομὴν δὲ σαρκικὴν λέγω καὶ
σάββατα καὶ τὰς ἑορτάς, ἐφυλάσσομεν, ὦ Τρύφων;

15. Οὐαὶ ... νεκρῶν] Matth. 23, 23. 27. Luc. 11, 42.

16. Οὐαὶ ... κωλύετε] Luc. 11, 52 coll. Matth. 23, 14. In margine utriusque cod. msti legitur quemadmodum apud Lucam l. c.: οὐκ εἰσήλθετε καὶ τοὺς ἐρχομένους ἐκωλύσατε.

17. ὁδηγοὶ τυφλοί] Matth. 23, 16. 24.

1. ὁμολογήσας ἔφης] Cf. c. 10. Thirlbius mallet ὁμολόγησας, ἔφην.

2. Λούσασθε ... ὑμῶν] Coll. Iesai. 1, 16.

3. δὲ] Noli hanc voculam ut redundantem loco eiicere aut δὴ legere. Cf. c. 48. p. 267. C. et fragm. ap. Ioannem Dam. Sacr. Parall. (ed. Leq. Tom. II) p. 753. — Pro περιτέμνεσθαι Thirlbius περιτέμνεσθε coniecit, id quod iam Maranus improbavit.

4. ὡς ... τιμωριῶν] Sylburg. subaudiendum censet προχωρεῖν sive προϊέναι vel simile quid. Tum licet exspectaveris εὐχομένους et βουλο-

mulariorum evertit. Et exclamavit: *Vae vobis, scribae et Pharisaei, simulatores, quia decimatis mentam et rutam, dilectionem autem dei et iudicium non consideratis: sepulcra dealbata, quae extrinsecus apparent speciosa, intus autem plena sunt ossibus cadaverum.* Et ad scribas: *Vae vobis, scribae, quia claves habetis, et ipsi non ingredimini et ingredi volentes prohibetis: duces caeci.*

18. Quoniam enim legisti, Trypho, ut ipse confessus es, quae noster ille salvator docuit, non absurde mihi fecisse videor ut brevia quaedam illius effata propheticis adiungerem. Lavamini igitur et nunc mundi estote et auferte nequitias ab animis vestris, quemadmodum iubet deus ut hoc lavemini lavacro et vera circumcisione circumcidamini. Nos enim hanc quoque carnis circumcisionem et sabbata et festos dies omnes omnino observaremus, nisi cognitum nobis esset quam ob causam haec vobis imperata sint, id est propter iniquitates vestras et cordis duritiam. Nam si omnia perferimus quaecunque in nos homines et daemones improbi moliuntur, utpote etiam inter nefandas res, mortem ac supplicia, precantes ut vel ii qui nos ita pertractant misericordiam consequantur, nec cuiquam ne leviter quidem rependi volentes, sicuti novus legislator nobis praecepit: quomodo non ea etiam quae nos ne laedunt quidem, circumcisionem dico carnis et sabbata et festos dies, observaremus, Trypho?

μένους, tamen non opus est accusativo; vide Apol. I. c. 11. n. 3. Sed *ὡς* cum participio haud insolenter est dictum: *quippe (tales,) qui precemur*, sive *precaturi* — vern. *mit dem Vorsatz zu bitten* = *βουλόμενοι εὔχεσθαι*. Explicantur illis verbis vel amplificantur ea quae antecedunt. — In codicibus verba *θανάτου καὶ τιμωριῶν* commatibus non includuntur. Langus reddidit: *usque ad infanda quoque mortis et suppliciorum*. Praeter necessitatem Thirlbius deleto *καὶ* legendum coniecit *μέχρι τῶν ἀῤῥήτων θανάτου τιμωριῶν*, aut *μέχρι τῶν ἐσχάτων τιμωριῶν* (c. 46. p. 265. C), ut istud *θανάτου* pro interpretamento habeatur. Alius scripserit *μέχρι τῶν ἀῤῥήτων τιμωριῶν καὶ θανάτου*, verbis (c. 7. n. 6. al.) transpositis. Nihil muta.

5. *μηδὲ*] Lang., Thirlb., Maran. *μηδὲν* scribi maluerunt. Sed *μηδὲ* magnis istis cruciatibus egregie opponitur.

19. [1] *Τοῦτό ἐστιν ὃ ἀπορεῖν ἄξιόν ἐστιν, ὅτι τοιαῦτα ὑπομένοντες οὐχὶ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, περὶ ὧν νῦν ζητοῦμεν, φυλάσσετε.* B

Οὐ γὰρ πᾶσιν ἀναγκαία αὕτη ἡ περιτομή, ἀλλ' ὑμῖν μόνοις, ἵνα, [2] ὡς προέφην, ταῦτα πάθητε ἃ νῦν ἐν δίκῃ πάσχετε. Οὐδὲ γὰρ τὸ βάπτισμα ἐκεῖνο τὸ ἀνωφελὲς τὸ τῶν λάκκων προσλαμβάνομεν· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸ βάπτισμα τοῦτο τὸ τῆς ζωῆς ἐστι. Διὸ καὶ κέκραγεν ὁ θεός, ὅτι [3] Ἐγκατελίπετε αὐτόν, πηγὴν ζῶσαν, καὶ ὠρύξατε ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συνέχειν ὕδωρ. Καὶ ὑμεῖς μέν, οἱ τὴν σάρκα περιτετμημένοι, χρῄζετε τῆς ἡμετέρας περιτομῆς, ἡμεῖς δέ, ταύτην ἔχοντες, οὐδὲν ἐκείνης δεόμεθα. [4] Εἰ γὰρ ἦν ἀναγκαία, ὡς δοκεῖτε, οὐκ ἂν ἀκρόβυστον ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν Ἀδάμ, οὐδὲ [5] ἐπέβλεψεν ἐπὶ τοῖς δώροις τοῦ ἐν ἀκροβυστίᾳ σαρκὸς προσενέγκαντος θυσίας Ἄβελ, οὐδ' ἂν [6] εὐηρέστησεν ἐν ἀκροβυστίᾳ Ἐνώχ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. [7] Λὼτ ἀπερίτμητος ἐκ Σοδόμων ἐσώθη, [8] αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἀγγέλων αὐτὸν καὶ τοῦ κυρίου προπεμψάντων. Νῶε ἀρχὴ [9] γένους· ἀλλ' οὖν ἅμα τοῖς τέκνοις ἀπερίτμητος εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσῆλθεν. Ἀπερίτμητος ἦν ὁ ἱερεὺς τοῦ ὑψίστου Μελχισεδέκ, ᾧ καὶ δεκάτας προσφορὰς ἔδωκεν Ἀβραάμ,

1. *Τοῦτό ... φυλάσσετε*] Maranus: „Haec profecto non Iustinus disserit sed Trypho, cuius similem sententiam iam vidimus c. 10 [p. 227. C]. Restituenda ergo haec verba Tryphoni et pro vulg. *φυλάσσομεν* legendum *φυλάσσετε*." Idem iam Thirlbius scite observavit. Insuper fortasse pro *ὦ Τρύφων; Τοῦτό ἐστιν* — reposueris *Καὶ ὁ Τρύφων· Τοῦτό ἐστιν*. Mox *τοιαῦτα* ad maximos cruciatus spectat mortesque acerbissimas, de quibus modo dictum erat, atque *τὰ ἄλλα πάντα* ad *περιτομὴν σαρκικὴν* etc.. Inde *γὰρ* particulam facile ita explicas ut aliquid tacita adsumas cogitatione: *Ista non observamus; nam quod primum circumcisionem attinet, non omnibus necessaria est.*

2. *ὡς προέφην*] C. 16. p. 234. A.

3. *Ἐγκατελίπετε ... ὕδωρ*] Ierem. 2, 13.

4. *Εἰ γὰρ ἦν ἀναγκαία* etc.] Eadem ratiocinatione utuntur Tertullianus adv. Iud. c. 2, Cyprianus adv. Iud. II. c. 8, Lactantius Institt. div. IV. c. 18. — Pro *ἔπλασε* Morell. *ἔμπλασε* vitiose dedit.

5. *ἐπέβλεψεν ... Ἄβελ*] Coll. Genes. 4, 4.

6. *εὐηρέστησεν ... θεός*] Coll. Genes. 5, 24.

7. *Λὼτ ἀπερίτμητος* etc.] Iustini vestigia (Maran.) manifeste pre-

19. Hoc est in quo dubii merito haereamus; quod, quum talia perferatis, non etiam caetera omnia, de quibus nunc quaerimus, observetis.

Non sane omnibus necessaria est haec circumcisio, sed vobis solis, ut, quemadmodum antea dixi, ea patiamini quae nunc merito vestro patimini. Nec sane inutilem illum baptismum cisternarum suscipimus; nihil enim est ad hunc vitae baptismum. Ideo etiam exclamavit deus: *Dereliquistis eum, fontem vivum, et fodistis vobis ipsis cisternas contritas, quae non poterunt continere aquam.* Ac vos quidem, qui carne circumcisi estis, indigetis nostra circumcisione, nos autem, quum hanc habeamus, nihil ista opus habemus. Nam si esset necessaria, ut existimatis, non praeputiatum deus finxisset Adamum, neque dona Abelis respexisset, qui in carnis praeputio victimas obtulit, neque ei placuisset in praeputio Henochus, qui non inventus est, propterea quod transtulit eum deus. Lotus incircumcisus ex Sodomis salvus evasit, ipsis illis angelis eum et domino deducentibus. Noachus principium generis; sed tamen una cum filiis incircumcisus in arcam ingressus est. Incircumcisus erat sacerdos altissimi Melchisedecus, cui et decimas obtulit Abrahamus, qui primus carnis circumci-

munt Irenaeus adv. haeres. IV. c. 16. §. 2. p. 246. ed. Mass. et Tertullianus l. c..

8. *αὐτῶν . . . αὐτὸν*] Anonymus scriptor in Miscell. observatt. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. p. 371 scripsit *αὐτῶν ἐκεῖνον τῶν ἀγγέλων, αὐτοῦ καὶ τοῦ κυρίου προπεμψάντων.* Si quid mutandum, rectius haud dubie ita emendaveris: *αὐτὸν ἐκείνων τῶν ἀγγ., αὐτοῦ καὶ* etc..

9. *γένους· ἀλλ᾽ οὖν ἅμα* etc.] Fortasse *γένους ἄλλου, ἅμα* etc.: *Noachus, principium* a l t e r i u s (s. n o v i) *generis, una cum filiis* etc.. Hoc video iam ante me coniecisse scriptorem anonymum l. c. p. 372. C. 138. p. 367. D: *Ὁ γὰρ Χριστὸς . . . καὶ ἀρχὴ πάλιν* ἄ λ λ ο υ γ έ ν ο υ ς *γέγονεν . . ., ὃν τρόπον καὶ Νῶε ἐν ξύλῳ διεσώθη ἐποχούμενος τοῖς ὕδασι μετὰ τῶν ἰδίων.* Non tamen muto, quum etiam vulgaris lectio (quippe difficilior) bene se habeat; etenim *ἀλλ᾽ οὖν* est Latinorum *at, verumtamen*, vern. *aber doch.* Cf. Plat. Protag. p. 327. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. III. p. 121) et de republ. VI. p. 509. D (Vol. VII. p. 121). Quid? Alius (Langius in *R o e h r i i Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 992) legerit: *γένους ἄλλου· ἀλλ᾽ οὖν ἅμα* etc. — prout loco antea laudato.

ὁ πρῶτος τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν λαβών, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν· οὗ κατὰ τὴν τάξιν τὸν αἰώνιον ἱερέα ὁ θεὸς καταστήσειν διὰ τοῦ E
[10] Δαυὶδ μεμήνυκεν. Ὑμῖν οὖν μόνοις ἀναγκαία ἦν ἡ περιτομὴ αὕτη, ἵνα ὁ λαὸς οὐ λαὸς ᾖ καὶ τὸ ἔθνος οὐκ ἔθνος, ὡς καὶ [11] Ὠσηέ, εἷς τῶν δώδεκα προφητῶν, φησί. Καὶ γὰρ μὴ σαββατίσαντες οἱ προωνομασμένοι πάντες δίκαιοι τῷ θεῷ εὐηρέστησαν καὶ μετ' αὐτοὺς Ἀβραὰμ καὶ οἱ τούτου υἱοὶ ἅπαντες μέχρι Μωυσέως, ἐφ' οὗ [12] ἄδικος καὶ ἀχάριστος εἰς τὸν θεὸν ὁ λαὸς ὑμῶν ἐφάνη ἐν 237
τῇ ἐρήμῳ μοσχοποιήσας. Ὅθεν ὁ θεὸς ἁρμοσάμενος πρὸς τὸν λαὸν ἐκεῖνον καὶ θυσίας φέρειν ὡς πρὸς ὄνομα αὐτοῦ ἐνετείλατο, ἵνα μὴ εἰδωλολατρῆτε· ὅπερ οὐδὲ ἐφυλάξατε, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐθύετε [13] τοῖς δαιμονίοις. Καὶ σαββατίζειν οὖν ὑμῖν προστέταχεν, ἵνα μνήμην λαμβάνητε τοῦ θεοῦ· καὶ γὰρ [14] ὁ λόγος αὐτοῦ τοῦτο σημαίνει λέγων· [15] Τοῦ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ λυτρωσάμενος ὑμᾶς.

20. Καὶ γὰρ βρωμάτων τινῶν ἀπέχεσθαι προσέταξεν ὑμῖν, B
[1] ἵνα καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχητε τὸν θεόν, εὐκατάφοροι ὄντες καὶ εὐχερεῖς πρὸς τὸ ἀφίστασθαι τῆς γνώ-

10. Δαυὶδ] Psalm. 109, 4.

11. Ὠσηέ] Hos. 1, 9.

12. ἄδικος ... εἰδωλολ.] Constitt. apost. I. c. 6: Ἔστω δέ σοι πρὸ ὀφθαλμῶν γινώσκειν, τί νόμος φυσικὸς καὶ τί τὰ τῆς δευτερώσεως, τά τε ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῖς μοσχοποιήσασι δοθέντα ἐκείσακτα etc.. Cf. ibid. locum VI. c. 20, quocum Clem. Recognn. I. c. 35 fere verbo tenus consentiunt. Irenaeus adv. haeres. IV. c. 14. §. 2. p. 244: „His qui inquieti erant in eremo dans aptissimam legem." C. 15. §. 1. p. 244: „At ubi conversi sunt in vituli factionem et reversi sunt animis suis in Aegyptum, servi pro liberis concupiscentes esse, aptam concupiscentiae suae acceperunt reliquam servitutem." Chrysostomus c. Iud. II. p. 462: Ἐπειδὴ δὲ εἶδεν μαινομένους, ἀγχομένους, ἐπιθυμοῦντας θυσιῶν ... ἐπέτρεψε τὰς θυσίας etc.. Hieronymus in Iesai. I. 12.

13. τ. δαιμονίοις] H. e. Molocho, cui (scriptura saepe testante) Israelitae filios suos sacrificabant.

14. ὁ λόγος αὐτοῦ τ. σημαίνει λέγων] Haec fere idem exprimunt quod paulo ante κέκραγεν ὁ θεὸς et ὁ θεὸς μεμήνυκεν similesque dictiones hoc in Dialogo persaepe obviae, v. c. ὁ λόγος (τοῦ θεοῦ) φησίν, ἔφη, λέγει, εἶπε, καλεῖ etc.: c. 93. p. 321. B, c. 60. p. 283. D. E, c. 62. p. 285. A, c. 77. p. 303. A, alibi. Haud raro addita est praepositio διὰ cum nomine sacri scriptoris in casu genitivo, v. c. διὰ

sionem accepit, eique benedixit ille: cuius secundum ordinem deus aeternum sacerdotem se instituturum esse per Davidem declaravit. Vobis igitur solis necessaria fuit haec circumcisio, ut populus non esset populus ac gens non gens, quemadmodum etiam Hoseas, unus duodecim prophetarum, ait. Etenim iusti omnes quos modo recensui, quamvis sabbata non observarent, deo placuere ac post eos Abrahamus eiusque posteri omnes usque ad Mosen, sub quo iniustus populus vester et ingratus in deum repertus est conflato in solitudine vitulo. Unde deus accommodans se ad populum istum praecepit hostias quoque offerri tamquam nomini suo, ut ne simulacra coleretis: quod quidem neutiquam servastis, sed et liberos vestros immolastis daemoniis. Iussit sabbatum quoque observari, ut memoriam dei teneretis; nam etiam effatum eius hoc declarat dicens: *Ut cognoscatis me esse deum redemtorem vestrum.*

20. Pariter mandavit ut a cibis quibusdam abstineretis, ut etiam inter edendum et bibendum ante oculos haberetis deum, quippe quum faciles sitis et proclives ad abiiciendam eius

Μωυσέως, διὰ Δαυίδ, διὰ Ζαχαρίου etc.: c. 28. p. 246. B, c. 49. p. 268. A, c. 52. p. 272. B, c. 58. p. 280. C, alibi. Enimvero tum certe in Dialogo *λόγος τοῦ θεοῦ* non significat logon divinum (sic Thirlbius: cuius coniecturam vide supra c. 15. n. 5), qui (Apol. I. c. 33. p. 75. D, c. 36. p. 76. D, II. c. 10. p. 49. A) viros sacros inspiraverit (neque obstant verba c. 128. p. 358. B: *καὶ λόγον καλοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τὰς παρὰ τοῦ πατρὸς ὁμιλίας φέρει τοῖς ἀνθρώποις*: haec videlicet non ad inspirationem sensu strictiori dictam, verum ad theophanias referenda sunt), nec scripturam divinam (ita fere semper Maranus reddit), sed effatum sive oraculum (Langus: *verbum*) dei, quod per prophetas edidit. Nam *διὰ* illis locis est *prophetae ope* sive *propheta interveniente*. vern. *durch Vermittelung des* —. Hinc *οἱ λόγοι* (*τοῦ θεοῦ*) *σημαίνουσι, κηρύσσουσι* etc.: c. 56. p. 276. B, c. 63. p. 287. B, alibi. Sic *εἴρηται ὁ λόγος* c. 65. p. 289. C, *ὁ προφητικὸς λόγος σημαίνει* c. 56. p. 275. D, alia huiuscemodi. Quae semel hic monuisse sufficiat.

15. *Τοῦ ... ὑμᾶς*] Ezech. 20, 12. 20.

1. *ἵνα καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν* etc.] Similiter docent Barnabas Epist. c. 10, Clemens Alex. Paedag. II. c. 1. §. 14—17, Tertullianus c. Marc. II. c. 18, Novatianus de cib. Iud. c. 4, Constitt. apost. VI. c. 20.

σεως αὐτοῦ, ὡς καὶ Μωυσῆς φησιν· [2]Ἔφαγε καὶ ἔπιεν ὁ λαὸς
καὶ ἀνέστη τοῦ παίζειν. Καὶ πάλιν· [3]Ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνε-
πλήσθη [4]καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος· ἐλιπάν-
θη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐ-
τόν. Τῷ γὰρ Νῶε ὅτι συγκεχώρητο ὑπὸ τοῦ θεοῦ, δικαίῳ ὄντι,
πᾶν ἔμψυχον ἐσθίειν πλὴν κρέας ἐν αἵματι, [5]ὅπερ ἐστὶ νεκριμαῖον,
διὰ Μωυσέως ἀνιστορήθη ὑμῖν ἐν τῇ βίβλῳ [6]τῆς Γενέσεως. Καὶ C
[7]βουλομένου αὐτοῦ εἰπεῖν [8]Ὡς λάχανα χόρτου προεῖπον ἐγώ·
Τὸ ὡς λάχανα χόρτου [9]τοῦ μὴ ἀκούσεσθε ὡς εἴρηται ὑπὸ τοῦ
θεοῦ, ὅτι ὡς τὰ λάχανα εἰς τροφὴν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπεποιήκει ὁ
θεός, οὕτως καὶ τὰ ζῶα εἰς κρεωφαγίαν [10]ἐδεδώκει; Ἀλλ' ἐπεί
τινα τῶν χόρτων οὐκ ἐσθίομεν, οὕτω καὶ διαστολὴν ἔκτοτε τῷ
Νῶε διεστάλθαι φατέ. Οὐχ ὡς ἐξηγεῖσθε πιστευτέον. Πρῶτον
μὲν γὰρ ὅτι πᾶν λάχανον χόρτος ἐστὶ καὶ [11]βιβρώσκεσθαι δυνά-
μενος λέγειν καὶ κρατύνειν, οὐκ ἐν τούτῳ ἀσχοληθήσομαι. Ἀλλὰ D
εἰ καὶ τὰ λάχανα τοῦ χόρτου διακρίνομεν, μὴ πάντα ἐσθίοντες,
οὐ διὰ τὸ εἶναι αὐτὰ [12]κοινὰ ἢ ἀκάθαρτα οὐκ ἐσθίομεν, ἀλλ' ἢ

2. Ἔφαγε ... παίζειν] Exod. 32, 6.

3. Ἔφαγεν ... αὐτόν] Deuteron. 32, 15.

4. καὶ ἐλιπάνθη] Desunt haec apud Septuaginta, et Iustini negligentiae imputantur ab erudito Londinensi editore; sed tamen hunc locum S. Ioannes Chrysostomus eodem prorsus modo refert Homil. in Iud. I. c. 2. p. 589. Ex his autem testimoniis alterum ex libro Exodi petitum ad ea spectat quae ante leges mosaicas, alterum ex Deuteronomio ad ea quae post has leges contigere. Atque id quidem videtur Iustinus hac mente fecisse, ut probaret legem non solum Iudaeis ob nequitiam et cor durissimum impositam fuisse, sed etiam illos minime hac lege sanatos fuisse. *Maranus.*

5. ὅπερ ἐστὶ νεκριμαῖον] Sic recte edidit Sylburg. ex coniectura H. Stephani (in edit. Epist. ad Diogn. p. 59). Vulgo mendose ὅπέρ ἐστιν ἐκριμαῖον, id quod Iebb. perverse voluit retineri, = *eiectitium.* Langus censuit emendandum ἐκκρεμαῖον: *pensile* s. *suspensum.*

6. τ. Γενέσεως] Genes. 9, 4.

7. βουλομένου αὐτοῦ εἰπεῖν etc.] Non soli Iudaei illud scripturae obiiciebant *(ut olera herbae)*, sed ipsi etiam haeretici, qui carnium usum vetabant, hoc scripturae testimonio errorem tuebantur, ut videre est apud Basilium Epist. 236. c. 4. Sed merito demonstrat Iustinus hunc locum favere Christianis, et quemadmodum nonnullis oleribus abstinemus, non quod impurae sint sed quod noceant, ita licentiam Noe concessam animalium edendorum non aliis quam naturae et rationis finibus

cognitionem, prout Moses quoque ait: *Edit et bibit populus et surrexit ad ludendum.* Et rursus: *Edit Iacobus et saturatus est et impinguatus, et recalcitravit dilectus: impinguatus est, incrassatus, dilatatus, et dereliquit deum factorem suum.* Noacho enim, viro iusto, concessum esse a deo ut animatum omne praeter carnem in sanguine, hoc est suffocatum, ederet, Moses vobis narravit in libro Genesis. Quumque pararet ille obiicere verba *Ut olera herbae* occupavi ego dicere: Illud *ut olera herbae* cur non eo sensu accipietis quo dictum est a deo, nempe quemadmodum herbas homini ad victum deus creaverat, ita etiam animalia dedisse ut carnem ederet? Sed quia quaedam olera non edimus, propterea discrimen ex illo tempore Noacho praescriptum esse dicitis. Nequaquam ut exponitis ita credendum. Primum enim omne olus herbam esse et manducari quum dicere et evincere possim, in hoc non immorabor. Sed etsi olera herbae discernimus, non omnia edentes, non idcirco quod impura vel immunda sint non edimus, verum quod aut amara aut lethifera

contineri. Ita porro solemne fuit Christianis victus sui rationem hoc scripturae testimonio defendere, ut eos Iulianus exagitet apud Cyrillum Alex. IX [Opp. ed. Aubert. Tom. VI] p. 319, quod puros se, ut Iudaei, non praebeant, sed omnia *ut olera herbae* edenda pronuntient. Idem imperator in sexta oratione ridet illud hominum genus, quod promiscue omnia comedit *tamquam olera herbarum*. Tum addit: *Γνωρίζεις, οἶμαι, τῶν Γαλιλαίων τὰ ῥήματα. Maranus.*

8. *Ὡς λάχανα χόρτου*] Genes. 9, 3.

9. *τοῦ μὴ ἀκούσεσθε*] Illud *τοῦ* expungendum censuit Stephanus; Sylburgius expunxit. Perionius legit *οὐ μὴ ἀκούετε* eique Thirlbius assensit. Male. Est *τοῦ* hic i. q. *τίνος*, praetermisso *χάριν* vel *ἕνεκα*. Exemplum habes Apol. II. c. 2. n. 21.

10. *ἐδεδώκει . . . πιστευτέον*] Ante Marani tempora prave distinguebatur sic: *ἐδεδώκει· ἀλλ'* ... *φατέ, οὐχ* (Thirlb. *ἐδεδώκει, ἀλλ'* ... *φατέ, οὐχ*) etc.. Hinc Sylburgio *φατέ* vel tollendum videtur vel in infinitivum *φάναι* transmutandum. Sed iusta interpunctione locus sanatur. — Vocula *ἔκτοτε* ante Aristotelem non occurrit; cf. Lobeck ad Phryn. p. 46.

11. *βιβρώσκεσθαι*] Convenientius *βιβρώσκεται*. Illud ut retineatur, Sylburgius subaudit *ἐπιτήδειον* vel simile adiectivum. Videtur a praecedente *ἐστὶ* pendere. — Thirlbius proposuit *λάχανον χόρτου*.

12. *κοινὰ . . . ἐσθίομεν*] Coll. Actt. apostt. 10, 14. — Particula *ἢ* per epexegesin posita est, perin-

διὰ τὸ πικρὰ ἢ θανάσιμα ἢ ἀκανθώδη· τῶν δὲ γλυκέων πάντων
καὶ τροφιμωτάτων καὶ [13] καλλίστων, θαλασσίων τε καὶ χερσαίων,
ἐφιέμεθα καὶ μετέχομεν. [14] Οὕτω καὶ τῶν ἀκαθάρτων καὶ ἀδίκων E
καὶ παρανόμων ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσεν ὁ θεὸς διὰ Μωυσέως,
[15] ἐπειδὴ καὶ τὸ μάννα ἐσθίοντες ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ τὰ θαυμάσια
πάντα ὁρῶντες ὑμῖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ γινόμενα, μόσχον τὸν χρύσεον
ποιήσαντες προσεκυνεῖτε. Ὥστε δικαίως ἀεὶ βοᾷ· [16] Υἱοὶ ἀσύνετοι, οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

21. Καὶ ὅτι διὰ τὰς ἀδικίας ὑμῶν καὶ τῶν πατέρων ὑμῶν 238
εἰς σημεῖον, ὡς προέφην, καὶ τὸ σάββατον ἐντέταλται ὁ θεὸς φυλάσσειν ὑμᾶς καὶ τὰ ἄλλα προστάγματα προστετάχει, καὶ σημαίνει ὅτι διὰ τὰ ἔθνη, ἵνα μὴ βεβηλωθῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρ' αὐτοῖς, διὰ τοῦτο εἴασέ τινας ἐξ ὑμῶν ὅλως ζῶντας, αὗται αἱ φωναὶ
αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι δύνανται ὑμῖν. Εἰσὶ δὲ εἰρη- 177
μέναι διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ οὕτως· [1] Ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν· ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύεσθε, καὶ τὰ δικαιώματά μου φυλάσσετε,
καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν Αἰγύπτου μὴ συναναμίγνυσθε, καὶ τὰ B
σάββατά μου ἁγιάζετε, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, τοῦ γινώσκειν ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν. Καὶ παρεπικράνατέ με, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν τοῖς προστάγμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν, καὶ τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφύλαξαν τοῦ ποιεῖν αὐτά, ἃ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὰ σάββατά μου ἐβεβήλουν. Καὶ εἶπα τοῦ ἐκχέαι τὸν θυμόν μου
ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ συντελέσαι ὀργήν μου ἐπ' αὐτούς, C
καὶ οὐκ ἐποίησα, ὅπως τὸ ὄνομά μου τὸ παράπαν μὴ βεβηλωθῇ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, [2] ὧν ἐξήγαγον αὐτοὺς κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Καὶ ἐγὼ ἐξῆρα τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ διασκορπίσαι ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ διασπεῖραι αὐτοὺς

de ac si dictum esset: κοινὰ *vel, ut alii vocant,* ἀκάθαρτα. — Ad verba ἀλλ' ἢ ... ἀκανθώδη subaudi εἶναι ex praecedentibus.

13. καλλίστων] Perionius: o-*ptima.*

14. *Οὕτω καὶ* etc.] Sic se habet S. Martyris ratiocinatio interpretibus minus perspecta. Quemadmodum ab oleribus nonnullis abstinemus, non quod lege ulla vetita sint sed quod noxia, ita lex abstinendi ab animalibus iniustis et rapacibus Noae imposita non fuit, sed vobis ob peccata hoc iugum imponi

aut spinosa; dulcia autem et ad alendum aptissima quaeque et pulcherrima, sive sint maritima sive terrestria, appetimus et sumimus. Sic etiam ut ab impuris et iniustis et iniquis abstineretis praecepit vobis deus per Mosen, quia tum, quum manna ederetis in solitudine et miracula omnia videretis vobis a deo exhibita, vitulum quem fecistis aureum adorastis. Quapropter merito semper clamat: *Filii insipientes, non est fides in iis.*

21. Et quod propter vestras ac patrum vestrorum iniquitates in signum, ut antea dixi, etiam sabbatum a vobis deus iussit observari caeteraque praecepta imposuit, ēt quod significat se propter gentes, ne nomen suum apud eas profanaretur, aliquos omnino ex vobis vivos reliquisse, id vobis ipsa eius verba demonstrare possunt. Ita autem per Ezechielem sunt prolata: *Ego dominus deus vester: in praeceptis meis ambulate, et statuta mea servate, et in adinventionibus Aegypti ne commisceamini, et sabbata mea sanctificate, et erunt signum inter me et vos, ut cognoscatis me esse dominum deum vestrum. Et exacerbavistis me, et filii vestri in praeceptis meis non ambularunt, et statuta mea non servarunt ut ea facerent, quae qui fecerit homo, vivet in iis, sed sabbata mea violarunt. Et dixi me effusurum furorem meum super eos in solitudine, ut complerem iram meam in eos, et non feci, ut nomen meum omnino non violaretur coram gentibus, e quibus eduxi eos in oculis earum. Et ego extuli manum meam super eos in solitudine, ut dispergerem in gentibus et disseminarem*

oportebat. Frustra ergo Thirlbius hic deesse aliquammulta opinatus est. *Maranus.*

15. *ἐπειδὴ καὶ τὸ μάννα* etc.] Hoc observant etiam Irenaeus, cuius verba c. 19. n. 12 allegavi, et Tertullianus l. c.; idem Constitt. apost. l. c. luculenter exponunt.

16. *Υἱοὶ ... αὐτοῖς*] Deuteron. 32, 20; coll. Ierem. 4, 22.

1. *Ἐγὼ ... ἀφανίσω*] Ezech. 20, 19—26.

2. *ὧν*] In codd. mstis et editis hoc pronomen omissum est: ob similem praecedentis vocis syllabam. Illud reponendum esse „res ipsa clamat“ (Thirlb.). Mox vulgo *αὐτῶν, καὶ* —.

ἐν ταῖς χώραις, ἀνθ' ὧν τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐποίησαν, καὶ τὰ προστάγματά μου ἀπώσαντο, καὶ τὰ σάββατά μου ἐβεβήλουν, καὶ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῶν πατέρων αὐτῶν ἦσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλά, καὶ δικαιώ- D
ματα ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς· καὶ μιανῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς [3]δώμασιν αὐτῶν, ἐν τῷ διαπορεύεσθαί με πᾶν διανοῖγον μήτραν ὅπως ἀφανίσω.

22. Καὶ [1]ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ διὰ τὰς εἰδωλολατρείας, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ ἐνδεὴς εἶναι τῶν τοιούτων προσφορῶν, ἐνετείλατο ὁμοίως ταῦτα γίνεσθαι, ἀκούσατε πῶς περὶ τούτων λέγει διὰ Ἀμώς, ἑνὸς τῶν δώδεκα, βοῶν· [2]Οὐαὶ οἱ ἐπι- E
θυμοῦντες τὴν ἡμέραν τοῦ κυρίου. Ἵνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου; Καὶ αὐτή ἐστι σκότος καὶ οὐ φῶς. [3]Ὃν τρόπον ὅταν ἐκφύγῃ ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος, καὶ συναντήσῃ αὐτῷ ἡ ἄρκτος, καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ ἀπερείσηται τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. Οὐχὶ σκότος ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος [4]αὐτοῖς; Μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν. Διότι ἐὰν ἐνέγκητέ μοι 239
τὰ ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν, οὐ προσδέξομαι αὐτὰ καὶ [5]σωτηρίου ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ πλῆθος ᾠδῶν σου καὶ ψαλμῶν· ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. Καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ κρίμα καὶ ἡ δικαιοσύνη ὡς χειμάῤῥους ἄβατος. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; λέγει κύριος. Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥαφάν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς. Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, λέγει κύριος· ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. Οὐαὶ B
οἱ κατασπαταλῶντες Σιὼν καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμα-

3. δώμασιν] Sic uterque cod. mstus et duo τῶν ο' codices apud Holm.-Parsons.; atque probavit Perionius propter id quod sequitur de puero primigenio. At Stephanus caeterique editores δόμασιν (*muneribus*) dederunt.

1. ὅτι] De significatione huius particulae adi Apol. I. c. 42. n. 3. — Tum εἰδωλαλατρείας scripsi pro vulg. εἰδωλολατρίας, quae forma Iustino inusitata est.

2. Οὐαὶ ... Ἐφραΐμ] Amos. 5, 18—6, 7.

eos in regionibus, eo quod statuta mea non fecerunt, et praecepta mea repulerunt, et sabbata mea violarunt, et post cogitationes patrum suorum oculi eorum fuerunt. Et ego dedi iis praecepta non bona, et statuta in quibus non vivent; et polluam eos in aedibus eorum, quum pertransibo omne adaperiens vulvam ut aboleam.

22. Et quod propter peccata populi vestri et simulacrorum cultus praecepit similiter ut dona offerrentur, non autem quod iis indigeret, audite quid de his dicat per Amosum, unum ex duodecim, clamans: *Vae iis qui desiderant diem domini. Ad quid haec vobis dies domini? Et ea est tenebrae et non lux. Quomodo quum fugiat homo e conspectu leonis, et obviam ei fiat ursus, et introeat in domum suam et innitatur manibus suis super parietem, et mordeat eum serpens. Nonne tenebrae dies domini et non lux, et caligo non habens splendorem iis? Odi, repuli festivitates vestras, et non olfaciam in conventibus vestris. Idcirco quum obtuleritis mihi holocausta et sacrificia vestra, non suscipiam ea et salutaris apparitiones vestras non respiciam. Aufer a me multitudinem carminum tuorum et psalmorum; organa tua non audiam. Et volvetur sicut aqua iudicium et iustitia sicut torrens non vadosus. Num victimas et hostias obtulistis mihi in solitudine, domus Israelis? dicit dominus. Et assumsistis tabernaculum Molochi et sidus dei vestri Raphani, figuras, quas fecistis vobis. Et transferam vos trans Damascum, dicit dominus; deus omnipotens nomen ei. Vae iis qui in deliciis versantur in Sione et qui confidunt in monte Samariae. Qui*

3. Ὃν τρόπον etc.] Interpres Campidonensis: „Es wird gerade so seyn als wenn ein Mensch vor einem L. flöhe."

4. αὐτοῖς] Ita uterque cod. mstus. Sed Stephanus et post eum omnes Marano excepto edidere αὐτῆς (subaudito fortasse ἡμέρας), quod legitur in aliquot τῶν ο′ codd. mstis. Rectius fuisset αὕτη.

5. σωτηρίου] Sic etiam Biblia Aldina et Complutensia, Cyrillus Alex., Theodoretus, cod. τῶν ο′ Alex. et multi alii (ap. Holm. - Pars.). Tamen Thirlbius monet scribendum esse σωτήριον. Hieronymus: *Salutare praesentiae vestrae non respiciam.*

ρείας. [6] Οἱ ὠνομασμένοι ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν· εἰσῆλθον ἑαυτοῖς οἶκος Ἰσραήλ. Διάβητε πάντες εἰς Χαλάνην καὶ ἴδετε, καὶ πορεύθητε ἐκεῖθεν εἰς Ἀμὰθ τὴν μεγάλην, καὶ κατάβητε ἐκεῖθεν εἰς Γὲθ τῶν ἀλλοφύλων, τὰς κρατίστας ἐκ πασῶν τῶν βασιλειῶν τούτων, εἰ πλείονά ἐστι τὰ ὅρια αὐτῶν τῶν ὁρίων ὑμῶν. Οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν πονηράν, οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν, οἱ κοιμώμενοι ἐπὶ κλινῶν
ἐλεφαντίνων καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν, οἱ 180
ἐσθίοντες ἄρνας ἐκ ποιμνίων καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γα- C
λαθηνά, οἱ ἐπικροτοῦντες πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων, ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα, οἱ πίνοντες ἐν φιάλαις οἶνον καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι, καὶ οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπὶ τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ. Διὰ τοῦτο νῦν αἰχμάλωτοι ἔσονται ἀπ' ἀρχῆς δυναστῶν τῶν ἀποικιζομένων, καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ. Καὶ πάλιν διὰ Ἰερεμίου· [7] Συναγάγετε τὰ κρέα ὑμῶν καὶ τὰς θυσίας καὶ φάγετε, ὅτι οὔτε περὶ θυσιῶν ἢ σπονδῶν ἐνετειλάμην τοῖς
πατράσιν ὑμῶν, ᾗ ἡμέρᾳ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγα- D
γεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ πάλιν διὰ Δαυὶδ [8] ἐν τεσσαρακοστῷ ἐνάτῳ ψαλμῷ οὕτως ἔφη· [9] Θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε,
καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. Ἐκ 181
Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς [10] ὡραιότητος αὐτοῦ. Ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν, τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.
[11] Συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τοὺς διατιθεμένους τὴν 240
διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν

6. *Οἱ ὠνομασμένοι ... ἐθνῶν*] Duae hic translationes conflatae sunt; namque apud Septuaginta tantum exstant verba *ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν*. Censet Maranus fortasse scripsisse Iustinum *οἱ ὠνομ. ἐπὶ τ. ἀρχηγοῖς*, interpretationem autem LXX virorum ad marginem ab aliquo librario appositam esse, unde in textum obrepserit.

7. *Συναγάγετε ... Αἰγύπτου*] Ierem. 7, 21. 22.

8. *ἐν τεσσ.*] Malit Sylburg. *ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ*.

9. *Θεὸς ... σωτήριόν μου*] Ps. 49. — Fere nihil a vulgata Bibliorum lectione discrepat, quamquam nulla comprehensio ex aliis scriptis a Martyre affertur, in qua non ma-

nominati sunt in ducibus vindemiarunt primitias gentium: ingressi sunt sibi ipsis domus Israelis. Transite omnes Chalanen et videte, et ite inde Hamathum magnum, et descendite inde Gethum alienigenarum, optima ex omnibus his regnis, si ampliores sunt termini eorum terminis vestris. Qui veniunt in diem malum, qui appropinquant et tangunt sabbata mendacia, qui dormiunt in lectis eburneis et deliciis affluunt in stratis suis, qui edunt agnos ex gregibus et lactentes vitulos ex medio armentorum, qui applaudunt ad vocem organorum: quasi stantia putaverunt et non quasi fugientia: qui bibunt phialis vinum et primis unguentis unguuntur, et nihil patiebantur super contritione Iosephi. Quapropter nunc captivi erunt in primo ordine optimatum alio transeuntium, et transmutabitur domicilium maleficorum, et tolletur hinnitus equorum ex Ephraimo. Ac rursus per Ieremiam: *Congregate carnes vestras et victimas et comedite, quia minime de victimis et libationibus praecepi patribus vestris, quo die apprehendi manum eorum ut educerem eos ex terra Aegypti.* Et rursus per Davidem in quadragesimo nono psalmo sic locutus est: *Deus deorum dominus locutus est, et vocavit terram ab ortu solis usque ad occasum. Ex Sione species decoris eius. Deus manifeste veniet, deus noster, et non silebit: ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius tempestas ingens. Advocabit coelum sursum et terram, ut iudicet populum suum. Congregate ei sanctos eius, qui disponunt foedus eius super sacrificia. Et adnuntiabunt coeli iustitiam eius, quia deus*

gna compareat discrepantia. Perionius hoc putavit in causa esse, „quod psalmorum liber vulgo non solum legi sed etiam edisci solet: itaque facilius errores corrigi potuerunt, si qui erant.“ Refragatur Thirlbius, qui istam convenientiam memoriae Iustini adscribit; „psalmi enim semper magna pars erant Christianorum sacrorum, ut minime mirum sit si qui reliquas scripturas pene omnes memoriter recitare poterant, id quod de multis patrum persuasissimum habeo, psalterium ad verbum memoriae infixum haberent.“

10. ὡραιότητος] Stephanus ὁραιότητος et infra ὁραιότης.

11. Συναγάγετε] Stephanus, Regium secutus, συναγάγεται edidit. Iam Sylburgius emendavit.

δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Ἄκουσον, λαός μου,
καὶ λαλήσω σοι, Ἰσραήλ, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· ὁ Θεός, ὁ
Θεός σου εἰμὶ ἐγώ. Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε· τὰ δὲ
ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Οὐ δέξομαι ἐκ
τοῦ οἴκου σου μόσχους οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου [12]χιμάρους,
ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία [13]τοῦ ἀγροῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι
καὶ βόες· ἔγνωκα πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡραιότης
ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· ἐμὴ γάρ
ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Μὴ φάγωμαι κρέα B
ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέ-
σεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με
ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Τῷ δὲ 182
ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου,
καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου [14]διὰ στόματός σου; Σὺ δὲ
ἐμίσησας παιδείαν καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω.
Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα
σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου
περιέπλεκε δολιότητας. Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελά- C
λεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Ταῦ-
τα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος.
Ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου.
Σύνετε δὴ ταῦτα [15]οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ,
καὶ οὐ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδός,
ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. Οὔτε οὖν θυσίας παρ' ὑμῶν λαμ-
βάνει, οὔτε ὡς ἐνδεὴς τὴν ἀρχὴν ἐνετείλατο ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τὰς
ἁμαρτίας ὑμῶν. [16]Καὶ γὰρ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπικλη-
θέντα οὐχ ὡς ἐνδεὴς ὢν ὡμολόγησεν οἶκον αὐτοῦ ἢ αὐλήν, ἀλλ'
ὅπως [17]κἂν κατὰ τοῦτο προσέχοντες αὐτῷ μὴ εἰδωλολατρῆτε. Καὶ D
ὅτι τοῦτό ἐστιν, Ἡσαΐας λέγει· [18]Ποῖον οἶκον ᾠκοδομήσατέ μοι;

12. χιμάρους] Uterque cod. mstus χειμάῤῥους praebet, nihil ad rem. Stephanus χιμάῤῥους (sic) scripsit.

13. τοῦ ἀγροῦ] Uterque cod. mstus in margine τοῦ δρυμοῦ.

14. διὰ στόματός σου] Uterque cod. mstus διὰ χειλέων σου in margine.

15. οἱ] Omisit Maranus contra codices.

16. Καὶ γὰρ etc.] Cf. c. 92. p. 320. B: τόπον εἰς ὄνομα τοῦ

iudex est. Audi, popule mi, et loquar tibi, Israel, et testificabor tibi: Deus, deus tuus sum ego. Non de sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos, quia meae sunt omnes bestiae agri, pecora in montibus et boves; novi omnia volatilia coeli, et decus agri mecum est. Si esuriero, non tibi dicam; meus est enim orbis terrae et plenitudo eius. Num manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua; et invoca me in die tribulationis, et eruam te, et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras statuta mea, et assumis foedus meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adultero portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuae ponebas scandalum. Haec fecisti, et tacui: suspicatus es me iniquitate tibi fore similem. Arguam te et statuam contra faciem tuam peccata tua. Intelligite utique haec qui obliviscimini deum, ne quando rapiat, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter, quo ostendam ei salutare meum. Itaque sacrificia neque a vobis recipit, neque ut iis indigens primitus fieri praecepit, sed propter peccata vestra. Nam et templum, quod Hierosolymitanum vocatur, non ut eo indigens domum suam vel aulam appellavit, sed ut saltem ibi in eum intenti simulacra ne coleretis. Et hoc ita se habere Iesaias dicit: *Qualem domum*

θεοῦ ἐπικληθῆναι ἀνασχέσθαι τὸν κύριον, ἵνα . . . μὴ εἰδωλολατρ. etc.. Conferre iuvat Clement. Recogg. I. c. 38: „Ubi vero tyrannos sibi magis quaesivere quam reges, tunc etiam in loco, qui eis orationis causa fuerat praedestinatus, templum pro ambitione regia construxere."

17. *κἂν*] Vulgo *καὶ* inepte. Quapropter illud (comp. e. g. c. 27. p. 244. C: *ἵνα κἂν οὕτως*) confidenter in textum recepi. Cf. Apol. I. c. 8. n. 5.

18. *Ποῖον . . . μου*] Iesai. 66, 1.

λέγει κύριος. Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου.

23. Ἐὰν δὲ ταῦτα οὕτως μὴ ὁμολογήσωμεν, συμβήσεται ἡ-
μῖν εἰς ἄτοπα ἐμπίπτειν νοήματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ μὴ ὄν- 183
τος τοῦ κατὰ τὸν Ἐνὼχ καὶ τοὺς ἄλλους [1] πάντας, οἳ μήτε περι-
τομὴν τὴν κατὰ σάρκα ἔχοντες μήτε σάββατα ἐφύλαξαν μήτε δὲ τὰ
ἄλλα, Μωυσέως ἐντειλαμένου ταῦτα ποιεῖν, ἢ τὰ αὐτὰ [2] αὐτὸν δί-
καια μὴ ἀεὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων βεβουλῆσθαι πράσσειν· ἅπερ 241
γελοῖα καὶ ἀνόητα ὁμολογεῖν φαίνεται. Δι' αἰτίαν δὲ τὴν τῶν
ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων τὸν αὐτὸν ὄντα ἀεὶ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα
ἐντετάλθαι ὁμολογεῖν, καὶ φιλάνθρωπον καὶ προγνώστην καὶ ἀνεν-
δεῆ καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν ἀποφαίνειν ἐστίν. Ἐπεὶ εἰ μὴ ταῦ-
τα οὕτως ἔχει, ἀποκρίνασθέ μοι, ὦ ἄνδρες, περὶ τῶν ζητουμέ-
νων τούτων ὅ τι φρονεῖτε.

Καὶ μηδὲν μηδενὸς ἀποκριναμένου· Διὰ ταῦτά [3] σοι, ὦ Τρύ-
φων, καὶ τοῖς βουλομένοις προσηλύτοις γενέσθαι κηρύξω ἐγὼ θεῖον
λόγον, ὃν παρ' ἐκείνου ἤκουσα [4] τοῦ ἀνδρός. Ὁρᾶτε ὅτι [5] τὰ B
στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ οὐδὲ σαββατίζει. Μείνατε [6] ὡς γεγένησθε. Εἰ
γὰρ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ ἦν χρεία περιτομῆς οὐδὲ πρὸ Μωυσέως
σαββατισμοῦ καὶ ἑορτῶν καὶ προσφορῶν, οὐδὲ νῦν, μετὰ τὸν
κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ [7] δίχα ἁμαρτίας διὰ τῆς ἀπὸ γένους

1. πάντας] Non dubito fore plerosque qui legendum putent πατριάρχας vel πατέρας. Nos nihil mutamus. *Thirlbius.*

2. αὐτὸν] Sic pro vulg. αὐτῶν scribendum esse iam Sylburg. intellexit, cui adstipulantur editores. Illud enim (Maran.) postulat tum sententiae series, tum quod c. 30. p. 247. A. iterum Iustinus ait Iudaeos materiam dare accusandi dei, quasi non eamdem semper iustitiam homines docuerit.

3. σοι] Codd. msti et editi (exceptis Sylburgiano et Morelliano) mendose τοι exhibent. Literae σ et τ saepe confunduntur; cf. e. g. c. 24. n. 1. — Allocutioni ὦ Τρύφων Thirlbius censet addendum esse ἔφην. Sine ratione. Nam saepiuscule in hoc Dialogo verbum illud praetermittitur, novus quum loquendi ordo incipitur. Maranus: „P r o s e l y t i hic intelligendi qui ad christianam religionem accedunt. Vide infra c. 28.“

4. τοῦ ἀνδρός] Intellige senem illum, qui Iustinum ad rem christianam adduxit (c. 3 — 8).

5. τὰ στοιχεῖα] Vulgo vertunt *elementa* (*et primordia*). Maranus affert Hilarium in Psalm. XCVI. n. 7: „Sed requies nulla est, et cur-

aedificastis mihi? dicit dominus. Coelum mihi sedes, et terra scabellum pedum meorum.

23. Quodsi haec ita non fuerimus professi, eveniet nobis ut in absurdas incidamus cogitationes, quasi non idem deus fuerit temporibus Henochi et caeterorum omnium, qui nec circumcisionem carnis habuerunt nec sabbata et alia eiusmodi observarunt, quippe quum a Mose haec instituta fuerint, vel non eamdem iustitiam ab omni semper hominum genere observari voluerit: quae quidem profiteri ridiculum et stultum esse liquet. Sed eum qui semper idem est haec et similia propter peccatores homines praescripsisse fateri, et hominum amantem eum et praescium et nullius rei egenum et iustum et bonum pronuntiare possumus. Quodsi haec ita se non habent, respondete mihi, o viri, de his quae in quaestionem veniunt quid sentiatis.

Nemine respondente: Tibi ergo, Trypho, et iis qui proselyti esse volunt divinam ego doctrinam praedicabo, quam ex illo audivi viro. Videtis sidera non otiari nec sabbata agere. Manete ut nati estis. Si enim neque ante Abrahamum circumcisione neque ante Mosen sabbato et feriis et oblationibus opus erat: neque nunc, postquam secundum voluntatem patris absque peccato per virginem ab Abrahamo oriundam ge-

sus idem est, et ut sex diebus ita et sabbato omnium elementorum officia continentur.“ Tamen melius (Thirlb.) videtur reddi *sidera*. Cf. Apol. II. c. 5. n. 2 et 3. — Delevi interrogationis signum post σαββατίζει in vulgato textu collocatum. Caeterum idem argumentum, cuius ipse Christus (Ioann. 5, 17) auctor est, c. 29. p. 246. E. repetitur.

6. ὡς γεγένησθε] H. e. *ut nati estis*. Perionius: *ut facti estis*. Langus: *sicut generati estis* (ὡς γεγένησθε). Vide c. 8. n. 7.

7. δίχα ἁμαρτίας] Quod Thirlbius pro his verbis legendum proponit διὰ Μαρίας, id ipse fatetur sibi haud satisfacere. Illa enim ad generationis actum referenda sunt: is est δίχα ἁμαρτίας. Siquidem in generatione cupiditas quaedam vitiosa cernitur, Iesus Christus natus est ex virgine, ἵνα καταργήσῃ γέννησιν ἐπιθυμίας ἀνόμου (de resurrect. c. 3), h. e. ista cupiditas (ἁμαρτία) ut tolleretur. — Mox praepositio διὰ in codd. mstis et editis male omittitur. Maranus desiderat ἐκ vel ἀπό. Ego illud διὰ reposui quum propter frequentem huius praepositionis usum in ista formula apud Martyrem (coll. Apol. I.

τοῦ Ἀβραὰμ παρθένου γεννηθέντα υἱὸν θεοῦ Ἰησοῦν Χριστόν, ὁμοίως ἐστὶ χρεία. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἀβραὰμ ἐν ἀκροβυστίᾳ ὢν διὰ τὴν πίστιν, ἣν ἐπίστευσε τῷ θεῷ, ἐδικαιώθη καὶ εὐλογήθη, ὡς [8] ἡ γραφὴ σημαίνει· τὴν δὲ περιτομὴν εἰς σημεῖον, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοσύνην ἔλαβεν, ὡς καὶ αἱ γραφαὶ καὶ τὰ πράγματα ἀναγ- C κάζει [9] ἡμᾶς ὁμολογεῖν. Ὥστε δικαίως εἴρητο περὶ ἐκείνου τοῦ λαοῦ, ὅτι [10] Ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἣ οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. Καὶ τὸ μὴ δύνασθαι δὲ τὸ θῆλυ γένος τὴν σαρκικὴν περιτομὴν λαμβάνειν, δείκνυσιν ὅτι εἰς σημεῖον ἡ περιτομὴ αὕτη δέδοται, ἀλλ' οὐχ [11] ὡς ἔργον δικαιοσύνης· τὰ γὰρ δίκαια καὶ ἐνάρετα ἅπαντα ὁμοίως καὶ τὰς θηλείας [12] δύνασθαι φυλάσσειν ὁ θεὸς ἐποίησεν. Ἀλλὰ σχῆμα μὲν τὸ τῆς σαρκὸς ἕτερον καὶ ἕτερον ὁρῶμεν γεγενημένον D ἄῤῥενος καὶ θηλείας, διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ δίκαιον οὐδὲ ἄδικον οὐδέτερον αὐτῶν ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ δι' εὐσέβειαν καὶ [13] δικαιοσύνην.

24. Καὶ τοῦτο μὲν οὖν δυνατὸν ἦν ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, ὦ ἄνδρες, ἔλεγον, [1] ὅτι ἡ ἡμέρα ἡ ὀγδόη μυστήριόν τι εἶχε κηρυσσόμενον διὰ τούτων ὑπὸ τοῦ θεοῦ μᾶλλον τῆς ἑβδόμης. Ἀλλ' ἵνα τανῦν μὴ ἐπ' ἄλλους ἐκτρέπεσθαι λόγους δοκῶ, [2] σύνετε, βοῶ, ὅτι τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἐκείνης κατήργηται, καὶ αἵματι σωτηρίῳ πεπιστεύκαμεν· ἄλλη διαθήκη τανῦν, καὶ [3] ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν 242
[4] νόμος. Ἰησοῦς Χριστὸς πάντας τοὺς βουλομένους περιτέμνει,

c. 22. n. 10), tum propter locum gemellum c. 43. p. 261. C: ... τὸν διὰ τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραὰμ ... παρθένου γεννηθέντα υἱὸν τοῦ θεοῦ Χριστόν. Adde c. 100. p. 327. A.

8. ἡ γραφὴ] Coll. Genes. 15, 6.

9. ἡμᾶς] Legi potest etiam ὑμᾶς. *Sylburgius.*

10. Ἐξολ. ... ὀγδόῃ] Genes. 17, 14.

11. ὡς ἔργον] Thirlbius quamquam fatetur coniici posse εἰς ἔργον, praesertim quum paulo ante Iustinus dixerit τὴν δὲ περ. εἰς σημ., ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοσ. ἔλαβεν, tamen nihil mutandum censet. — Simili Cyprianus argumento adv. Iud. I. c. 8 utitur.

12. δύνασθαι] Thirlbius δυνατὰς coniecit, quod quidem minime necessarium.

13. δικαιοσύνην] Adduntur in codd. mstis haec verba: ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο, πετρίναις μαχαίραις. Quae quum paulo post (c. 24. p. 242. A) suo loco legantur, recte a Sylburgio, Morello, Marano ex aliena sede sublata sunt. Langus, ut versio *(sed aut propter veram religionem et iustitiam iustum, aut per idololatriam et iniustitiam iniustum)*

nitus est filius dei Iesus Christus, similiter opus est. Etenim ipse Abrahamus, in praeputio quum esset, propter fidem, qua credidit deo, iustificatus et benedictione auctus est, ut scriptura indicat; circumcisionem autem in signum, minime ad iustitiam accepit, ut et scripturae et res ipsae nos cogunt fateri. Quocirca iure de illo populo dictum est: *Delebitur anima illa ex genere suo, quae non circumcidetur die octavo.* Et quod genus muliebre carnalem circumcisionem accipere non potest, ostendit in signum circumcisionem istam datam esse, minime ut opus iustitiae; sic enim deus mulieres fecit ut, quae iustitiam et virtutem spectant, pariter ipsae quoque omnia observare possent. Verum speciem quidem carnis aliam maris cernimus creatam et aliam feminae, at neutrum idcirco iustum aut iniustum esse perspicimus, sed propter pietatem et iustitiam.

24. Atque hoc quidem vobis possem demonstrare, o viri, inquiebam, diem octavum potius quam septimum aliquid mysterii habuisse, quod per haec a deo promulgatum sit. Sed ne nunc in alios sermones digredi videar, intelligite, clamo, sanguinem circumcisionis illius obsoletum esse et sanguini salutari nos credidisse: aliud nunc foedus, alia exiit ex Sione lex. Iesus Christus omnes qui volunt circumcidit, ut anti-

indicat, pro illis verbis reposuit haecce: *δι' εὐσ. κ. δικ. δίκαιον, ἢ δι' εἰδωλολατρείαν καὶ ἀδικίαν ἄδικον.* Sed oratio non eget ista additione. Nam quod Martyr dicit utrumque sexum iustum esse aut iniustum, non propter speciem carnis sed propter pietatem et iustitiam, intellige (Maran.) ob pietatem et iustitiam servatam aut violatam.

1. *ὅτι ἡ ἡμέρα ἡ ὀγδόη μυστήριον* etc.] Hoc mysterium explicatur c. 41. p. 260. C. — Stephan. *ὅσι* edidit, quod in Reg. invenerat; idem Iebb. perverse retinuit in textu. Sunt fortasse qui *ὡς* a Iustino existiment scriptum esse: quod tamen minus probatur. Vide c. 23. n. 3.

2. *σύνετε, βοῶ*] Fortasse *σύνετε ὃ βοῶ.* — Ad verba *τὸ αἷμα ... κατήργηται* comp. Barnabae Ep. c. 9: *Ἡ γὰρ περιτομή, ἐφ' ᾗ πεποίθασι, κατήργηται.*

3. *ἄλλος ... νόμος*] Coll. Iesai. 2, 3 et Mich. 4, 2.

4. *νόμος. Ἰησοῦς Χρ.*] Quid si legerimus *ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν νόμος, Ἰησοῦς Χριστός, ὃς* etc. ex mente Langi? [Cf. c. 11. n. 12.] Sed lectio recepta nescio quid habet concitatius et vehementius, et proinde

ὥσπερ ἄνωθεν [5] ἐκηρύσσετο, πετρίναις μαχαίραις, [6] ἵνα γένηται ἔθνος δίκαιον, λαὸς φυλάσσων πίστιν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας καὶ φυλάσσων εἰρήνην. Δεῦτε σὺν ἐμοὶ πάντες [7] οἱ φοβούμενοι τὸν θεόν, οἱ θέλοντες τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ ἰδεῖν. Δεῦτε, πορευθῶμεν τῷ φωτὶ κυρίου· ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οἶκον Ἰακώβ. Δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, συναχθῶμεν εἰς Ἱερουσαλὴμ τὴν μηκέτι πολεμουμένην διὰ τὰς ἀνομίας τῶν λαῶν. [8] Ἐμφανὴς γὰρ ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι, βοᾷ διὰ Ἡσαΐου. Εἶπα· Ἰδού εἰμι, [9] ἔθνεσιν, οἳ B οὐκ ἐπεκαλέσαντό μου τὸ ὄνομα. Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, τοῖς πορευομένοις ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλὰ ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Λαὸς ὁ παροξύνων με ἐναντίον μου.

25. Σὺν [1] ἡμῖν καὶ κληρονομῆσαι βουλήσονται κἂν ὀλίγον τόπον οὗτοι οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες εἶναι τέκνα Ἀβραάμ, [2] ὡς διὰ τοῦ Ἡσαΐου βοᾷ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν λέγων τάδε· [3] Ἐπίστρεψον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου καὶ δόξης. Ποῦ δή ἐστιν ὁ ζῆλός σου C καὶ ἡ ἰσχύς; Ποῦ ἔστι τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, ὅτι ἠνέσχου ἡμῶν, κύριε; Σὺ γὰρ ἡμῶν εἶ πατήρ, ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ [4] ἐπέγνω ἡμᾶς. Ἀλλὰ σύ, κύριε πατὴρ ἡμῶν, ῥῦσαι ἡμᾶς· ἀπ' ἀρχῆς τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἐστι. Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς, κύριε, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ φοβεῖσθαί σε; Ἐπίστρεψον διὰ τοὺς δούλους

Cf. Matt. 3. 9, and infra 140, n. 6. 464. 186

huic loco aptior esse videatur. *Thirlbius.*

5. ἐκηρύσσετο] Ios. 5. 2.

6. ἵνα ... εἰρήν.] Iesai. 26, 2. 3.

7. οἱ ... ἰδεῖν — Δεῦτε ... Ἰακώβ — Δεῦτε ... λαῶν] Psalm. 127. 4. 5; Iesai. 2, 5. 6; Ierem. 3, 17.

8. Ἐμφανὴς ... μου] Iesai. 65. 1—3.

9. ἔθνεσιν] Fortasse non nemini melius videtur cum Septuaginta ἔθνει legere, ut c. 119. p. 347. B. et Apol. I. c. 49. p. 84. E. Minime muto.

1. ἡμῖν] H. e. *gentilibus* fidem in Christo collocantibus. Cf. c. 26. Codd. msti et editi ὑμῖν, referendum ad gentes (c. 24). Sed talis ad gentes apostrophe homini cum Iudaeis in xysto colloquenti haud convenit. Saepe pronomina ista commutantur; cf. Apol. II. c. 1. n. 4. Illud κληρονομῆσαι significat Iudaeos optaturos ut salutem aeternam, quemadmodum gentiles in Christo fiduciam ponentes, etiam per gratiam conse-

quitus praedicatum fuit, *lapideis cultris*, ut fiat *gens iusta, populus servans fidem*, *apprehendens veritatem et custodiens pacem*. Venite mecum omnes qui timetis deum, qui cupitis bona Hierosolymorum videre. Venite, ambulemus in luce domini; dimisit enim populum suum, domum Iacobi. Venite omnes gentes, conveniamus Hierosolyma non amplius expugnata propter peccata populorum. *Manifestus enim factus sum iis qui me non quaerunt*, *inventus sum ab iis qui me non interrogant*, clamat per Iesaiam. *Dixi: Adsum*, *gentibus*, *quae non invocaverunt nomen meum. Expandi manus meas toto die ad populum incredulum et contradicentem*, *qui incedunt in via non bona*, *sed post peccata sua. Populus est qui exacerbat me in conspectu meo.*

25. Nobiscum vel paullulum loci etiam haereditate accipere isti cupient qui seipsos iustificant seque filios Abrahami esse dicunt, quemadmodum per Iesaiam clamat spiritus sanctus, velut ex persona eorum haecce dicens: *Convertere de coelo*, *et vide de domo sanctuarii tui et gloriae. Ubi est zelus tuus et fortitudo? Ubi est multitudo misericordiae tuae*, *quia sustinuisti nos*, *domine? Tu enim es pater noster*, *quia Abrahamus non novit nos*, *et Israel non cognovit nos. Sed tu*, *domine pater noster*, *libera nos; ab initio nomen tuum super nos est. Cur aberrare nos fecisti*, *domine*, *a via tua*, *indurasti nostra corda*, *ne timeremus te?*

quantur, non per legem et originem ductam ab Abrahamo. Thirlbius pro *καὶ* (ante *κληρον.*) coniecit *δέ*, quod quidem non adeo necessarium est.

2. *ὡς διὰ ... τὸ ἅγ. πν.*] Verba *τὸ ἅγιον πνεῦμα* glossema videntur esse, quod in contextum obrepsit. Nam verbis istis omissis supplendum animo *ὁ θεός* (c. 16. p. 233. D. 234. C, c. 22. p. 238. D, c. 26. p. 243. C, c. 41. p. 260. A, c. 67. p. 292. C), prout saepe alias in Dialogo: e. g. supra c. 24. p. 242. B (*βοᾷ διὰ Ἠσαΐου*) et paulo post c. 27. p. 244. C. D (n. 2). Huc accedit quod mox *λέγων* compareat pro *λέγον*. Neutrum enim genus, relatum ad *τὸ πνεῦμα*, aptius multo erat. De formula *ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν* adi Apol. I. c. 36 (n. 1).

3. *Ἐπίστρεψον ... σφόδρα*] Ies. 63, 15—64, 12.

4. *ἐπέγνω*] Vulgo *ἀπέγνω*. A librariis *ἐπ* et *ἀπ* saepe confunduntur.

σου, διὰ τὰς φυλὰς τῆς κληρονομίας σου, ἵνα μικρὸν κληρονομή-
σωμεν τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου σου. Ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς,
ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν, οὐδὲ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς. D
Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανόν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τα-
κήσονται ὡς ἀπὸ πυρὸς κηρὸς τήκεται· καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς
ὑπεναντίους, καὶ φανερὸν ἔσται τὸ ὄνομά σου ἐν τοῖς ὑπεναντίοις,
ἀπὸ προσώπου σου ἔθνη ταραχθήσονται. Ὅταν ποιῇς τὰ ἔνδοξα,
τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη. Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, οὐ-
δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον θεὸν πλὴν σοῦ καὶ τὰ ἔργα σου, ἃ
ποιήσεις τοῖς [5] ὑπομένουσιν ἔλεον. Συναντήσεται τοῖς ποιοῦσι τὸ
δίκαιον, καὶ τῶν ὁδῶν σου μνησθήσονται. Ἰδοὺ σὺ ὠργίσθης,
καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. Διὰ τοῦτο ἐπλανήθημεν καὶ ἐγενόμεθα ἀκά- 243
θαρτοι πάντες, καὶ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη 187
ἡμῶν, καὶ ἐξεῤῥύημεν ὡς φύλλα διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· οὕτως
ἄνεμος οἴσει ἡμᾶς. Καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐπικαλούμενος τὸ ὄνομά σου,
καὶ [6] οὐ μνησθεὶς ἀντιλαβέσθαι σου, ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν
σου ἀφ' ἡμῶν καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. [7] Καὶ
νῦν ἐπίστρεψον, κύριε, ὅτι λαός σου πάντες ἡμεῖς. Ἡ πόλις τοῦ
ἁγίου σου ἐγενήθη ἔρημος, Σιὼν ὡς ἔρημος [8] ἐγενήθη, Ἱερουσαλὴμ B
εἰς κατάραν· ὁ οἶκος, τὸ ἅγιον ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα, ἣν εὐλόγησαν
οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα τὰ [9] ἔθνη ἔν-
δοξα συνέπεσε. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέσχου, κύριε, καὶ ἐσιώπησας,
καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα.

Καὶ ὁ Τρύφων· Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις, ὅτι οὐδεὶς ἡμῶν κληρονομήσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ τοῦ θεοῦ οὐδέν;

5. ὑπομένουσιν] Editi μετανοοῦσιν. Ita Reg. quoque. Est glossema ad verba ὑπομένουσιν ἔλεον (sic LXX) explicanda, quod, participio ὑπομένουσιν eiecto, a librario in textum perperam intrusum est. Clar. habet τὰ ἔργα σου ποιήσει τοῖς μετανοοῦσιν ἔλεον.

6. οὐ] Iustinus fortasse scripsit ὁ, quemadmodum et Septuaginta. Sed recepta lectio, quum possit ferri, non mutanda est.

7. Καὶ νῦν ἐπίστρεψον, κ., ὅτι λαός etc.] Septuaginta: Καὶ νῦν, κύριε, πατὴρ ἡμῶν σύ, ἡμεῖς δὲ πηλός, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες. Μὴ ὀργίζου ἡμῖν σφόδρα καὶ μὴ ἐν καιρῷ μνησθῇς ἁμαρτιῶν ἡμῶν· καὶ νῦν ἐπίβλεψον, ὅτι λαός etc.. Nisi egregie fallor, haec omnia Iustino restituenda sunt;

Convertere propter servos tuos, propter tribus haereditatis tuae, ut paullulum haereditate accipiamus de monte sancto tuo. Facti sumus ut ab initio, quum non dominareris nostri, neque invocatum esset nomen tuum super nos. Quum aperueris coelum, tremor apprehendet ex te montes, et liquescent sicut igne cera liquescit; et comburet ignis adversarios, et manifestum erit nomen tuum inter adversarios: a facie tua gentes turbabuntur. Quum feceris gloriosa, tremor apprehendet ex te montes. A saeculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt deum praeter te et opera tua, quae facies exspectantibus misericordiam. Occurret facientibus iustitiam, et viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu iratus es, et nos peccavimus. Idcirco in errorem inducti sumus et facti sumus immundi omnes, et ut pannus sedentis omnis iustitia nostra, et defluximus ut folia propter iniquitates nostras: sic ventus auferet nos. Et non est qui invocet nomen tuum, neque qui recordatus sit ut apprehendat te, quia avertisti faciem tuam a nobis et tradidisti nos propter peccata nostra. Etiam nunc convertere, domine, quia populus tuus omnes nos. Urbs sanctuarii tui deserta facta est, Sion tamquam solitudo facta est, Hierosolyma devota sunt; domus, sanctuarium nostrum, et gloria, cui benedixerunt patres nostri, igne combusta est, et omnia gloriosa instituta conciderunt. Et in his sustinuisti, domine, et tacuisti, et nos valde humiliasti.

Ac Trypho: Quid est quod ais, neminem nostrum haereditate quidquam accepturum esse in monte sancto dei?

videlicet librario ansam errandi praebuit repetitum καὶ νῦν. Similis error notatus est c. 16. n. 13, coll. c. 17. n. 11. Verba ista, dummodo Martyr alibi recitasset, lubenter hic insererem orationi.

8. ἐγενήθη] Stephan. vitiose ἐγεννήθη. Cf. Apol. I. c. 47. p. 84. A. et Dial. c. Tr. c. 2. n. 5.

9. ἔθη] Codd. msti et editi ἔθνη, quod neque Septuaginta agnoscunt neque Apol. I. l. c., ubi idem locus laudatur. Quocirca haud dubie non nemini illud videtur expungendum. Quod non fecerim. Iustinus enim scripsit ἔθη, quod sententiae satis accommodatum est. Ἔθνη autem et ἔθη interdum commutantur a librariis, cuius rei exemplum videsis Apol. I. c. 53. n. 5.

26. *Κἀγώ· [1] Οὐ τοῦτό φημι, ἀλλ' οἱ τὸν Χριστὸν διώξαν-
τες καὶ διώκοντες καὶ μὴ μετανοοῦντες οὐ κληρονομήσουσιν ἐν τῷ* C
*ὄρει τῷ ἁγίῳ οὐδέν· τὰ δὲ ἔθνη τὰ πιστεύσαντα εἰς αὐτὸν καὶ με-
τανοήσαντα ἐφ' οἷς ἥμαρτον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι μετὰ τῶν πα-
τριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν δικαίων ὅσοι ἀπὸ Ἰακὼβ
[2] γεγέννηνται· εἰ καὶ μὴ σαββατίζουσι μηδὲ περιτέμνονται μηδὲ
τὰς ἑορτὰς φυλάσσουσι, πάντως κληρονομήσουσι τὴν ἁγίαν τοῦ
θεοῦ κληρονομίαν. Λέγει γὰρ ὁ θεὸς διὰ Ἠσαΐου οὕτως· [3] Ἐγὼ
κύριος ὁ θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός* D
σου καὶ ἰσχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς 188
*ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπε-
δημένους καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Καὶ πά-
λιν· [4] Ἐξάρατε [5] σύσσημον εἰς τὰ ἔθνη. Ἰδοὺ γὰρ κύριος ἐποίη-
σεν ἀκουστὸν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς· Εἴπατε ταῖς θυγατράσι Σιών·
Ἰδού σοι ὁ σωτὴρ παραγέγονεν, ἀπέχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν καὶ τὸ
ἔργον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ καλέσει αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυ-* E
*τρωμένον ὑπὸ κυρίου, σὺ δὲ κληθήσῃ ἐπιζητουμένη πόλις καὶ οὐ
καταλελειμμένη. Τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ, ἐρύθημα
ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; Οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, ἀναβαίνων βίᾳ
μετὰ ἰσχύος; Ἐγὼ διαλέγομαι δικαιοσύνην καὶ κρίσιν σωτηρίου.
Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πα-
τητοῦ [6] ληνοῦ; Πλήρης καταπεπατημένης | ληνὸν ἐπάτησα μονώ-* 189
τατος, καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ· καὶ κατεπάτησα 244
*αὐτοὺς ἐν θυμῷ, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ὡς γῆν, καὶ κατήγαγον τὸ
αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. Ἡμέρα γὰρ ἀνταποδόσεως ἦλθεν αὐτοῖς, καὶ
ἐνιαυτὸς λυτρώσεως πάρεστι. Καὶ ἐπέβλεψα καὶ οὐκ ἦν βοηθός,
καὶ προσενόησα καὶ οὐδεὶς ἀντελάβετο· καὶ ἐῤῥύσατο ὁ βραχίων,
καὶ ὁ θυμός μου ἐπέστη· καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν τῇ ὀργῇ μου,
καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν.*

1. *Οὐ τοῦτό φημι, ἀλλ'*] Sic Thirlbius interpunxit. Recte quidem; nam Trypho quaesivit: *Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις —*; Caeteri editores ut in libris mstis *Οὐ τοῦτο, φημί, ἀλλ'*. Cf. c. 23. n. 3.

2. *γεγέννηνται· εἰ ... φυλάσσουσι, πάντως*] Ita codices. Maranus vero *γεγέννηνται, εἰ ... φυλάσσουσι. Πάντως ... κληρονομίαν.*

3. *Ἐγὼ ... σκότει*] Iesai. 42, 6. 7.

4. *Ἐξάρατε ... γῆν*] Iesai. 62, 10—63, 6.

5. *σύσσημον*] Vulgo inepte legitur *συσσεισμόν*, quod librarius in

26. Tum ego: Non hoc dico, sed qui Christum persecuti sunt et persequuntur atque poenitentiam non agunt nullam capient in monte sancto haereditatem; gentes autem, quae in illum crediderunt et poenitentiam egerunt peccatorum, ipsae haereditatem habebunt cum patriarchis et prophetis et iustis quicunque a Iacobo geniti sunt: etiamsi sabbata non servent neque circumcidantur neque dies festos celebrent, omnino sanctam dei haereditatem capient. Loquitur enim deus per Iesaiam sic: *Ego dominus deus vocavi te in iustitia, et apprehendam manum tuam et confortabo te, atque dedi te in foedus generis, in lucem gentium, ut aperires oculos caecorum, educeres ex vinculis compeditos et e domo carceris sedentes in tenebris.* Et rursus: *Elevate signum in gentes. Ecce enim dominus fecit auditum usque ad extremum terrae: Dicite filiabus Sionis: Ecce tibi salvator advenit, habens suam mercedem et opus a facie sua; et vocabit eum populum sanctum, redemtum a domino, tu autem vocaberis requisita civitas et non derelicta. Quis est iste adveniens ex Edom, rubor vestium eius ex Bosor? Iste formosus in stola, adscendens violenter cum fortitudine? Ego dissero iustitiam et iudicium salutaris. Cur rubra sunt vestimenta tua, et indumenta tua velut a calcato torculari? Uvae calcatae plenus torcular solus calcavi, et gentium non est vir mecum; et calcavi eos in furore, et confregi eos ut terram, et deduxi sanguinem eorum in terram. Dies enim retributionis venit iis, et annus redemtionis adest. Et adspexi et non erat auxiliator, et consideravi et nullus auxilium praebebat; et eruit brachium, et furor meus advenit: et calcavi eos in ira mea, et deduxi sanguinem eorum in terram.*

textum Iustini importavit. Similem correxi errorem c. 22. n. 12.

6. *ληνοῦ; Πλήρης*] Ita Maranus ex utroque cod. msto reposuit pro *ληνοῦ, πλήρους* etc., id quod Stephano originem debet. Quum autem hic (comp. c. 22. n. 4) duae iungantur interpretationes, Maranus alteram (*ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος*) Martyri attribuit, alteram (*πλήρης καταπεπατημένης* — scil. *σταφυλῆς*) librariis ut vulgatae LXX interpretationi consonam. Sed tres quoque *τῶν ο'* codd. msti apud Holm.-Parsons. sic legunt ut est in contextu Iustiniano. Quocirca non mutavi.

27. Καὶ ὁ Τρύφων· Διὰ τί ἅπερ βούλει ἐκλεγόμενος ἀπὸ τῶν B
προφητικῶν λόγων λέγεις, ἃ δὲ διαῤῥήδην κελεύει σαββατίζειν οὐ μέμνησαι; Διὰ γὰρ Ἠσαΐου οὕτως εἴρηται· [1]Ἐὰν ἀποστρέψῃς τὸν πόδα σου ἀπὸ τῶν σαββάτων τοῦ μὴ ποιεῖν τὰ θελήματά σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἁγίᾳ, καὶ καλέσῃς τὰ σάββατα τρυφερὰ ἅγια τοῦ θεοῦ σου, οὐκ ἄρῃς τὸν πόδα σου ἐπ' ἔργον οὐδὲ μὴ λαλήσῃς λόγον ἐκ τοῦ στόματός σου, καὶ ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ κύριον, καὶ ἀναβιβάσει σε ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς καὶ ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν C
Ἰακώβ, τοῦ πατρός σου· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.

Κἀγώ· Οὐχ ὡς ἐναντιουμένων μοι τῶν τοιούτων προφητειῶν, ὦ φίλοι, παρέλιπον αὐτάς, ἀλλ' ὡς ὑμῶν νενοηκότων καὶ νοούντων ὅτι, κἂν διὰ πάντων τῶν προφητῶν [2]κελεύῃ ὑμῖν τὰ αὐτὰ ποιεῖν ἃ καὶ διὰ Μωσέως ἐκέλευσε, διὰ τὸ σκληροκάρ- 190
διον ὑμῶν καὶ ἀχάριστον εἰς αὐτὸν ἀεὶ τὰ αὐτὰ βοᾷ, ἵνα κἂν οὕτως ποτὲ μετανοήσαντες εὐαρεστῆτε αὐτῷ, καὶ μήτε [3]τὰ τέκνα D
ὑμῶν τοῖς δαιμονίοις θύητε, μήτε [4]ἦτε κοινωνοὶ κλεπτῶν καὶ φιλοῦντες δῶρα καὶ διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες, ἀλλ' οὐδὲ πλήρεις τὰς χεῖρας αἵματος. Καὶ γὰρ [5]αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐπορεύθησαν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν ἅμα παίζουσαι καὶ σύρουσαι τοὺς χιτῶνας. Καὶ [6]πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, [7]βοᾷ, πάντες [8]ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. E
Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν [9]ἐδολιοῦσαν, τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Ὥστε ὃν τρόπον [10]τὴν ἀρχὴν διὰ τὰς κακίας ὑμῶν ταῦτα ἐντέταλτο,

1. Ἐὰν ... ταῦτα] Iesai. 58, 13. 14.

2. κελεύῃ] Scil. ὁ θεός. Sic et infra. Vide c. 25. n. 2.

3. τὰ ... θύητε — κοινωνοὶ ... προσέχοντες — πλήρεις ... αἵματος] Psalm. 105, 37 coll. Iesai. 57, 5. 6; Iesai. 1, 23; ibid. 1, 15.

4. ἦτε] Desideratur in codd. mstis et editis: facile occasione eiusdem syllabae proxime praecedentis excidere poterat. Quare reposui.

5. αἱ θυγατέρες ... χιτῶνας] Iesai. 3, 16.

6. πάντες ... ἔγνωσαν] Psalm. 13, 2. 3. 5, 9. 139, 4. Iesai. 59, 7. 8; coll. Rom. 3, 11—17.

7. βοᾷ] Vide n. 2.

8. ἅμα] Hoc (*κ n â omnes*) ex Psalm. 13, 3 et Ep. ad Rom. 3, 12 refingendum esse pro vulg. ἄρα (videlicet ρ et μ facile confundi pote-

27. Et Trypho: Cur quae placent ex propheticis sermonibus selecta recitas, eorum vero quae diserte sabbatum observare iubent non meministi? Nam per Iesaiam sic dictum est: *Si averteris pedem tuum a sabbatis ut non facias voluntates tuas die sancto, et vocaveris sabbata suavissima sancta dei tui, non moveris pedem tuum ad opus nec locutus fueris verbum ex ore tuo: et confides domino, et perducet te ad bona terrae et pascet te haereditate Iacobi, patris tui; os enim domini haec locutum est.*

Tum ego: Non quod mihi adversentur eiusmodi prophetiae, amici, eas praetermisi, sed quod intellexeritis et intelligatis [deum], etiamsi vobis per omnes prophetas eadem praecipiat facienda quae etiam per Mosen praecepit, propter duritiam cordis vestri et ingratam in illum mentem semper eadem clamare, ut hoc saltem modo poenitentiam aliquando agentes ei placeatis, neve *liberos vestros daemoniis immoletis*, neve *sitis socii furum et diligentes dona et persequentes retributionem, pupillis non iudicantes et iudicio viduae animum non advertentes*, denique ut nec *manus plenas sanguine habeatis.* Nam etiam *filiae Sionis ingressae sunt extento collo, et nutibus oculorum simul ludentes et tunicas trahentes.* Etenim *omnes declinaverunt*, clamat, *omnes simul improbi evaserunt: non est sapiens, non est usque ad unum. Linguis suis dolose egerunt, sepulcrum patens guttur eorum, venenum aspidum sub labiis eorum, contritio et miseria in viis eorum, et viam pacis ignoraverunt.* Quemadmodum ergo haec primitus propter nequitiam vestram praescripserat, sic

rant) nemo infitiabitur. Mox pro vulg. *συνιὼν* aut *συνίων* (a forma *συνίω*) scribas aut, quod magis placet, *συνιῶν* (a forma *συνιέω*).

9. *ἐδολιοῦσαν*] Dorice pro *ἐδολίουν*. *Gallandius*. Rectius dixeris formam Alexandrinam.

10. *τὴν ἀρχὴν*] Maran. *ab initio*, Lang. melius *principio*. Alii fortasse vertent *omnino*. Male. Nam *τὴν ἀρχήν* (c. 22. p. 240. C), h. e. tempus quo primum deus — per Mosen — praecepta dedit (*διὰ τ. κακίας ὑμῶν*), opponitur posteriori aetati qua iterum ac saepius ista — per prophetas — commendavit (*εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ*). Vide Apol. I. c. 10. n. 3.

ὁμοίως διὰ τὴν ἐν τούτοις [11] ὑπομονήν, μᾶλλον δὲ ἐπίτασιν, [12] διὰ
τῶν αὐτῶν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ καὶ γνῶσιν ὑμᾶς καλεῖ. Ὑμεῖς 245
δὲ λαὸς σκληροκάρδιος καὶ ἀσύνετος [13] καὶ τυφλὸς καὶ χωλὸς καὶ
[14] υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, ὥς αὐτὸς λέγει, ἐστέ, τοῖς
χείλεσιν αὐτὸν μόνον τιμῶντες, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω αὐτοῦ ὄντες,
ἰδίας διδασκαλίας [1] καὶ μὴ [15] τὰ ἐκείνου διδάσκοντες. Ἐπεί, εἴπατέ 191
μοι, [16] τοὺς ἀρχιερεῖς ἁμαρτάνειν τοῖς σάββασι προσφέροντας τὰς
προσφορὰς ἐβούλετο ὁ θεός, ἢ τοὺς περιτεμνομένους καὶ περιτέμ-
νοντας τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, κελεύων τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἐκ
παντὸς περιτέμνεσθαι τοὺς γεννηθέντας ὁμοίως, κἂν ᾖ ἡμέρα τῶν
σαββάτων; Ἢ οὐκ ἠδύνατο πρὸ μιᾶς ἡμέρας ἢ μετὰ μίαν ἡμέραν B
τοῦ σαββάτου [17] ἐνεργεῖν τοὺς γεννωμένους, εἰ ἠπίστατο κακὸν εἶναι ἐν τοῖς σάββασιν; Ἢ καὶ τοὺς πρὸ Μωυσέως καὶ Ἀβραὰμ ὠνομασμένους δικαίους καὶ εὐαρέστους αὐτῷ γενομένους, μήτε τὴν ἀκροβυστίαν περιτετμημένους μήτε τὰ σάββατα φυλάξαντας, διὰ τί οὐκ ἐδίδασκε ταῦτα ποιεῖν;

28. Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ [1] πρότερον ἀκηκόαμέν σου τοῦτο προβάλλοντος καὶ ἐπεστήσαμεν· ἄξιον γάρ, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐπιστάσεως. [2] Καὶ οὔ μοι, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔδοξεν

11. ὑπομονήν] Sylburgius eumque secutus Morellus non male ediderunt ἐπιμονήν, quod magis ad rem est. — Coniicere possis verba μᾶλλον δὲ ἐπίτασιν (Langus vertit: *seu potius exaggerationem eorum* – sc. vitiorum — *vestram)* esse librarii notam margini adscriptam et posthac in textum receptam. Cf. Apol. I. c. 3. n. 2. Ast non ausus sum hic mutare, quum sint quae pro vulgata lectione dici possint.

12. διὰ τῶν αὐτῶν] H. e. ἐνταλμάτων. Antea videlicet ταῦτα ἐντέταλτο. Langus: *per eadem vos oracula.*

13. καὶ τυφλὸς καὶ χωλὸς] Legendum esse καὶ τυφλὸς καὶ κωφὸς contendit Londinensis editor, tum quia infra c. 123 Iudaei vocantur caeci et surdi et a Iustino et ab Esaia (42, 19) quem citat Iustinus, tum quia nusquam claudi vocantur. Equidem huic sententiae libentissime assentirer, si Iustinus hoc loco testimonium Esaiae, in quo caeci et surdi vocantur, explicaret et Iudaeis eodem modo ac c. 123 obiiceret. Praeterea Iudaeis exprobratur quod claudicent in semitis suis, Psalm. 17, 45. Vide 3 Reg. 18, 21. Forte ad haec loca respexit Iustinus. *Maranus.*

14. υἱοὶ ... αὐτοῖς — τοῖς χείλεσιν ... διδάσκοντες] Deuteron. 32, 20; Iesai. 29, 13.

15. τὰ ἐκείνου] Thirlbius coniecit τὰς ἐκείνου, sed nihil mutandum existimavit.

16. τοὺς ἀρχιερεῖς etc.] Repe-

propter vestram in ea perseverantiam, vel potius animi intentionem, per eadem vos deus ad recordationem sui et cognitionem vocat. Vos autem estis populus duri cordis et insipiens et caecus et claudus et *filii quibus non est fides in ipsis*, ut ipse ait, *labiis tantum illum honorantes, corde autem longe ab eo remoti, propriam vestram neque illius doctrinam docentes.* Siquidem, dicite mihi, voluitne deus pontifices peccare, dum sabbatis oblationes offerunt, aut circumcisos et circumcidentes die sabbati, dum iubet omnino die octavo pueros genitos pariter circumcidi, etiamsi dies sabbati fuerit? An non potuit uno ante vel post sabbatum die genitos expedire, si id scivit nefas esse sabbatis? Aut qui iusti ante Mosen et Abrahamum appellati sunt eique accepti exstiterunt, quum nec circumcisi praeputio essent nec sabbata observarent, cur eos haec facere non docebat?

28. Hic Trypho: Et antea audivimus te id proponentem et animum advertimus; dignum enim est, ut vere dicam, animadversione. Neque mihi, quod multis, videtur dicendum,

titur hoc argumentum c. 29. p. 246. E. Vide Numer. 28, 9. 10 coll. Matth. 12, 5. Similiter Irenaeus adv. haeres. IV. c. 8. §. 2. p. 236. ed. Mass.: „Non enim prohibebat lex curari homines sabbatis, quae et circumcidebat eos in hac die et pro populo iubebat ministeria sacerdotibus perficere.“

17. *ἐνεργεῖν τοὺς γενν.*] Langus: *sacrum in natis pueris peragi iubere.* Maranus: *natos pueros circumcidere.* Est *ἐνεργεῖν*, iunctum cum *τ. γενν.*, i. q. *perficere* sive *expedire.* Quid? Videtur legendum esse: *ἐνεργεῖν περιτέμνεσθαι τοὺς γεννωμένους*, h. e.: *potuit efficere ut nati pueri circumciderentur.* Sic c. 95. p. 323. A: *παθεῖν ταῦτα αὐτὸν ... ἐνήργησεν* (ὁ θεός). Adde Apol. I. c. 5. p. 56. A, c. 62. p. 94. E. 95. A, c. 63. p. 96. A, Apol. II. c. 8. p. 46. C.

1. *πρότερον*] C. 19. p. 236.

2. *Καὶ οὔ μοι, ὃ τοῖς πολλ.* etc.] Vulgo *ἐπιστάσεως*, *καὶ ὅ μοι τοῖς πολλοῖς δοκεῖ λέγειν*, *ὅτι* etc. vitiose. Quare Perionius emendandum putavit *ὅ μοι καὶ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, λέγειν ὅτι ἔδοξεν ἐμαυτῷ*: *Aequum est enim, ut vere dicam, in retentione quod mihi multisque videtur, id mihi ipsi videri et placere dicere.* Non melius Langus: *Dicendum autem videtur, ut mea et multorum fert opinio, hoc ita illi placitum fuisse.* Sylburgius posteaquam duas proposuit coniecturas ex Langiana versione ductas (*καί μοι, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ* — vel *καί μοι ὁμοῦ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ*), sed menti Tryphonis contrarias, tertiam negatione recte adhibita commendavit propius ad illius senten-

αὐτῷ· τοῦτο γάρ ἐστι πρόφασις ἀεὶ τοῖς μὴ δυναμένοις ἀποκρί- C
νασθαι πρὸς τὸ ζητούμενον.

Κἀγώ· Ἐπειδὴ ἀπό τε τῶν γραφῶν καὶ τῶν πραγμάτων τάς τε ἀποδείξεις καὶ τὰς ὁμιλίας ποιοῦμαι, ἔλεγον, [3] μὴ ὑπερτίθεσθε μηδὲ διστάζετε πιστεῦσαι τῷ ἀπεριτμήτῳ ἐμοί. [4] Βραχὺς οὗτος ὑμῖν περιλείπεται προσηλύσεως χρόνος· ἐὰν φθάσῃ ὁ Χριστὸς ἐλθεῖν, μάτην μετανοήσετε, μάτην κλαύσετε· οὐ γὰρ εἰσακούσεται ὑμῶν. [5] Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, Ἱερεμίας τῷ λαῷ κέκραγε, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας. [6] Περιτέμνετε τῷ κυρίῳ καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. Μὴ οὖν εἰς ἀκάν- D
θας σπείρετε καὶ ἀνήροτον χωρίον, ὅθεν ὑμῖν καρπὸς οὐκ [7] ἔστι. Γνῶτε τὸν Χριστόν, καὶ ἰδοὺ νειὸς καλή, [8] καλὴ καὶ πίων ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. [9] Ἰδοὺ γὰρ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίας αὐτῶν, ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ Ἰούδαν καὶ ἐπὶ Ἐδὼμ καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωάβ, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα καὶ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίας αὐτῶν. Ὁρᾶτε ὡς οὐ ταύτην τὴν περιτομὴν τὴν εἰς σημεῖον δοθεῖσαν ὁ θεὸς θέλει· [10] οὐδὲ γὰρ Αἰγυπτίοις χρήσιμος οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Μωὰβ οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Ἐδώμ. Ἀλλὰ κἂν Σκύθης 246
ᾖ τις ἢ Πέρσης, [11] ἔχει δὲ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ καὶ φυλάσσει τὰ αἰώνια δίκαια, περιτέτμηται τὴν καλὴν καὶ ὠφέλιμον περιτομήν, καὶ φίλος ἐστὶ τῷ θεῷ, [12] καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ καὶ ταῖς προσφοραῖς χαίρει. Παρέξω δὲ ὑμῖν, ἄν-

tiam accedentem: καὶ μή, ὃ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, λέγειν ὅτι etc.. Haec vero lectio inconcinna est. Thirlbius scribendum proposuit καὶ οὔ μοι, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν, ὅτι etc.. Quam quidem scripturam Maranus (idem minus probabile οὔ μοι ὁμοῖα τοῖς πολλοῖς) defendit. „Fatetur enim Trypho eos, qui dicunt ita deo visum esse, ad hanc cavillationem confugere, quia rei quaesitae respondere non possunt. Quomodo ergo hanc responsionem ipse amplexus esset? Non solus Trypho ita locutus, sed etiam alius ex eius comitibus c. 94 ingenue fatetur consultos magistros sibi non satisfecisse.“

3. μὴ ὑπ. μηδὲ διστ.] Respicit verba Tryphonis, initio capitis proposita.

4. Βραχὺς etc.] Primitiva ecclesia secundum Christi adventum proxime adesse putabat. Tertullian. de cultu femin. II. c. 9: „Nos sumus, in quos decurrerunt fines seculorum.“

5. Νεώσατε ... ὑμῶν] Ierem. 4, 3. 4.

6. Περιτέμνετε] Scil. ἑαυτούς.

ita illi placitum fuisse; hoc enim semper iis effugium est qui non possunt respondere ad rem quaesitam.

Tum ego: Quandoquidem ex scripturis et ex ipsis rebus demonstrandi et disserendi rationem deduco, aiebam, ne differatis neve dubitetis mihi credere, homini incircumciso. Breve enim hoc vobis relinquitur ad nos accedendi tempus; si Christus venire occupaverit, frustra poenitentiam agetis, frustra plorabitis: non enim vos exaudiet. *Novate vobis novalia*, Ieremias populo clamat, *et nolite serere super spinas. Circumcidimini domino et circumcidite praeputium cordis vestri.* Ne ergo super spinas seratis et terram non aratam, ex qua fructus vobis non est. Cognoscite Christum, et ecce novale pulchrum, pulchrum et pingue in cordibus vestris. *Ecce* enim *dies veniunt, dicit dominus, et visitabo super omnes qui circumcisi sunt praeputia sua, super Aegyptum et super Iudam et super Edomum et super filios Moabi, quia omnes gentes incircumcisae et omnis domus Israelis incircumcisa cordibus suis.* Videtis deum hanc circumcisionem in signum datam nolle; neque enim Aegyptiis prodest neque filiis Moabi neque filiis Edomi. At etiamsi quis Scytha sit aut Persa, modo habeat dei cognitionem ac Christi eius et aeterna iura custodiat, circumcisus est praeclara et utili circumcisione, et deo amicus est, et donis eius et oblationibus gaudet. Proferam autem vobis, viri

Thirlbius: „Fortasse legendum *περιτέμνεσθε* vel cum LXX *περιτμήθητε.*" — Idem mox pro *περιτέμνεσθε* legi mallet *περιτέμεσθε* cum LXX. Verum et illa lectio quadam gaudet auctoritate: vide Parsons. ad l. c..

7. *ἔστι*] Vult Thirlb. *ἔσται*. Sed cf. c. 12. n. 12.

8. *καλή*] Hanc vocem codicibus probatam Maranus omisit.

9. *Ἰδοὺ ... αὐτῶν*] Ierem. 9, 25. 26.

10. *οὐδὲ γὰρ Αἰγ.* etc.] De hac Aegyptiorum et aliarum gentium circumcisione videas Barnabae Epist. c. 9 et quae Cotelerius ibi notavit. — Post *ὁ θεὸς θέλει* in omnibus libris Thirlbiano excepto nota interrogandi comparet.

11. *ἔχει*] Exspectabas *ἔχῃ*. Nam praecedit *κἂν ᾖ*. Sed cf. Apol. I. c. 2: *ἣν ... ἐλεγχώμεθα ἢ ... διεγνώσμεθα.*

12. *καὶ ἐπὶ*] Potest etiam legi, ut Sylburg. noster loquitur, *ὃς* [*καὶ*] *ἐπί*. Non muto. Cf. c. 40: *καὶ προσφορὰ ἦν.* — *Χαίρει* scil. *ὁ θεός.*

δρες φίλοι, καὶ [13] αὐτοῦ ῥήματα τοῦ θεοῦ, ὁπότε πρὸς τὸν λαὸν εἶπε διὰ Μαλαχίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα προφητῶν. Ἔστι δὲ ταῦτα· B [14] Οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος, καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ [15] προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυσία προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά, ὅτι τιμᾶται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος, ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. Καὶ διὰ τοῦ Δαυὶδ ἔφη· [16] Λαός, ὃν C οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου.

29. Δοξάσωμεν τὸν θεόν, ἅμα τὰ ἔθνη συνελθόντα, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεσκέψατο· δοξάσωμεν αὐτὸν διὰ τοῦ βασιλέως τῆς δόξης, διὰ τοῦ κυρίου τῶν δυνάμεων. Εὐδόκησε γὰρ καὶ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ [1] τὰς θυσίας ἥδιον παρ' ἡμῶν ἢ παρ' ὑμῶν λαμβάνει. Τίς οὖν ἔτι μοι περιτομῆς λόγος, ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαρτυρηθέντι; Τίς 194 ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος χρεία ἁγίῳ πνεύματι βεβαπτισμένῳ; Ταῦτα οἶμαι λέγων πείσειν καὶ τοὺς βραχὺν νοῦν κεκτημένους. Οὐ D γὰρ ὑπ' ἐμοῦ συνεσκευασμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι οὐδὲ τέχνῃ ἀνθρωπίνῃ κεκαλλωπισμένοι, ἀλλὰ τούτους Δαυὶδ μὲν ἔψαλλεν, Ἠσαΐας δὲ εὐηγγελίζετο, [2] Ζαχαρίας δὲ ἐκήρυξε, Μωυσῆς δὲ ἀνέγραψεν. Ἐπιγινώσκεις αὐτούς, Τρύφων; Ἐν τοῖς ὑμετέροις ἀπόκεινται γράμμασι, [3] μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις ἀλλ' ἡμετέροις· ἡμεῖς γὰρ αὐτοῖς πειθόμεθα, ὑμεῖς δὲ ἀναγινώσκοντες οὐ νοεῖτε τὸν ἐν αὐτοῖς E νοῦν. Μὴ οὖν ἄχθεσθε, μηδὲ ὀνειδίζετε ἡμῖν τὴν τοῦ σώματος ἀκροβυστίαν, ἣν αὐτὸς ὁ θεὸς ἔπλασε, μηδέ, [4] ὅτι θερμὸν πίνο-

13. αὐτοῦ ῥήματα τοῦ θεοῦ] Codd. msti et editi αὐτουργήματα τοῦ θεοῦ. Emendatio Thirlbio debetur. Sic c. 21. p. 238. A. αὗται αἱ φωναὶ αὐτοῦ. Deus enim ipse loquitur: c. 15. n. 5. Insuper proposuit ille V. D. αὐτὰ ῥήματα. Sed ἅ ποτε, quod pro ὁπότε reponendum censuit, videtur (Maran.) non adeo necessarium esse.

14. Οὐκ ... αὐτό] Malach. 1, 10—12.

15. προσδέξομαι] Vulgo προσδέχομαι errore librarii. Illud praebent Septuaginta et ipse Martyr cc. 41 et 117.

16. Λαός ... μου] Psalm. 17, 43. 44.

1. τὰς θυσ. ἥδ. π. ἡμῶν ἢ π. ὑμῶν λαμβ.] Hoc argumentum Tertullianus adv. Iud. c. 5 prolixe exposuit.

2. Ζαχαρίας] Convenientius (Lang.) esset Μαλαχίας (c. 28). Nam Zachariae verba in praecedentibus citata non erant. Sed cf. c. 14. n. 12.

3. μᾶλλον ... ἡμετέροις] Co-

amici, ipsius etiam dei verba, quum populum allocutus est per Malachiam, unum duodecim prophetarum. Sic autem se habent: *Non est voluntas mea in vobis, dicit dominus, et sacrificia vestra non suscipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, et in omni loco sacrificium offertur nomini meo et sacrificium purum, quia honoratur nomen meum in gentibus, dicit dominus, vos autem illud profanatis.* Et per Davidem dixit: *Populus, quem non cognovi, servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi.*

29. Glorificemus deum, una congregatae gentes, quod nos quoque inviserit; glorificemus eum per regem gloriae, per dominum virtutum. Nam pronus est etiam in gentes, ac sacrificia lubentius a nobis quam a vobis accipit. Quis igitur adhuc mihi est circumcisionis respectus, a deo testimonium habenti? Quis illius baptismatis usus spiritu sancto baptizato? Haec edisserens opinor me iis quoque persuasurum esse qui exigua mente praediti sunt. Non enim a me haec verba composita sunt neque arte humana exornata, sed ea David cecinit, Iesaias evangelizavit, Zacharias promulgavit, Moses scripsit. Agnoscis ea, Trypho? In vestris reposita sunt literis, vel potius non in vestris sed in nostris; nos enim iis adhaeremus, vos autem dum legitis sententiam non perspicitis. Ne igitur sit vobis molestum, neve in probri loco nobis obiiciatis corporis praeputium, quod ipse deus formavit, neve,

hort. ad Gent. c. 13: *Εἰ δέ τις φάσκοι ... μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταύτας ἀλλὰ Ἰουδαίοις προσήκειν, ... γνώτω ... ὅτι οὐκ αὐτοῖς ἀλλ' ἡμῖν ἡ ἐκ τούτων διαφέρει διδασκαλία.* Comp. Barnabas Epist. c. 4: „Dicunt quia testamentum illorum et *non* [sic lego] nostrum est. Nostrum autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud quod Moyses accepit.“ Adde Eusebii Demonstr. ev. I. c. 6.

4. *ὅτι θερμὸν πίν. ἐν τ. σάββασι*] Huic Iustini testimonio Petavius (Animadvv. in Epiphan. p. 336) contradicere putat Ignatii Epist. longior. ad Magnes. c. 9, ubi aquae tepidae, *τῶν χλιαρῶν*, potus inter instituta numeratur iudaica. At vero (Thirlb.) *χλιαρὸν ὕδωρ* non est calida aqua sed tepida, utpote pridie calefacta; sic enim legem de igne sabbato non accendendo (Exod. 16, 23) vallabant.

μεν ἐν τοῖς σάββασι, δεινὸν ἡγεῖσθε· ἐπειδὴ καὶ [5] ὁ θεὸς τὴν αὐτὴν διοίκησιν τοῦ κόσμου ὁμοίως καὶ ἐν ταύτῃ ἡμέρᾳ πεποίηται καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις, [6] καὶ οἱ ἀρχιερεῖς τὰς προσφορὰς καθὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καὶ ἐν ταύτῃ κεκελευσμένοι ἦσαν ποιεῖσθαι, καὶ οἱ τοσοῦτοι δίκαιοι μηδὲν τούτων τῶν νομίμων πράξαντες μεμαρτύρηνται ὑπὸ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ. 247

30. *Ἀλλὰ τῇ [1] ἑαυτῶν κακίᾳ ἐγκαλεῖτε, ὅτι καὶ συκοφαντεῖσθαι δυνατός ἐστιν ὁ θεὸς ὑπὸ τῶν νοῦν μὴ ἐχόντων, ὡς τὰ αὐτὰ δίκαια μὴ πάντας ἀεὶ διδάξας. Πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποις ἄλογα καὶ οὐκ ἄξια θεοῦ τὰ τοιαῦτα διδάγματα ἔδοξεν εἶναι, μὴ λαβοῦσι χάριν τοῦ γνῶναι ὅτι τὸν λαὸν ὑμῶν πονηρευόμενον καὶ ἐν νόσῳ ψυχικῇ ὑπάρχοντα [2] εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν τοῦ πνεύματος κέκληκε, καὶ [3] αἰώνιός ἐστι [4] μετὰ τὸν Μωυσέως θάνατον προελθοῦσα ἡ προφητεία. [5] Καὶ διὰ τοῦ ψαλμοῦ τοῦτο εἴρηται,* B

5. *ὁ θεὸς . . . ἄλλαις*] Coll. Ioann. 5, 17; vide supra c. 23 (n. 5).

6. *καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ... ποιεῖσθαι*] Adi c. 27. n. 16.

1. *ἑαυτῶν*] Steph. (ex Reg.) et Thirlb. *αὑτῶν*. Caeteri *αὐτῶν*. Cf. Apol. I. c. 3. n. 6.

2. *εἰς ἐπιστρ.*] Psalm. 18, 7: *Ὁ νόμος τοῦ κυρίου ἄμωμος, ἐπιστρέφων ψυχάς.* — Pro verbis *μετάνοιαν τοῦ πνεύματος* legitur vulgo *μετάνοιαν τοῦ π α τ ρ ό ς*. Recte Maranus: „Saepe errarunt librarii in his vocibus *πατρὸς* et *πνεύματος*, quia breviter scriptae ad hunc modum, *πρς πνς*, simillimae sunt. Sic apud Tatianum c. 5 et apud Methodium in Conviv. decem virgg. p. 93 *λόγος πνεύματος* pro eo quod legendum est *λόγος πατρός*, *Verbum Patris*. Sic ergo hoc loco legendum videtur *μετάνοιαν πνεύματος*. Nimirum, ut calumnias propulset a lege, docet carnalibus illius praeceptis, ex quibus nonnulli ansam ad blasphemias arripiebant, Iudaeos ad s p i r i t a l e m conversionem vocatos fuisse. Similia habes apud Irenaeum IV. c. 14. §. 3 [p. 244. ed. Mass.]. *Facile autem*, inquit, *ad idola revertentem populum erudiebat*, *per multas vocationes praestruens eos perseverare et servire deo: per ea*, *quae erant s e c u n d a*, *ad p r i m a vocans*, *hoc est per typica ad vera et per temporalia ad aeterna et per carnalia ad spiritalia et per terrena ad coelestia.* Legem eo consilio institutam fuisse ut ad veram conversionem Iudaeos vocaret, pluribus locis docet Augustinus; vid. lib. de gratia Christi c. 8.“ — Thirlbius legendum coniecit *μετάνοιαν τῶν πάρος* vel *τὸ πάρος*, quamquam fatetur neutrum sibi valde placere. Langus vertit *poenitentiam (et cognitionem) patris*, quasi additum vellet *καὶ ἐπίγνωσιν* post *μετάνοιαν*.

3. *αἰώνιός ... προφητεία*] Ante haec verba suppleas *ὅτι* ex antece-

quod calidam bibamus sabbatis, dirum existimetis: siquidem deus quoque mundum pariter hoc etiam die ac caeteris omnibus gubernat, et pontifices sicut caeteris diebus ita etiam isto iussi sunt muneribus offerendis operari, et tot iusti, quum nullum ex his legis institutis observassent, ipsius dei testimonio comprobati fuere.

30. Sed nequitiae vestrae adscribite, quod etiam calumniis deus appeti possit ab hominibus mente captis, quasi non eamdem semper omnes iustitiam docuerit. Eiusmodi enim instituta a ratione aliena et deo indigna multis hominibus visa sunt, qui gratiam intelligendi non acceperunt populum vestrum improbe agentem et morbo animae laborantem [istis institutis] ad conversionem et poenitentiam spiritus vocatum fuisse, et aeternam esse prophetiam quae post Mosis mortem prodiit. Atque id per psalmum dictum fuit, o viri. Haec autem [*iudicia*

dentibus. Langus praeter necessitatem clausa post *κέκληκε* periodo et post *καὶ* coniunctione *ὅτι* inserta hoc membrum cum sequenti (*καὶ διὰ τ. ψαλμ.* etc.) connectit. Vocat autem Iustinus *αἰωνίαν προφητείαν* eam quae Psalm. 18, 7—9 continetur: *Ὁ νόμος τοῦ κυρίου ἄμωμος ... ὁ φόβος κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος.* Bene Maranus: „Prophetiam vocat haec verba, vel quia depromta sunt ex libro prophetico [sic paulo infra *ὁ λόγος τῆς προφητείας*], vel quia praedictionem christianae legis continent; aeternam autem, quia lex illa non, ut mosaicum institutum, finem habitura erat, sed in saeculum saeculi permansura. Vide c. 34."

4. *μετὰ τὸν Μωυσ. θάν.*] Quomodo negare potuit Iustinus aeternam legem sub Mose prodiisse, cum ipse fateatur infra c. 45 in hac lege non ea solum praescribi quae ad duritiam cordis instituta sunt, sed ea etiam quae naturâ praeclara et pia et iusta sunt? Iustinus legem Mosis, sive decalogi praecepta traderet, sive alia praescriberet ad duritiam cordis aut ad rerum futurarum praesignificationem, literam occidentem esse existimabat, utpote scriptam in tabulis lapideis, non in cordibus per spiritum sanctum, qui caritatem diffundit. Hoc ipso in loco Iudaeorum et Christianorum discrimen inde repetit, quod Christiani iudicia domini dulciora super mel et favum existiment ac ne morte quidem proposita nomen dei abnegent, non illi quidem propriis viribus, sed per Christum ad deum conversi eumque adiutorem et redemtorem vocantes, cuius vel nominis potentiam daemonia perhorrescunt. *Maranus.*

5. *Καὶ διὰ τ. ψαλμοῦ*] Videtur hoc loco brevitatis causa praetermissus sive a Iustino sive a librariis Psalmus [18]: *Coeli enarrant.* Non-

ὦ ἄνδρες. Καὶ ὅτι [6] γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον ὁμολογοῦμεν αὐτὰ [7] οἱ σοφισθέντες ἀπ' αὐτῶν, ἐκ τοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀνεξαρνήτους ἡμᾶς γίνεσθαι τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ φαίνεται. Ὅτι δὲ καὶ αἰτοῦμεν αὐτὸν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν ἵνα [8] ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, τουτέστιν ἀπὸ τῶν πονηρῶν καὶ πλάνων πνευμάτων, συντηρήσῃ ἡμᾶς, [9] ὡς ἀπὸ προσώπου ἑνὸς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων σχηματοποιήσας ὁ λόγος τῆς προφητείας λέγει, πᾶσι 196
φανερόν ἐστιν. Ἀπὸ γὰρ τῶν δαιμονίων, ἅ ἐστιν ἀλλότρια τῆς C
θεοσεβείας τοῦ θεοῦ, οἷς πάλαι προσεκυνοῦμεν, [10] τὸν θεὸν ἀεὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ συντηρηθῆναι παρακαλοῦμεν, [11] ἵνα μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι πρὸς θεὸν δι' αὐτοῦ ἄμωμοι ὦμεν. [12] Βοηθὸν γὰρ ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν, οὗ καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ [13] σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐπιτρόπου τῆς Ἰουδαίας, ὑποτάσσεται, ὡς καὶ ἐκ τούτου πᾶσι φανερὸν εἶναι ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ τοσαύτην ἔδωκεν αὐτῷ δύναμιν, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι τῷ ὀνόματι αὐ- D
τοῦ καὶ τῇ τοῦ γενομένου πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ.

31. Εἰ δὲ τῇ τοῦ πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ τοσαύτη δύναμις δείκνυται παρακολουθήσασα καὶ παρακολουθοῦσα, πόση ἡ ἐν τῇ ἐνδόξῳ γινομένῃ αὐτοῦ παρουσίᾳ; Ὡς υἱὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐπάνω νεφελῶν ἐλεύσεται, ὡς Δανιὴλ ἐμήνυσεν, ἀγγέλων σὺν αὐτῷ ἀφικνουμένων. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· [1] Ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα λευκήν, καὶ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν, ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡσεὶ φλὸξ πυρός, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἐκ προσώπου αὐ- 248
197

nulla enim ex hoc Psalmo explicat Iustinus, quasi ipsum antea recitasset. *Maranus.* — Deesse etiam alia Thirlbius perperam putavit.

6. γλυκύτερα ... κηρίον] Ps. 18, 10. — Referas αὐτὰ ad dei διδάγματα (Lang.), aut κρίματα κυρίου ex Ps. l. c. suppleas (Maran.).

7. οἱ σοφ. ἀπ' αὐτῶν] Psalm. 18, 7.

8. ἀπὸ τ. ἀλλοτρ. etc.] Psalm. 18, 13.

9. ὡς] Haec vocula vulgo abest. Vide Apol. I. c. 38. n. 5. Minus iuste Sylburgius καὶ vel aliam particulam post λέγει desiderat.

10. τ. θεὸν ... παρακαλοῦμεν etc.] Occurrit formula precum huiusmodi in Constitt. apost. VIII. c.

domini] nobis, quibus sapientiam praestiterunt, *dulciora super mel et favum* videri ex eo perspicitur, quod ne morte quidem proposita adducamur ut nomen eius abnegemus. Illud etiam manifestum omnibus est nos, qui in eum credimus, ab eo petere ut *ab alienis*, hoc est a nefariis et fallacibus spiritibus, nos custodiat, quemadmodum effatum prophetiae ex persona unius eorum qui in illum credunt figurate declarat. Nam ut a daemoniis per Iesum Christum custodiamur, quae a cultu dei aliena sunt, quae olim adorabamus, deum semper obsecramus, ut, postquam per eum ad deum conversi fuimus, intaminati simus. Adiutorem enim illum et redemtorem vocamus, cuius vel nominis potentiam etiam daemonia perhorrescunt, et hodie per nomen Iesu Christi sub Pontio Pilato, qui procurator Iudaeae fuit, crucifixi adiurata subiiciuntur: inde quoque omnibus patet tantam ei datam esse a patre potestatem, ut vel daemonia nomini eius et passionis dispensationi subiecta sint.

31. Sin potentiam, quae eius passionis dispensationem consecuta est et consequitur, tantam esse demonstratur, quanta ea futura est in glorioso eius adventu? Veniet enim tamquam filius hominis super nubibus, ut Daniel declaravit, angelis cum eo advenientibus. Sunt autem verba haec: *Adspiciebam donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit, habens operimentum quasi nivem candidam, et caesaries capitis eius quasi lana munda, thronus eius quasi flamma ignis, rotae eius ignis urens. Fluvius ignis volvebatur profluens a facie eius; mille millia ministrabant ei, et dena*

11. Episcopus precatur pro fidelibus: *Φύλαξον αὐτοὺς ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους, ἵνα ὦσιν ἅγιοι σώματι καὶ ψυχῇ, μὴ ἔχοντες σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων. . . . Ῥύσαι αὐτοὺς ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πραγμάτων ἐν σκότει διαπορευομένου* etc.. *Iebbius.*

11. *ἵνα . . . ὦμεν]* Psalm. 18, 7. 13.

12. *Βοηθὸν γ. ἑ. κ. λυτρωτὴν]* Psalm. 18, 14: *Κύριε, βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου.*

13. *σήμερον ἐξορκιζόμενα]* Idem Apol. II. c. 6.; p. 45. A. B. refertur.

1. *Ἐθεώρουν . . . ἐτήρησα]* Dan. 7, 9—28.

του· χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρει-
στήκεισαν αὐτῷ. Βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ κριτήριον ἐκάθισεν.
Ἐθεώρουν τότε τὴν φωνὴν τῶν μεγάλων λόγων ὧν τὸ κέρας [2] λα-
λεῖ, καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ
καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός· καὶ τὰ λοιπὰ θηρία μετεστάθη τῆς
ἀρχῆς αὐτῶν, καὶ χρόνος ζωῆς τοῖς θηρίοις ἐδόθη ἕως καιροῦ
Et ego ad eum: Dum ea protuli, o homo, quae ab Ezechiele dicta sunt: *Etiamsi Noachus et Daniel et Iacobus depoposcerint filios et filias, non dabitur iis, sed unusquisque sua ipsius videlicet iustitia salvabitur:* eos quoque qui secundum legem Mosis vixerunt salvos similiter fore dixi. Etenim in Mosis lege quae naturâ praeclara et pia et iusta sunt iis qui legi parent facienda praescribuntur, et quae propter

tivo collocari, id quod tum potissimum fieri solet quum (ut nostro loco) sententia est interiecta. Sic ὅτι non habet nisi vim monstrandi. Exempla dantur c. 62: λέγητε ... ὅτι ... θεὸν εἰρηκέναι. Cohort. ad Gent. c. 30: φήθῃ ὅτι ... εἰρῆσθαι. De resurr. c. 5: λέγουσιν ... ὅτι ... ἔχειν. Anton. Epist. ad Comm. Asiae (Opp. Iust. Tom. I. P. I) p. 206: ᾤμην ὅτι ... ἔσεσθαι. Adde Actt. apost. 27, 10: θεωρῶ ὅτι ... μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. Idem usus apud classicos scriptores obtinet. Plato Phileb. p. 63. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IV. p. 314): Οἶμαι μὲν πρὸς ταῦτα τόδ' αὐτὰς ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν ... ὅτι ... τὸ μόνον καὶ ἔρημον εἰλικρινὲς εἶναί τι γένος. Alia Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 691 sq. attulit.

5. *Καὶ γὰρ ἐν τῷ Μωυσ.* etc.] Vide c. 19. n. 12.

6. *τοὺς πειθομένους αὐτοῖς*] Relativum *αὐτοῖς* respicit nomen extrinsecus intellectum, nempe *τοῖς τοῦ νόμου προστάγμασιν*. Alioqui enim singulariter legendum esset *αὐτῷ*, scil. *τῷ νόμῳ*. *Sylburgius.*

τοῖς, καὶ πρὸς σκληροκαρδίαν δὲ τοῦ λαοῦ διαταχθέντα [7] *γίνεσθαι ὁμοίως ἀναγέγραπται, ἃ καὶ ἔπραττον οἱ ὑπὸ τὸν νόμον.* [8] *Ἐπεὶ οἳ τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλὰ ἐποίουν εὐάρεστοί εἰσι τῷ θεῷ, καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου ἐν τῇ ἀναστάσει ὁμοίως* 264 *τοῖς* [9] *προγενομένοις αὐτῶν δικαίοις, Νῶε καὶ Ἐνὼχ καὶ* [10] *Ἰακὼβ καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι, σωθήσονται* [11] *σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον τοῦ θεοῦ υἱόν, ὃς καὶ* [12] *πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ διὰ τῆς παρθένου ταύτης τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Δαυὶδ γεννηθῆναι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν,* [13] *ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις καὶ οἱ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι, καὶ* [14] *ὁ θάνατος καταφρονηθῇ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ ἀπὸ τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ εὐαρέστως ζώντων παύσηται τέλεον, ὕστερον μηκέτι ὤν,* B *ὅταν οἱ μὲν εἰς κρίσιν καὶ καταδίκην τοῦ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πεμφθῶσιν, οἱ δὲ* [15] *ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ συνῶσιν.*

46. *Ἐὰν δέ τινες καὶ νῦν ζῆν βούλωνται φυλάσσοντες τὰ διὰ Μωυσέως διαταχθέντα καὶ πιστεύσωσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν, ἐπιγνόντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ καὶ αὐτῷ δέδοται τὸ κρῖναι πάντας ἁπλῶς* [1] *καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ αἰώνιος βασιλεία, δύνανται καὶ αὐτοὶ σωθῆναι; ἐπυνθάνετό μου.*

Κἀγὼ πάλιν· Συσκεψώμεθα κἀκεῖνο, εἰ ἔνεστιν, ἔλεγον, φυλάσσειν τὰ διὰ Μωυσέως διαταχθέντα ἅπαντα νῦν. C

7. *γίνεσθαι*] Thirlb. *τινὰ* conIecit. — Pro *διαταχθέντα* Stephan. vitiose *διαχθέντα*. — De particula *δὲ* (paulo ante) cf. c. 40. n. 10.

8. *Ἐπεὶ οἳ τὰ καθόλου* etc.] Vide Apol. I. c. 46. p. 83. C. D.

9. *προγενομένοις*] Fortasse *προγεγενημένοις*. Cf. Apol. II. c. 10. n. 4. Sed Apol. I. l. c. D: *Ὥστε καὶ οἱ προγενόμενοι* etc..

10. *Ἰακὼβ*] Hic quoque Sylburg. et Morell. *Ἰὼβ* scripserunt. Vide n. 3.

11. *σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον*] Illud *ἐπιγνοῦσι* de iis intelligendum qui post Christi adventum fuere. Neque enim duos ordines salvandorum instituit Iustinus, quorum alii Christum cognoverint sive in eum crediderint, alii non: nec quidquam magis alienum a S. Martyris doctrina, quam Christum veteribus patriarchis cognitum negare. *Maranus.*

12. *πρὸ ἑωσφόρου κ. σελήνης*] Psalm. 109, 3 et 71, 5.

13. *ἵνα ... καταλυθῶσι*] Coll. 1 Ioann. 3, 8.

duritiam vero cordis populi observari iussa sunt similiter praescripta sunt: quae etiam praestiterunt qui sub lege erant. Siquidem qui quae universe et naturâ et perpetuo praeclara sunt faciebant deo grati sunt, et per Christum hunc in resurrectione similiter ac qui ante eos iusti fuerunt, Noachus et Henochus et Iacobus et si qui alii exstiterunt, salutem consequentur cum iis qui Christum hunc agnoverunt dei filium, qui et ante luciferum et lunam erat, et per virginem istam ex genere Davidis oriundam caro factus nasci sustinuit, ut per hanc dispensationem is qui ab initio improbe egit serpens et assimilati ei angeli profligentur, atque mors contemnatur et in secundo ipsius Christi adventu ab iis qui credunt ei sicque vivunt ut ei gratum est penitus facessat, deinceps non amplius exsistens, quum alii quidem in iudicium et condemnationem ignis perpetuo puniendi mittentur, alii vero in statu perpessionis et corruptionis experte et in indolentia et immortalitate simul vivent.

46. Si qui autem etiam nunc vivere velint observantes Mosis instituta et credant in hunc Iesum crucifixum, agnoscentes eum esse Christum dei eique datum esse omnes omnino iudicare eiusque regnum esse aeternum, possuntne ii quoque salvi esse? ille me interrogabat.

Ego rursus: Id quoque, inquiebam, una consideremus, an nunc liceat omnia servare quae per Mosen praescripta sunt.

14. *ὁ θάνατος . . . συνῶσιν*] Coll. Apocal. 21, 4.

15. *ἐν ἀπαθείᾳ ... συνῶσιν*] H. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 56 et 67) praepositionem *ἐν* eiiciendam putavit, ea nempe ratione, qua dicunt *πενίᾳ συζῆν*. Attamen potest retineri, si cum Lango et Sylburgio *συνῶσιν* absolute capiatur pro *ἅμα ὦσιν* vel *ἑαυτοῖς συνῶσιν*: *coniuncti vivant*. Quid? Etiam suppleri potest *τῷ θεῷ*: *cum deo erunt*. Apol. I. c. 10: *οἳ ἐὰν ἀξίους ... ἑαυτοὺς ... δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ* (h. e. *θεοῦ*) *ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους*. Apol. II. c. 1: *ἐν ἀπαθείᾳ συγγενήσεσθαι τῷ θεῷ*.

1. *καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ αἰών. βασιλεία*] Opinatur Bullus (Iudic. eccles. cath. etc. c. 6. §. 16) Iustinum respexisse symboli Hierosolymitani clausulam illam: *Cuius regni non erit finis*.

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Οὔ· γνωρίζομεν γὰρ [2] ὅτι, ὡς ἔφης, οὔτε [3] πρόβατον τοῦ πάσχα ἀλλαχόσε θύειν δυνατὸν οὔτε τοὺς τῇ νηστείᾳ κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους οὔτε τὰς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφοράς.

Κἀγώ· Τίνα [4] οὖν ἃ δυνατόν ἐστι φυλάσσειν, παρακαλῶ, λέγε αὐτός· [5] πεισθήσῃ γὰρ ὅτι μὴ φυλάσσων τὰ αἰώνια δικαιώματά τις ἢ πράξας σωθῆναι ἐκ παντὸς ἔχει.

Κἀκεῖνος· Τὸ σαββατίζειν λέγω καὶ τὸ περιτέμνεσθαι καὶ τὸ τὰ ἔμμηνα φυλάσσειν καὶ τὸ βαπτίζεσθαι ἁψάμενόν τινος ὧν ἀπηγόρευται ὑπὸ Μωυσέως ἢ [6] ἐν συνουσίᾳ γενόμενον.

Κἀγὼ ἔφην· Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ Νῶε καὶ Ἰώβ, καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι πρὸ τούτων ἢ μετὰ τούτους ὁμοίως δίκαιοι, λέγω δὲ καὶ Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀβραάμ, καὶ [7] Ῥεβέκκαν τὴν τοῦ Ἰσαάκ, καὶ Ῥαχὴλ τὴν τοῦ Ἰακώβ, καὶ Λείαν, καὶ τὰς λοιπὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας μέχρι τῆς Μωυσέως, [8] τοῦ πιστοῦ θεράποντος, μητρός, μηδὲν τούτων φυλάξαντας, εἰ δοκοῦσιν ὑμῖν σωθήσεσθαι;

Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο· Οὐ περιετέτμητο Ἀβραὰμ καὶ οἱ μετ' αὐτόν;

Κἀγώ· Ἐπίσταμαι, ἔφην, ὅτι περιετέτμητο Ἀβραὰμ καὶ οἱ 265
μετ' αὐτόν· διὰ τί δὲ ἐδόθη αὐτοῖς ἡ περιτομή, [9] ἐν πολλοῖς τοῖς προλελεγμένοις εἶπον, καὶ εἰ μὴ δυσωπεῖ ὑμᾶς τὰ λεγόμενα, πάλιν [10] ἐξετάσωμεν τὸν λόγον. Ὅτι δὲ μέχρι Μωυσέως οὐδεὶς ἁπλῶς δίκαιος οὐδὲν ὅλως τούτων [11] περὶ ὧν ἐζητοῦμεν ἐφύλαξεν οὐδ'

2. ὅτι] Codd. msti et editi perverse ἔτι.

3. πρόβατον τοῦ πάσχα etc.] Iudaei Hierosolymis expulsi iacturam sacrificii multis modis sarciebant: quod quidem testantur Hilarius, Eusebius, Augustinus, alii, quorum verba in libro De Epistola ad Diognetum p. 15 sq. attuli.

4. οὖν ἃ δυνατόν] Reg. et editi οὖν ἀδύνατον. Iebbius voluit legi οὐκ ἀδύνατον, Thirlbius οὖν δυνατόν. Langus: *Quae igitur servari queant.* Lectionem, quam praeeunte Marano recepi, Clar. praebet.

5. πεισθήσῃ γὰρ etc.] Thirlb. ante ἔχει negationem οὐκ poni vult et πεισθήσῃ active sumi: *facile enim vobis persuadebilis* etc.. Hoc male factum. Etenim Iustinus cum quadam ironia ex Iudaeorum sententia loquitur, qui etiam caerimonias pro sempiternis sanctionibus habent. Itidem Maranus explicuit, quocum interpres Campidonensis facit: „Videbis salutem aeternam non observa-

Respondit ille: Nequaquam; novimus enim, quemadmodum dixisti, neque agnum paschae alibi immolari posse neque hircos in ieiunio iussos offerri neque caeteras omnes omnino oblationes.

Tum ego: Quaenam ergo sint quae possint observari, quaeso, dic ipse; tibi enim persuasum erit posse aliquem non servatis vel factis aeternis iustitiae praeceptis salutem omnino consequi.

At ille: Sabbata peragere et circumcidi et menses observare et ablui si quid a Mose prohibitum attigeris vel in concubitu fueris.

Tum ego aiebam: Abrahamus et Isaacus et Iacobus et Noachus et Iobus, et si qui alii ante eos vel post eos iusti similiter fuere, dico autem et Saram uxorem Abrahami, et Rebeccam Isaaci, et Rachelem Iacobi, et Liam, et reliquas alias eiusmodi usque ad Mosis, fidelis famuli, matrem, qui nihil horum servarunt, num videntur vobis salutem adepturi?

Respondit Trypho: Non circumcisus est Abrahamus eiusque posteri?

Tum ego: Scio, inquam, Abrahamum eiusque posteros circumcisos fuisse; cur autem data iis circumcisio fuerit, pluribus antea dixi, et si vos quae dicta sunt non inflectunt, denuo rem examinemus. Nullum autem iustum omnino usque ad Mosen quidquam eorum de quibus quaerebamus, praeter

tis illis mandatis, quae tu aeterna ésse ac numquam praetermittenda existimas, comparari posse, quippe cum nec circumcisionem, ut paulo post probat Iustinus, ii qui ante Abraham fuerunt, nec caetera instituta ipse Abraham eiusque usque ad Mosem posteri observaverint.“

6. *ἐν συνουσίᾳ*] Codd. msti in marg. *ἐν οὐσίᾳ*.

7. *Ῥεβέκκαν*] Steph. et Thirlb. *Ῥεβέκαν*. Dein ille *Ῥαχιὴλ* mendose.

8. *τοῦ πιστοῦ θεράπ.*] Sic etiam cc. 56 et 130 vocatur. Coll. Numer. 12, 7. Clement. Recognn. I. c. 36: „fidelis et prudens dispensator Moyses.“ — Mox Thirlbius pro *φυλάξαντας* legi iubet *φυλάξαντες*.

9. *ἐν π. τ. προλελ. εἶπον*] C. 16. p. 234. A. et c. 28. p. 245. D. 246. A.

10. *ἐξετάσωμεν*] Fortasse (Maran.) *ἐξετάσομεν*. Non tamen mutandum videtur.

11. *π. ὧν ἐζητοῦμεν*] H. e. *de*

ἐντολὴν ἔλαβε φυλάσσειν, πλὴν τὴν ἀρχὴν λαβούσης ἀπὸ Ἀβραὰμ τῆς περιτομῆς, ἐπίστασθε.

Κἀκεῖνος· Ἐπιστάμεθα, ἔφη, καὶ ὅτι σώζονται ὁμολογοῦμεν.

Κἀγὼ πάλιν· [12] Διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐντάλματα νοεῖτε τὸν θεὸν διὰ Μωυσέως ἐντει- B
λάμενον ὑμῖν, ἵνα διὰ πολλῶν τούτων ἐν πάσῃ πράξει πρὸ ὀφθαλμῶν ἀεὶ ἔχητε τὸν θεὸν καὶ μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀσεβεῖν ἄρχησθε. Καὶ γὰρ τὸ [13] κόκκινον βάμμα περιτιθέναι αὐτοῖς ἐνετείλατο ὑμῖν, ἵνα διὰ τούτου μὴ λήθη ὑμᾶς λαμβάνῃ τοῦ θεοῦ, 230
καὶ [14] φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν, ἃ πάντως ἅγια νοοῦμεν εἶναι, περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε, καὶ διὰ τούτων δυσωπῶν ὑμᾶς ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ θεοῦ, [15] ἅμα τε καὶ ἔλεγχον ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Οὐδὲ μι- C
κρὰν μνήμην [16] ἔχετε τοῦ θεοσεβεῖν, καὶ οὐδ᾽ οὕτως ἐπείσθητε μὴ εἰδωλολατρεῖν, ἀλλ᾽, ἐπὶ Ἠλίου ὀνομάζων τὸν ἀριθμὸν τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ, ἑπτακισχιλίους τὸν [17] ἀριθμὸν ὄντας [18] εἶπε, καὶ ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν θυσίαν πεποιηκέναι τοῖς εἰδώλοις [19] ἐλέγχει ὑμᾶς. Ἡμεῖς δέ, ὑπὲρ τοῦ μὴ θυσιάζειν οἷς πάλαι ἐθύομεν, ὑπομένομεν τὰς ἐσχάτας τιμωρίας, καὶ θανατούμενοι χαίρομεν, πιστεύοντες ὅτι ἀναστήσει ἡμᾶς ὁ θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ καὶ ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους ποιήσει· [20] καὶ οὐδὲν συμβάλλεσθαι πρὸς δικαιοπρα- D
ξίαν καὶ εὐσέβειαν τὰ διὰ τὴν σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ ὑμῶν διαταχθέντα γινώσκομεν.

quibus modo quaerebamus: Thirlbius mavult π. ὧν ζητοῦμεν.

12. Διὰ] Thirlb. proposuit Καὶ διά.

13. κόκκινον βάμμα] Cf. Numer. 15, 38—40.

14. φυλακτήριον] Cf. Deuteron. 6, 6—8.

15. ἅμα τε κ. ἔλεγχον ἐ. τ. κ. ὑμῶν. Οὐδὲ] Sic codd. msti, nisi quod comma praebent post ὑμῶν, quod tamen nostrae interpunctioni favet. Nam locum ita interpretandum censeo, ut ἔλεγχον (v. Brunn: *Warnungszeichen*) a verbo ἔχειν pendeat et Οὐδὲ idem valeat quod Οὐ δέ. Ac divise scripsissem, si omnino necesse esset. Cf. Pape *Handwörterb. d. griech. Spr.* s. v. Tom. II. p. 387. Alii fortasse vertent *Ne ... quidem.* Thirlbius vero et Maranus prorsus nullam inter ὑμῶν et οὐδὲ distinguendi notam po-

circumcisionem quae ab Abrahamo initium habuit, observasse aut observandi praeceptum accepisse scitis.

Et ille: Scimus, inquit, et eos salvari confitemur.

Ego rursus: Considerate omnia eiusmodi praecepta propter duritiam cordis populi vestri a deo per Mosen vobis tradita esse, ut admoniti multis his institutis in omni actione deum ante oculos semper haberetis et neque iniuste neque impie agere inciperetis. Etenim coccineum panniculum ut circumponeretis vobis praecepit, ut eius ope nulla vos caperet oblivio dei, et phylacterium descriptis quibusdam literis in membranis tenuissimis, quae quidem omnino sancta esse intelligimus, circumdare vos iussit, his etiam rebus exstimulans vos ut semper memoriam haberetis dei et simul reprehensionem in cordibus vestris. Non vero exiguam dei colendi memoriam tenetis, et ne sic quidem vobis persuasum est ut simulacra ne coleretis: verum, tempore Eliae numerum eorum recensens qui genu Baali non flexerant, septem millia numero esse dixit, et in Iesaia vos redarguit quod vestros etiam filios simulacris immolaveritis. Nos autem, ne iis sacra faciamus quibus olim fecimus, extrema supplicia perferimus, et dum occidimur laetamur, minime dubii quin deus per Christum suum nos ad vitam revocaturus sit atque incorruptos et perpessionis expertes et immortales facturus; ac cognoscimus nihil ad iustitiae observationem et pietatem afferre quae ob duritiam cordis populi vestri instituta sunt.

suerunt, ita quidem, ut ille coniiceret scribendum *ἅμα τε καὶ ἐλέγχων ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ὅτι μικρὰν μνήμην ἔχετε* etc., hic (accedit Langius in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXIV. Fasc. 6. p. 993) *ἅμα τε καὶ ἐλέγχων ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν οὐδὲ μικρὰν μ. ἔχ* etc.: *et simul exprobrans quod nullam illius* (dei) *colendi memoriam teneretis. Vobis tamen ne sic quidem* (*Καὶ οὐδ' οὕτως* etc.) *persuasum est* —.

16. *ἔχετε*] Sylburgius cum Lango *εἴχετε* mallet.

17. *ἀριθμὸν ὄντας*] Thirlb. *ἀριθμὸν μόνον ὄντας* coniectavit argutius quam verius.

18. *εἶπε*] Cf. 3 Regg. 19, 18 coll. Rom. 11, 4.

19. *ἐλέγχει*] Cf. Iesai. 57, 5. 6.

20. *καὶ οὐδὲν* etc.] Vide supra A. B: *Διὰ τὸ σκληροκάρδιον* etc..

47. [1] *Καὶ ὁ Τρύφων πάλιν· Ἐὰν δέ τις, εἰδὼς ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν ἐπίστασθαι δηλονότι καὶ πεπιστευκέναι καὶ πείθεσθαι αὐτῷ, βούλεται καὶ ταῦτα φυλάσσειν, σωθήσεται; ἐπυνθάνετο.*

Κἀγώ· Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Τρύφων, λέγω ὅτι σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, ἐὰν μὴ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, [2] *λέγω δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῆς πλάνης περιτμηθέν-* 266
τας, ἐκ παντὸς πείθειν ἀγωνίζηται ταὐτὰ αὐτῷ φυλάσσειν, λέγων 231
οὐ σωθήσεσθαι αὐτοὺς ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξωσιν, ὁποῖον [3] *ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων καὶ σὺ ἔπραττες, ἀποφαινόμενος οὐ σωθήσεσθαί με ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξω.*

Κἀκεῖνος· Διὰ τί οὖν εἶπας· Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, [4] *εἰ μήτι εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅτι οὐ σωθήσονται οἱ τοιοῦτοι;*

Εἰσίν, ἀπεκρινάμην, ὦ Τρύφων, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ὁμιλίας ἢ ἑστίας τοῖς [5] *τοιούτοις τολμῶντες· οἷς ἐγὼ οὐ σύναινός εἰμι. Ἀλλ' ἐὰν αὐτοὶ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς γνώμης καὶ* [6] *τὰ ὅσα* B
δύνανται νῦν ἐκ τῶν Μωυσέως, ἃ διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ νοοῦμεν διατετάχθαι, μετὰ τοῦ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐλπίζειν καὶ τὰς αἰωνίους καὶ φύσει δικαιοπραξίας καὶ εὐσεβείας φυλάσσειν [7] *βούλωνται καὶ αἱρῶνται συζῆν τοῖς Χριστιανοῖς καὶ πιστοῖς, ὡς προεῖπον, μὴ πείθοντες αὐτοὺς μήτε περιτέμνεσθαι ὁμοίως αὐτοῖς μήτε σαββατίζειν μήτε ἄλλα ὅσα τοιαῦτά ἐστι τηρεῖν, καὶ προσλαμβάνεσθαι καὶ κοινωνεῖν ἁπάντων, ὡς ὁμοσπλάγχνοις καὶ ἀδελφοῖς,* [8] *δεῖν ἀποφαίνομαι. Ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ* C
ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστόν, ὦ Τρύφων,

1. *Καὶ* etc.] De hoc capite consulendus est Schliemann *Die Clementinen nebst den verwandten Schriften und der Ebionitismus* (Hamb. 1844) p. 553 sqq..

2. *λέγω δὲ*] Codd. msti et editi *λέγω δή*, utique contra morem Iustini, qui ista formula sexcenties usus est.

3. *ἐν ἀρχῇ*] C. 8. p. 226. A. B.

4. *εἰ μήτι*] Pearsono *εἰ* redundare videtur. *Cur igitur dixisti: Ut mihi quidem videtur, talis salvus erit? Num sunt qui tales salvos futuros negent?* Sed cf. c. 68: *Εἰ μήτι τοῦτο οὐκ ἐπίστασθε.*

5. *τοιούτοις*] H. e. qui postea, quam Iesum esse Christum agnoverint, legis quoque instituta volunt

47. Et Trypho rursus interrogabat: Si quis, sciens haec ita se habere, praeterquam quod hunc Christum esse norit scilicet eique credat et obediat, haec quoque instituta observare voluerit, utrum is salvabitur?

Et ego: Ut mihi quidem videtur, Trypho, talem dico salvatum iri, si caeteris hominibus, hoc est iis qui ex gentibus per Christum ab errore circumcisi sunt, omnino persuadere non conetur ut eadem atque ipse observent, negans salvatum eos iri nisi haec observent, quale est quod etiam tu initio colloquii faciebas, quum pronuntiares me non salvatum iri nisi haec observarem.

Tum ille: Cur igitur dixisti: „Ut mihi quidem videtur, talis salvabitur", nisi forte sunt qui tales negent salvos fore?

Sunt, respondi, Trypho, et quidem neque sermonis neque hospitii communione cum talibus coniungi audent: quibus ego non assentior. Sed si illi ob infirmitatem animi etiam quaecunque nunc possunt ex institutis Mosis, quae propter duritiam cordis populi sancita esse novimus, cum spe in hunc Christum et aeternorum et naturalium iustitiae pietatisque praeceptorum observatione coniungere voluerint, modo cum Christianis et fidelibus vivere non recusent neque iis, ut iam dixi, suadeant ut similiter atque ipsi circumcidantur aut sabbata et alia eiusmodi custodiant, eos et suscipiendos esse et cum iis omnium rerum communionem, ut cum cognatis et fratribus, tenendam esse censeo. Sin autem qui ex genere vestro in hunc Christum se dicunt credere, Trypho, aiebam, eos qui

servare (Trypho paulo ante: *μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν ἐπίστασθαι ... βούλεται καὶ ταῦτα φυλάσσειν*) — id quod in causa erat cur nonnulli a communione illos excluderent.

6. *τὰ ὅσα*] Cf. Apol. I. c. 5. n. 5.

7. *βούλωνται*] Stephanus *βούλονται* mendose.

8. *δεῖν ἀποφαίνομαι*] Ita Martyr sine dubio scripsit; nempe eodem modo et paulo infra bis et alibi *ἀποφαίνομαι* saepe occurrit. Codd. msti et editi *δεῖν ἀποφαίνεσθαι* habent, quod quidem solus Maranus male sic defendere studet, ut *ἀποφαίνεσθαι* ad superiora verba referat, „quasi scriptum sit *ἀλλὰ σύναινός εἰμι τοῦ* (?) *ἀποφαίνεσθαι*."

ἔλεγον, ἐκ παντὸς κατὰ τὸν διὰ Μωυσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης συνδιαγωγῆς αἱρῶνται, [9] ὁμοίως καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι. [10] Τοὺς δὲ πειθομένους αὐτοῖς ἐπὶ
τὴν ἔννομον πολιτείαν μετὰ τοῦ φυλάσσειν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν 232
τοῦ θεοῦ ὁμολογίαν [11] καὶ σωθήσεσθαι ἴσως ὑπολαμβάνω. Τοὺς δὲ ὁμολογήσαντας καὶ ἐπιγνόντας τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν καὶ ἡτινιοῦν αἰτίᾳ μεταβάντας ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, ἀρνησαμένους ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, καὶ πρὶν τελευτῆς μὴ μεταγνόν- D
τας [12] οὐδόλως σωθήσεσθαι ἀποφαίνομαι. Καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ζῶντας κατὰ τὸν νόμον καὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν μὴ πιστεύοντας πρὶν τελευτῆς τοῦ βίου οὐ σωθήσεσθαι ὁμοίως ἀποφαίνομαι, καὶ μάλιστα τοὺς [13] ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίσαντας καὶ καταναθεματίζοντας ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν [14] πιστεύοντας ὅπως τύχωσι τῆς σωτηρίας καὶ τῆς τιμωρίας τῆς ἐν τῷ πυρὶ ἀπαλλαγῶσιν. [15] Ἡ γὰρ χρηστότης καὶ ἡ

9. *ὁμοίως καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι*] Schliemann l. c. p. 554. n. 1: „Da Justin hier von solchen spricht, welche die Heidenchristen entweder zur Beobachtung des Gesetzes zwingen oder mit ihnen keine Gemeinschaft haben wollen, so sind die Worte *ὁμοίως καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι* so zu fassen: „„diese nehme ich nicht an, d. h. erkenne sie nicht als christliche Brüder an, ebenso wie sie uns, die wir das Gesetz nicht beobachten, als solche nicht anerkennen wollen."" Das *ὁμοίως* geht somit auf die Nichtanerkennung der Heidenchristen von Seiten der strengern Judenchristen, und das *καὶ* ist eng mit *ὁμοίως* zu verbinden, wie das *καὶ* häufig bei Vergleichungspartikeln (wenn man so will, überflüssig) steht, worüber unter andern Winer in der vierten Ausgabe seiner neutestam. Grammatik S. 547 nachzulesen ist." Sic etiam Ritschl in *Bauri et Zelleri Theolog. Jahrbüch.* Tub. 1847. Fasc. 2. p. 299: „so erkenne ich wiederum sie nicht an." Perperam repugnavit Rossel in *Jahrbüch. für wissenschaftl. Kritik*, Berol. 1844. Tom. II. p. 53.

10. *Τοὺς δὲ πειθομένους* etc.] Iustinus in praecedentibus duos Christianorum ex Iudaeis arcessitorum ordines enumeravit: *Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ ... ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξωσιν* (quibus cum verbis componenda quae adduntur: *Ἀλλ' ἐὰν αὐτοὶ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς γνώμης ... δεῖν ἀποφαίνομαι*) atque *Ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου ... τούτους οὐκ ἀποδέχομαι.* — Iam de gentilibus loquitur qui in Christum crediderant, ita quidem, ut simul legem mosaicam servarent. Quorum duplex genus recenset: *Τοὺς δὲ πειθομένους ... τοῦ θεοῦ ὁμολο-*

ex gentibus in hunc Christum credunt omnino secundum legem per Mosen institutam cogant vivere aut eiusmodi consuetudine cum iis coniungi nolint, hos etiam similiter non suscipio. Eos vero qui ab iis ad legis observationem cum confessione in Christum dei coniungendam adducti fuerint fortasse etiam salvatum iri arbitror. At eos qui post, quam confessi fuerint et agnoverint hunc esse Christum, quacunque de causa ad legis observationem traducti negaverint hunc esse Christum nec poenitentiam ante obitum egerint, neutiquam salvatum iri censeo. Eos autem qui ex semine Abrahami orti secundum legem vixerint neque ante exitum vitae in hunc Christum crediderint non salvatum iri similiter censeo, eosque potissimum qui in synagogis execrati sunt et execrantur eos qui in hunc ipsum Christum credunt ut assequantur salutem et a supplicio ignis liberentur. Nam benignitas et humanitas dei et immensitas

γίαν atque *Τοὺς δὲ ὁμολογήσαντας ... ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.*

11. *καὶ σωθήσεσθαι ἴσως ὑπολαμβάνω*] Ritschl l. c.: „werden nach meiner Meinung vielleicht selig.“

12. *οὐδόλως*] Fortasse *οὐχ ὅλως*. Non muto. Cf. Pseudo-Iust. Quaestt. et Respp. ad Orthod. 21. n. 7.

13. *ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματ.* etc.] Cf. c. 16. n. 9.

14. *πιστεύοντας*] Codd. msti et editi *καὶ πᾶν*. Clar. *καταθεματίσαντας καὶ καταθεματίζοντας ... καὶ πᾶν. ὅπως τύχωσι* etc.. Langus interpres legit: ...*ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν πιστεύοντας, καὶ μὴ μετανοοῦντας καὶ πᾶν πράττοντας ὅπως τύχωσι*: *Iugulant in hunc ipsum Christum credentes, [nisi resipiscentes faciant] omnia quo salutem consequantur.* Sylburgius brevius legi mallet: ... *ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν πιστεύοντας καὶ πᾶν πράττοντας ὅπως τύχωσι*, ut posteriora duo commatia de Christianis intelligantur. Similiter Langius in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844, Tom. XXV. Fasc. 6. p. 993, nisi quod *καὶ* ante *πιστεύοντας* inseruit. Quid? Forsitan Iustinus scripsit: *καταναθεματίζοντας [τοὺς] ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν πιστεύοντας ὅπως* etc. *(qui idcirco fiduciam in Christo collocant ut)*, quemadmodum c. 16. p. 234. B: *καταρώμενοι ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ τὸν Χριστόν.* Cf. c. 93. p. 321. C. et c. 96. p. 323. C. Non dubitavi in textu ponere. Minime autem placet Marani coniectura *κἂν πάνυ πως* etc. *(omnino enim salutem assequerentur)*, subintelligendo videlicet: *si ante mortis exitum credant.* Insuper verba *καὶ μάλιστα ... Χριστὸν* parenthesi includit.

15. *Ἡ γὰρ ... ἔχει*] Coll. Rom. 2, 4.

φιλανθρωπία τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ἄμετρον τοῦ πλούτου [16]αὐτοῦ τὸν 267
μετανοοῦντα ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς διʼ [17]Ἰεζεκιὴλ μηνύει, ὡς
δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἔχει· καὶ τὸν ἀπὸ [18]εὐσεβείας ἢ δικαιο-
πραξίας μετατιθέμενον ἐπὶ ἀδικίαν καὶ ἀθεότητα ὡς ἁμαρτωλὸν
καὶ ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἐπίσταται. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰη-
Burton, G. σοῦς Χριστὸς εἶπεν· [19]Ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω, ἐν τούτοις
. 226. καὶ κρινῶ.

48. Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ περὶ τούτων ὅσα φρονεῖς ἀκηκόα- 233
μεν, εἶπεν. Ἀναλαβὼν οὖν τὸν λόγον, ὅθεν ἐπαύσω, πέραινε·
παράδοξός [1]τις γάρ ποτε καὶ μὴ δυνάμενος ὅλως ἀποδειχθῆναι δο- B
Burton, S. κεῖ μοι εἶναι· τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν θεὸν ὄντα πρὸ αἰώ-
. 146, 147. νων τοῦτον τὸν Χριστόν, εἶτα καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπον γενό-
μενον ὑπομεῖναι, καὶ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος [2]ἐξ ἀνθρώπων, οὐ μό-
νον παράδοξον δοκεῖ μοι εἶναι ἀλλὰ καὶ μωρόν.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· Οἶδʼ ὅτι παράδοξος ὁ λόγος δοκεῖ
εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, οἵτινες τὰ τοῦ
θεοῦ οὔτε νοῆσαι οὔτε ποιῆσαί ποτε βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ τῶν
διδασκάλων ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ θεὸς [3]βοᾷ. Ἤδη μέντοι, ὦ Τρύ-
φων, εἶπον, [4]οὐκ ἀπόλλυται τὸ [5]τοῦτον εἶναι Χριστὸν τοῦ θεοῦ, C

16. αὐτοῦ] Fortasse legendum αὐτῆς, quod tamen ipsum non nimis placet. Sed non est obliviscendum quali cum scriptore nobis res sit. *Thirlbius*. — Alius legerit τοῦ πλούτου τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Non muto.

17. Ἰεζεκιὴλ] Cf. Ez. 33, 12 — 20.

18. εὐσ. ἢ δικ.] Thirlbius notavit rectius εὐσ. καὶ δικ. dici. Saepe vero ἢ similia nectit, ubi eadem res, ut fiat clarior, duplici modo enuntiatur.

19. Ἐν ... κρινῶ] Fere idem dictum Clemens Alex. de div. serv. §. 40 deo attribuit per prophetam aliquem loquenti, idque ad Ezechielem (coll. 7, 3. 8. 18, 30. 24, 14. 33, 20) diserte refert Ioannes Climacus in Scala Parad. p. 159. Plurimi autem praeeunte Grabio (Spicileg. SS. PP. sec. I. p. 14 et 327) haud male illud censent ex evangelio secundum Hebraeos desumtum esse. Sunt fortasse qui idem ad locum Ioann. 5, 30: Καθὼς ἀκούω κρίνω (coll. 8, 16), minus diligenter expressum esse putent.

1. τις γάρ ποτε] Redundat postrema vox, nec videtur collocanda post δυνάμενος, ut placuit Sylburgio. *Maranus*. — Respondet Latinorum *tandem*.

2. ἐξ ἀνθρώπων] Codd. msti et editi ἐξ ἀνθρώπου. Male. Cf. Apol. I. c. 54. n. 18.

3. βοᾷ] Cf. Iesai. 29, 13.

On cc. 48, 49 see ... remarks of Bp. Kaye, pp. 28–33, note
... to Burton (Testimonies of the Ante-Nicene Fathers)

divitiarum eius resipiscentem a peccatis, quemadmodum per Ezechielem declarat, perinde atque iustum et peccato carentem habet; eum autem qui a pietate vel iustitiae observatione ad iniustitiam et impietatem delabitur pro peccatore et iniusto et impio agnoscit. Quapropter etiam noster dominus Iesus Christus dixit: *In quibus vos deprehendero, in his etiam iudicabo.*

48. Hic Trypho: Etiam de his rebus quid sentires audivimus, aiebat. Repetens igitur sermonem, in quo desieras, absolve; nam mirabilis quidam tandem mihi videtur et qui prorsus demonstrari nequeat: quod enim ais praeexstitisse deum ante saecula hunc Christum, deinde etiam nasci hominem factum sustinuisse, neque hominem ex hominibus esse, id non modo mirabile mihi videtur sed etiam stultum.

Ad haec ego dixi: Scio hunc sermonem mirabilem videri, et potissimum vestri generis hominibus, qui quidem quae dei sunt neque intelligere neque facere unquam voluistis, sed quae sunt magistrorum vestrorum, quemadmodum ipse deus clamat. Verumtamen, Trypho, aiebam, irritum non est quod demonstravi hunc esse Christum dei, etsi demonstrare ne-

4. οὐκ ἀπόλλυται ... εἶναι ἀποδεικνύηται] Semisch *Justin der Märtyr.* P. II. p. 71: „Diese Erklärung hat man nicht selten benutzt, um darzuthun, dass Justin die Ansicht von der Person Jesu für ein Adiaphoron angesehen, dass er nur die Anerkennung der Messianität desselben für unerlässlich erachtet, hingegen den Glauben an seine Praeexistenz und übernatürliche Erzeugung, wenn auch für seine Person festgehalten, doch nicht von Andern gefordert habe. Allein man hat damit das Rechte völlig verfehlt. Jene scheinbare Indifferenz Justin's ist Nichts als eine strategische Sicherheitsmassregel. Wegen der Zähigkeit, mit welcher Tryphon an seinen jüdischen Vorurtheilen hing, wegen der Unbeständigkeit, mit welcher derselbe schon Anerkanntes doch auch schnell wieder in Abrede stellte (c. 63. p. 286. B. C, c. 67. p. 291. C), hielt es Justin für nothwendig, sich bei seinem Gegner durch obige Erklärung wenigstens die Anerkennung der Messianität Jesu zu sichern, falls es ihm nicht gelingen möchte, denselben auch von dem vorweltlichen Dasein des Erlösers zu überzeugen, um nicht mit dem Einen auch das Andere zu verlieren."

5. τοῦτον] Codd. msti et editi τοιοῦτον. Illud Grotio (ad Luc. 23, 35) debetur (iam Langus: *Christum hunc esse dei)* probaturque

ἐὰν ἀποδεῖξαι μὴ δύνωμαι ὅτι καὶ προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ
τῶν ὅλων, [6] θεὸς ὤν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρ-
θένου. Ἀλλ' ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χρι-
στὸς ὁ τοῦ θεοῦ, [7] ὅστις οὗτος ἔσται, [8] ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω ὅτι
προϋπῆρχε καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, σάρκα
ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ὑπέμεινεν, ἐν τούτῳ πεπλα-
νῆσθαί με μόνον λέγειν δίκαιον, [9] ἀλλὰ μὴ ἀρνεῖσθαι ὅτι οὗτός D
ἐστιν ὁ Χριστός, ἐὰν φαίνηται ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων γεννη- 234
θείς, καὶ [10] ἐκλογῇ γενόμενος εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι ἀποδεικνύηται.
Καὶ γάρ εἰσί [11] τινες, ὦ φίλοι, ἔλεγον, ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους
ὁμολογοῦντες αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον δὲ ἐξ ἀνθρώπων 235
γενόμενον ἀποφαινόμενοι· οἷς οὐ συντίθεμαι, [12] οὐδ' ἂν πλεῖστοι
ταὐτά μοι δοξάσαντες εἴποιεν, ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπείοις διδάγμασι
κεκελεύσμεθα [13] ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ
τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσι.

49. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν, εἶπεν, οἱ λέγοντες [1] ἄν- 268
θρωπον γεγονέναι αὐτὸν καὶ κατ' ἐκλογὴν κεχρίσθαι [2] καὶ Χριστὸν
γεγονέναι πιθανώτερον ὑμῶν λέγειν, τῶν ταῦτα ἅπερ φῂς λεγόν-
των· καὶ γὰρ πάντες ἡμεῖς τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων

ab omnibus editoribus. Quare reposui.

6. θεὸς ὤν] Thirlb. coniecit scribendum καὶ θεὸς ὤν. Etsi non mala, non tamen necessaria emendatio. Iam supra: θεὸν ὄντα.

7. ὅστις οὗτος ἔσται] H. e. sive θεὸς sive ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων.

8. ἐὰν δὲ μὴ] Incommode δὲ ita positum est ut antea pro ἀποδεικνυμένου exspectaveris ἀποδεικνύμενον scil. ἐστί. Thirlbius mallet καὶ vel δὴ aut antea ἀποδεικνύμενον μένει. Videtur autem ista vocula redundare, ut saepe apud Iustinum, dum disserendi ardorem sequitur; cf. c. 18. n. 3. — Editores (Thirlbio et Marano exceptis) male sic distinguunt: παρθένου, ἀλλ'... ἔσται· ἐὰν δὲ μὴ etc..

9. ἀλλὰ μὴ] Scil. δίκαιον.

10. ἐκλογῇ γεν. εἰς τὸ Χρ. εἶναι] Hoc reposui in textum pro lectione codd. mstorum et editorum ἐκλογὴ γεν. εἰς τὸν Χρ. εἶναι. Illud ἐκλογῇ est i. q. κατ' ἐκλογὴν c. 49. p. 268. A. Thirlbius voluit legi ἐκλεγόμενος, vel ἐκλελεγμένος, εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι.

11. τινες ... ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους] *Quidam ex nostro* h. e. Christianorum (hos enim — tum orthodoxos tum haereticos — hic opponit Iudaeis) *genere*, nempe Ebionitae, de quibus Eusebium Hist. eccl. III. c. 27 adeas. Perionius, Bullus (Iudic. eccl. cath. c. 7. §. 6. p. 73), Iebbius, Thirlbius, Neander (*Allgem. Geschichte der*

queam illum et praeexstitisse filium creatoris universorum, deum exsistentem, et hominem natum esse per virginem. Sed quum omnino demonstratum sit hunc esse Christum dei, quicunque is sit — si minus demonstravero eum praeexstitisse et hominem perpessionibus nostris obnoxium nasci, carnem habentem, secundum patris voluntatem sustinuisse: in hoc tantum aequum fuerit me errasse dicere, non autem negare eum Christum esse, etiamsi tamquam homo ex hominibus genitus videatur, nec quidquam amplius demonstretur nisi eum electione consecutum esse ut Christus esset. Etenim sunt quidam, o amici, aiebam, ex nostro genere qui eum Christum esse confitentur, sed hominem ex hominibus natum pronuntiant: quibus ego non assentior, neque assentirer etiamsi maxima pars, quae mecum consentit, idem diceret, siquidem non humanis doctrinis iussi sumus ab ipso Christo credere, sed iis quae a beatis prophetis praedicata et ab ipso tradita sunt.

49. Et Trypho: Mihi quidem videntur, inquit, qui illum dicunt hominem fuisse et electione unctum et Christum factum esse probabilius dicere quam vos, qui ea quae retulisti dicitis; nam nos quoque omnes Christum hominem ex hominibus

christl. Religion u. Kirche Sect. I. Tom. II. ed. 2. p. 628. n. 1) legendum opinati sunt *ὑμετέρου*, quia Ebionitae a Iudaeis orti sint. Qua mutatione, ut vides, minime opus est. Etiam haereticis nomen imponebatur Christianorum: c. 35. p. 253. A. et Apol. I. c. 26. p. 70. B. Comp. Dial. c. Tr. c. 82. p. 308. C: *Καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοί εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι.*

12. *οὐδ' ... εἴποιεν*] Langus: *neque id sane multi, qui in eadem mecum sententia sunt, dixerint.* Similiter Perionius. At Gelenius: *Quibus non assentio, ne si maxima quidem esset turba sic opinantium.* Ego Marani interpretationem secutus sum. *Πλεῖστοι* sunt Christiani in universum; oppositum est illud quodammodo antecedenti *τινες*. — Pro *ταὐτά μοι* Stephan., Iebb., Thirlb. *ταῦτά μοι* ediderunt. Cf. c. 1. n. 13.

13. *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χρ.*] Bullus l. c. dedit *ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ*, sive per incuriam sive quod ita putaret legendum. Sed scriptura recepta bene se habet.

1. *ἄνθρωπον*] Fortasse addendum (Thirlb.) *ἐξ ἀνθρώπων.*

2. *καὶ Χριστὸν γεγον.*] Nempe post baptismum. Cf. Theodoret. Haeret. fab. II. 1.

προσδοκῶμεν γενήσεσθαι, [3] καὶ τὸν Ἠλίαν χρίσαι αὐτὸν ἐλθόντα. Ἐὰν δὲ οὗτος φαίνηται ὢν ὁ Χριστός, ἄνθρωπον μὲν ἐξ ἀνθρώ- 236
πων γενόμενον ἐκ παντὸς ἐπίστασθαι δεῖ· ἐκ δὲ τοῦ μηδὲ Ἠλίαν ἐληλυθέναι οὐδὲ τοῦτον ἀποφαίνομαι [4] εἶναι.

Κἀγὼ πάλιν ἐπυθόμην αὐτοῦ· Οὐχὶ Ἠλίαν φησὶν ὁ λόγος διὰ [5] Ζαχαρίου ἐλεύσεσθαι πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ φοβερᾶς ταύτης τοῦ κυρίου; B

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Μάλιστα.

Ἐὰν οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζῃ ὁμολογεῖν ὅτι δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προεφητεύοντο γενησόμεναι, μία μέν, ἐν ᾗ παθητὸς καὶ ἄτιμος καὶ ἀειδὴς φανήσεται, ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ καὶ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς τοῖς [6] προλελεγμένοις ἀποδέδεικται, οὐχὶ τῆς φοβερᾶς καὶ μεγάλης ἡμέρας, τουτέστι τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ, πρόοδον γενήσεσθαι τὸν Ἠλίαν νοήσομεν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ κεκηρυχέναι;

Μάλιστα, ἀπεκρίνατο.

Καὶ ὁ ἡμέτερος οὖν κύριος, ἔφην, τοῦτο αὐτὸ ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ παρέδωκε γενησόμενον, εἰπὼν [7] καὶ Ἠλίαν ἐλεύσεσθαι· C
καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστάμεθα γενησόμενον, ὅταν μέλλῃ ἐν δόξῃ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστός, οὗ καὶ τῆς πρώτης φανερώσεως κῆρυξ [8] προῆλθε τὸ ἐν Ἠλίᾳ γενόμενον πνεῦμα τοῦ θεοῦ, ἐν Ἰωάννῃ, τῷ γενομένῳ ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτῃ, μεθ' ὃν οὐδεὶς ἕτερος [9] λοιπὸς παρ' ὑμῖν ἐφάνη προφήτης· ὅστις ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν καθεζόμενος ἐβόα· [10] Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ἥξει δὲ ὁ ἰσχυρότερός 237
μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ D
χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ καὶ τὸν σῖτον συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

3. καὶ τὸν Ἠλίαν χρίσαι αὐτὸν ἐλθόντα] Cf. c. 8. n. 7, de Wette *Biblische Dogmatik* ed. 3. §. 197, Gfrörer *Gesch. des Urchristenthums* (Stuttg. 1838) Tom. II. P. II. p. 227 sqq.. — Pro χρίσαι concinnius erat futurum χρίσειν. Sed est quod pro aoristo illo dici possit.

4. εἶναι] Scil. τὸν Χριστόν. — Thirlbius: „Si cui magis placeat ἐληλυθέναι, utatur suo iure: nos nihil mutamus neque mutandum putamus.“

exspectamus nasciturum, et ab Elia, quando is venerit, unctum iri. Quodsi iste appareat Christus esse, homo ex hominibus omnino existimandus est; sed quia nondum venit Elias, neque hunc censeo esse Christum.

Ego rursus interrogavi illum: Annon effatum per Zachariam dicit Eliam venturum esse ante magnum et terribilem istum diem domini?

Et ille respondit: Maxime.

Si igitur effatum cogit fateri duos Christi adventus futuros praedictum esse, alterum, in quo perpessionibus obnoxius et inglorius et informis apparebit, alterum, in quo et gloriosus et iudex omnium veniet, quemadmodum etiam in multis quae iam dicta sunt demonstratum est: annon divino effato praedicatum esse intelligemus Eliam terribilis et magni diei, id est secundi eius adventus, praecursorem fore?

Maxime, respondit ille.

Atque noster dominus, aiebam, hoc ipsum in doctrinis suis tradidit futurum esse, quum dixit *Eliam quoque esse venturum:* et nos hoc futurum esse scimus, quum ex coelis gloriose venturus est dominus noster Iesus Christus, cuius etiam primae apparitionis spiritus dei, qui in Elia fuerat, praeco praecessit, in Ioanne, generis vestri propheta, post quem nemo alius reliquus apud vos exstitit propheta; qui quidem ad Iordanem fluvium considens clamabat: *Ego vos baptizo aqua ad poenitentiam; veniet autem fortior me, cuius non sum dignus ut calceamenta portem: ipse vos baptizabit spiritu sancto et igne. Cuius ventilabrum in manu eius, et permundabit aream suam et triticum congregabit in horreum, paleam autem comburet igne inexstinguibili.* Atque hunc

5. *Ζαχαρίου*] Memoriae lapsu pro *Μαλαχίου* (4, 5). Similis error c. 14. n. 12 notatus est. — Tum Morellus: *ἐλ. πρὸ τῆς μεγάλης κ. φ. τ. τοῦ κυρίου ἡμέρας*, citra codicum auctoritatem.

6. *προλελεγμένοις*] C. 14. p. 232. D. et c. 32. p. 249. C. D.

7. *καὶ Ἠλίαν ἐλεύσ.*] Coll. Matth. 17, 11.

8. *προῆλθε ... Ἰωάννῃ*] Coll. Luc. 1, 17.

9. *λοιπὸς*] Fortasse *λοιπόν*. Sed lectio vulgata ferri potest. *Thirlbius.*

10. *Ἐγὼ ... ἀσβέστῳ*] Matth. 3, 11. 12 coll. Luc. 3, 16. 17.

[11] *Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν προφήτην συνεκεκλείκει ὁ βασιλεὺς ὑμῶν Ἡρώδης εἰς φυλακήν, καὶ γενεσίων ἡμέρας τελουμένης, ὀρχουμένης τῆς* [12] *ἐξαδελφῆς αὐτοῦ εὐαρέστως αὐτῷ, εἶπεν αὐτῇ αἰτήσασθαι ὃ ἐὰν βούληται. Καὶ ἡ μήτηρ τῆς παιδὸς ὑπέβαλεν αὐτῇ αἰτήσασθαι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ* [13] *αἰτησάσης ἔπεμψε καὶ ἐπὶ πίνακι ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου ἐκέλευσε. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς εἰρήκει ἐπὶ γῆς τότε* 269
τοῖς λέγουσι πρὸ τοῦ Χριστοῦ Ἠλίαν δεῖν ἐλθεῖν· [14] *Ἠλίας μὲν ἐλεύσεται καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν, ἀλλ' ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. Καὶ γέγραπται, ὅτι* [15] *Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.*

Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ τοῦτο παράδοξον λέγειν μοι δοκεῖς, ὅτι [16] *τὸ ἐν Ἠλίᾳ τοῦ θεοῦ γενόμενον προφητικὸν πνεῦμα καὶ ἐν Ἰωάννῃ γέγονε.*

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα· Οὐ δοκεῖ σοι ἐπὶ Ἰησοῦν, τὸν τοῦ Ναυῆ, τὸν διαδεξάμενον τὴν λαοηγησίαν μετὰ Μωυσέα, τὸ αὐτὸ γεγονέναι, B
[17] *ὅτε ἐῤῥέθη τῷ Μωυσεῖ ἐπιθεῖναι τῷ Ἰησοῦ τὰς χεῖρας, εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ θεοῦ· Κἀγὼ μεταθήσω ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ* 238
ἐν σοὶ ἐπ' αὐτόν;

Κἀκεῖνος· Μάλιστα.

Ὡς οὖν, φημί, ἔτι ὄντος τότε ἐν ἀνθρώποις τοῦ Μωυσέως, μετέθηκεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν ὁ θεὸς ἀπὸ τοῦ ἐν Μωυσεῖ πνεύματος, οὕτως καὶ [18] *ἀπὸ τοῦ Ἠλίου ἐπὶ τὸν Ἰωάννην ἐλθεῖν ὁ θεὸς δυνατὸς ἦν ποιῆσαι, ἵνα, ὥσπερ ὁ Χριστὸς τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ ἄδοξος ἐφάνη, οὕτως καὶ τοῦ πνεύματος* [19] *τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθα-*

11. *Καὶ . . . ἐκέλευσε*] Coll. Matth. 14, 3—11. Marc. 6, 17—28. Luc. 3, 20.

12. *ἐξαδελφῆς*] Stephan. et Iebb. perperam divise scripserunt *ἐξ ἀδελφῆς*. — Mox post *αὐτοῦ* in codd. mstis et editis adiectum est *τοῦ Ἡρώδου*, quod quidem „manifestissimum glossema" (Thirlb.) expunxi.

13. *αἰτησάσης*] Noli *αὐτῆς* vel *ταύτης* addere. Cf. c. 3. n. 9. — Deinde *ἐνεχθῆναι* (Matth. 14, 11 et Marc. 6, 27) dedi pro *ἐναχθῆναι*, quod male in codicibus comparet.

14. *Ἠλίας . . . ἠθέλησαν*] Matth. 17, 11. 12.

15. *Τότε . . . αὐτοῖς*] Matth. 17, 13.

16. *τὸ ἐν Ἠλ. etc.*] Meliori

ipsum prophetam rex vester Herodes coniecerat in carcerem, et quum natalium dies celebraretur, saltante fratris ipsius filia delectatus, iussit eam petere quidquid vellet. Tum mater puellam submonuit ut Ioannis in vincula coniecti caput peteret; quod quum petiissot, misit rex et caput Ioannis in lance afferri iussit. Quapropter etiam noster Christus, quum adhuc in terra versaretur, iis qui oportere asserebant ut Elias ante Christum veniret haec dixit: *Elias quidem venturus et instauraturus est omnia; dico autem vobis Eliam iam venisse, et non agnoverunt eum, sed fecerunt ei quaecunque voluerunt.* Et scriptum est: *Tum discipuli intellexerunt eum de Ioanne baptista locutum esse.*

Et Trypho: Hoc quoque praeter opinionem dicere mihi videris, quod spiritus propheticus dei, qui in Elia fuit, etiam in Ioanne fuerit.

Ad haec ego· Non tibi videtur idem factum fuisse in Iesu, Navae filio, qui ductum populi post Mosen suscepit, deo ipso, quum praeceptum est Mosi ut manus Iesu imponeret, dicente: *Et ego transferam de spiritu, qui in te est, in ipsum?*

Et ille: Maxime.

Quemadmodum igitur, inquam, quum adhuc Moses inter homines versaretur, transtulit deus in Iesum ex eo spiritu qui erat in Mose, ita ab Elia in Ioannem transferre deus potuit: ut, quemadmodum Christus in primo adventu inglorius apparuit, ita etiam illius spiritus qui in Elia semper purus

ordine supra exstat p. 268. C: τὸ ἐν Ἡλίᾳ γενόμ. πνεῦμα τοῦ θεοῦ. Cf. c. 43. n. 1.

17. ὅτε... αὐτόν] Iis quae Numer. 27, 18 et Deuteron. 34, 9 leguntur Martyr ea commiscuit quae de LXX senioribus dicit deus Numer. 11, 17.

18. ἀπὸ τοῦ Ἡλίου] Subaudiss πνεύματος. At Thirlbio legendum videtur τὸ τοῦ Ἡλίου vel τὸ πνεῦμα τοῦ Ἡλίου.

19. τ. ἐν Ἡλίᾳ πάντ. καθαρ.] Spiritus ille, de quo dominus in Ioannem transtulit, semper in Elia purus exsistebat, id est, minime laesus aut violatus fuit hac communicatione. *Maranus.*

φύοντος, [20] ὡς τοῦ Χριστοῦ, ἄδοξος ἡ πρώτη παρουσία νοηθῇ.
[21] Κρυφίᾳ γὰρ χειρὶ ὁ κύριος πολεμεῖν τὸν Ἀμαλὴκ εἴρηται, καὶ ὅτι C
ἔπεσεν ὁ Ἀμαλὴκ οὐκ ἀρνήσεσθε. Εἰ δὲ ἐν τῇ ἐνδόξῳ παρουσίᾳ
τοῦ Χριστοῦ πολεμηθήσεσθαι τὸν Ἀμαλὴκ μόνον λέγεται, ποῖος
καρπὸς ἔσται τοῦ λόγου, ὅς φησι· Κρυφίᾳ χειρὶ ὁ θεὸς πολεμεῖ τὸν
Ἀμαλήκ; [22] Νοῆσαι δύνασθε ὅτι κρυφία δύναμις τοῦ θεοῦ γέγονε
τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ, ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει καὶ πᾶσαι
ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι [23] τῆς γῆς.

50. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἔοικάς μοι ἐκ πολλῆς προστρίψεως τῆς
πρὸς πολλοὺς [1] περὶ πάντων τῶν ζητουμένων γεγονέναι καὶ διὰ
τοῦτο ἑτοίμως ἔχειν ἀποκρίνεσθαι πρὸς πάντα ἃ ἂν ἐπερωτηθῇς. D
[2] Ἀπόκριναι οὖν μοι πρότερον, πῶς ἔχεις ἀποδεῖξαι ὅτι καὶ ἄλλος θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, καὶ τότε ἀποδείξεις ὅτι καὶ γεννηθῆναι διὰ τῆς παρθένου ὑπέμεινε.

Κἀγὼ ἔφην· Πρότερόν μοι συγχώρησον εἰπεῖν λόγους τινὰς 239
ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας, τοὺς εἰρημένους περὶ τῆς προελεύσεως,
[3] ἣν προελήλυθεν αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτου Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς καὶ προφήτης γενόμενος.

Κἀκεῖνος· Συγχωρῶ.

Κἀγὼ εἶπον· Ἡσαΐας οὖν περὶ τῆς Ἰωάννου προελεύσεως οὕ-
τως προεῖπε· [4] Καὶ εἶπεν Ἐζεκίας πρὸς Ἡσαΐαν· Ἀγαθὸς ὁ λόγος 270
κυρίου, ὃν ἐλάλησε· Γενέσθω εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. Καί· [5] Παρακαλεῖτε τὸν λαόν· ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ καὶ παρακαλέσατε αὐτήν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς· λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους

20. ὡς τοῦ Χριστοῦ] Confidenter reposui illud ὡς, in codd. mstis et editis omissum a librariis ob similitudinem cum ultima antecedentis vocis syllaba. Vide c. 30. n. 9. Improbanda Thirlbii coniectatio: τ. κ. τοῦ ἐν Ἠλίᾳ, πάντοτε καθαρμοσθέντος (vel καθαρμόζοντος) τῷ Χριστῷ, etc..

21. Κρυφίᾳ... Ἀμαλὴκ] Exod. 17, 16. Idem locus paulo post.

22. Νοῆσαι] Mallent Langus et Sylburgius post Νοῆσαι inseri οὖν aut simile ratiocinativum.

23. τῆς γῆς] Haec delenda videntur Thirlbio. Sed δεδίασι, quod legi posse censet, nimis magna esset mutatio, ut ipse fatetur.

manebat, itidem ut Christi, inglorius primus adventus intelligeretur. *Occulta* enim *manu dominus debellare Amalecum* dictus est, neque Amalecum cecidisse negabitis. Si vero in glorioso tantum Christi adventu debellatum iri Amalecum dicatur, quis fructus erit effati, quod ait: *Occulta manu deus debellat Amalecum?* Intelligere potestis occultam dei virtutem in Christo crucifixo fuisse, quem et daemonia tremunt et omnes prorsus principatus et potestates terrae.

50. Hic Trypho: Videris mihi ab assidua cum multis de omnibus rebus controversis conflictatione venisse ac propterea paratus esse ad omnia respondere quae ex te quaeruntur. Mihi igitur prius responde, quomodo possis demonstrare alium etiam esse deum praetor creatorem universorum, et tum demonstrabis eum etiam nasci per virginem sustinuisse.

Tum ego dixi: Prius mihi permitte verba nonnulla ex Iesaiae vaticinio proferre, promulgata de illa praecursione, quam ante ipsum dominum nostrum Iesum Christum peregit Ioannes baptista et propheta factus.

Et ille: Permitto.

Ego autem dixi: Iesaias igitur de Ioannis praecursione ita praedixit: *Et dixit Ezechias ad Iesaiam: Bonum verbum domini, quod locutus est: Fiat pax et iustitia in diebus meis.* Et: *Consolamini populum; sacerdotes, loquimini ad cor Hierosolymae et consolamini eam, quia completa est humilitas eius: solutum est eius peccatum, quia recepit ex manu domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto: Parate vias domini, rectas facite semitas dei nostri!*

1. *περὶ*] Thirlbius coniecit *ἔμπειρος*, nisi forte (sic in Add.) magis placeat legere *ἐν πολλῇ προστρίψει τῇ πρὸς πολλοὺς* pro *ἐκ πολλῆς προστρίψεως τῆς πρὸς πολλούς*. Ipsi tamen neutra coniectura satisfacit. Nec mutasset, si verbum *γεγονέναι* iuste explicuisset; hoc (= *venisse*) pertinet ad *ἐκ πολλῆς προστρίψεως*.

2. *Ἀπόκριναι*] Sic (c. 67. p. 292, A) Sylburgius et Morellus. Caeteri mendose *Ἀπόκρινε*.

3. *ἦν*] Pearson. *ἧς* legit.

4. *Καὶ ... μου*] Iesai. 39, 8.

5. *Παρακαλεῖτε ... ἐλογίσθησαν*] Iesai. 40, 1—17.

τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, ὅτι κύριος ἐλάλησε. Φωνὴ λέγοντος· Βόησον. Καὶ εἶπον· Τί βοήσω; Πᾶσα σὰρξ χόρτος καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, τὸ δὲ ῥῆμα κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. [6] *Εἶπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· Ἰδοὺ ὁ θεὸς ὑμῶν· κύριος ἰδοὺ μετ' ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας ἔρχεται. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς μετ' αὐτοῦ καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ. Ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι συνάξει ἄρνας, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ ἔχουσαν παρακαλέσει. Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο, καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; Ἢ τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; Ἢ ὁδὸν συνέσεως τίς ἐγνώρισεν αὐτῷ; Πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς πτύελος λογισθήσονται. Ὁ δὲ Λίβανος οὐχ* [7] *ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη οὐθέν, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν.*

51. *Καὶ παυσαμένου μου εἶπεν ὁ Τρύφων· Ἀμφίβολοι μὲν πάντες οἱ λόγοι τῆς προφητείας, ἣν φῂς σύ, ὦ ἄνθρωπε, καὶ οὐδὲν τμητικὸν εἰς ἀπόδειξιν οὗπερ βούλει ἀποδεῖξαι ἔχοντες.*

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· [1] *Εἰ μὲν μὴ ἐπαύσαντο καὶ εἰσέτι ἐγένοντο οἱ προφῆται ἐν τῷ γένει ὑμῶν, ὦ Τρύφων, μετὰ τοῦτον*

6. *Εἶπον*] Langus: *Dixi*. Male; est enim imperativus aoristi I. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 348. Septuaginta vulgo *εἰπόν* (imperat. aor. II), quod quidem Thirlbio placet.

7. *ἱκανὸς*] Ita Sylburgius et Morellus ediderunt. Reliqui mendose *ἱκανῶς*.

1. *Εἰ* etc.] Codd. msti et editi corrupte: *Εἰ μὲν μὴ ἐπαύσαντο καὶ οὐκέτι ἐγένοντο . . . τὸν Ἰωάννην, δῆλον ὅτι ἃ λέγω εἰς*

Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt omnia prava in directum et aspera in vias planas; et apparebit gloria domini, et videbit omnis caro salutare dei: quia dominus locutus est. Vox dicentis: Clama! Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro herba et omnis gloria hominis quasi flos herbae. Exaruit herba et flos eius cecidit, verbum autem domini manet in aeternum. In montem excelsum adscende, quae evangelizas Sioni; exalta fortitudine vocem tuam, quae evangelizas Hierosolymae. Exaltate, ne timeatis. Dic civitatibus Iudae: Ecce deus vester; dominus ecce cum virtute venit, et brachium cum dominatione venit. Ecce merces cum eo et opus coram eo. Sicut pastor pascet gregem suum, et brachio congregabit agnos, et in utero habentem consolabitur. Quis mensus est manu aquam et coelum palmo et omnem terram pugillo? Quis statuit montes libra et saltus statera? Quis cognovit mentem domini, et quis consiliarius eius fuit, qui instituat eum? Aut quocum consilium iniit, et [quis] instituit eum? Aut quis ostendit ei iudicium? Aut viam intelligentiae quis monstravit ei? Omnes gentes sicut stilla de situla, et quasi momentum staterae reputatae sunt, et quasi sputum reputabuntur. Libanus autem non sufficit ad comburendum, et quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum, et omnes gentes nihilum, et in nihilum reputatae sunt.

51. Desinente me dixit Trypho: Ambigua omnia verba prophetiae, quam attulisti, o homo, nec quidquam habent quo decidatur id quod demonstrare vis.

Atque ego respondi: Si quidem esse non desiissent et adhuc exstarent prophetae in genere vestro, Trypho, post

Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε εἶναι τὰ λεγόμενα. — Primum illud *οὐκέτι* pro *εἰσέτι* originem duxit a *μὴ* praecedente. Dein verba *δῆλον ... Χριστὸν* glossam olent, ad *τὰ λεγόμενα* appositam, quae in contextum irrepsit. Denique, quum Trypho dixisset ambigua sibi videri prophetiae verba, Iustino respondere non licebat *ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε*: *fortasse ambigue dicta vobis viderentur*: sed *ἴ. ἀ. ἐνοεῖτο*, id quod levissima mutatione commendatur.

40. δὲ ἦν] Sylburg. δὲ [ἔτι] ἦν edidit. Sed deest ἔτι etiam in multis LXX interpretum (cf. Holm. ad loc.) codd. mstis.

41. τῶν π. προγεγρ.] Cf. n. 4.

42. Ἀπῆλθε ... Σοδόμων] Genes. 18, 33 et 19, 1.

43. καὶ ἀπῆλθεν] Post voculam καὶ aut addendum est (Thirlb.) aut certe subaudiendum (Maran.) Ἀβραάμ. Infra p. 279. A. B: Προσελθόντων γὰρ αὐτῶν εἰς Σόδομα, αὐτὸς ὑπολειφθεὶς προσομιλεῖ τῷ Ἀβραὰμ τὰ ἀναγεγραμ-

erat stans coram domino, et appropinquans Abrahamus dixit: Num una perdes iustum cum impio? et quae sequuntur; non enim eadem rursus videntur scribenda, quum omnia prius scripserim, sed illa, ex quibus demonstrationem Tryphoni et sociis eius confeci, necesse est dicere. Tum ergo veni ad ea quae sequuntur, in quibus dicuntur haec: *Abiit autem dominus, postquam desiit loqui cum Abrahamo, et reversus est in locum suum. Venerunt autem duo angeli Sodoma vesperi; Lotus autem sedebat ad portam Sodomorum:* et quae sequuntur usque ad: *Extendentes autem viri manus attraxerunt Lotum ad seipsos in domum, et ostium domus occluserunt:* et sequentia usque ad: *Et apprehenderunt angeli manum eius et manum uxoris eius et manus filiarum eius, eo quod parceret dominus ei. Et factum est postquam eduxerunt eos foras, ut dicerent: Salva, salva tuam animam. Ne respexeris retrorsum, neve steteris in omni circa regione; in montem salvum te fac, ne forte simul comprehendaris. Dixit autem Lotus ad illos: Oro, domine, quia invenit servus tuus misericordiam coram te, et magnificasti iustitiam tuam, quod facis in me ut vivat anima mea; ego autem non possum salvari in montem, ne comprehendant me mala et moriar. Ecce urbs haec prope est quo confugiam isthic exigua; isthic salvus ero — quam modica est — et vivet anima mea. Et dixit ei: Ecce admiratus sum tuam faciem etiam in verbo hoc ut non evertam urbem de qua locutus es. Festina igitur ut salveris isthic; non enim potero facere rem donec tu venias illuc. Propterea vocavit nomen urbis Segor. Sol egressus est super terram, et Lotus ingressus est Segorem. Et dominus pluit*

μένα ὑπὸ Μωυσέως· οὗ καὶ αὐτοῦ ἀπελθόντος μετὰ τὰς ὁμιλίας, ὁ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Οὗ ἐλθόντος, οὐκέτι δύο ἄγγελοι ὁμιλοῦσι τῷ Λὼτ ἀλλ' αὐτός. Biblia: *καὶ Ἀβραὰμ ἀπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.*

44. *Ἐκτείναντες ... προσέκλεισαν*] Genes. 19, 10.

45. *Καὶ ... περίοικον*] Genes. 19, 16—25.

Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον. Καὶ πάλιν παυσάμενος ἐπέφερον· Καὶ νῦν οὐ νενοήκατε, φίλοι, ὅτι ὁ εἷς τῶν τριῶν, ὁ καὶ θεὸς καὶ κύριος τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπηρετῶν, κύριος τῶν δύο ἀγγέλων; [46] *Προσελθόντων γὰρ αὐτῶν εἰς Σόδομα, αὐτὸς ὑπολειφθεὶς προσωμίλει τῷ Ἀβραὰμ τὰ ἀναγεγραμμένα ὑπὸ Μωυσέως· οὗ καὶ αὐτοῦ ἀπελθόντος μετὰ τὰς ὁμιλίας,* B *ὁ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Οὗ ἐλθόντος, οὐκέτι δύο ἄγγελοι ὁμιλοῦσι τῷ Λὼτ ἀλλ' αὐτός, ὡς ὁ λόγος δηλοῖ, καὶ κύριός ἐστι, παρὰ κυρίου τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, τουτέστι τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων, λαβὼν τὸ ταῦτα ἀπενεγκεῖν Σοδόμοις καὶ Γομόῤῥοις ἅπερ ὁ λόγος καταριθμεῖ, οὕτως εἰπών·* [47] *Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.*

57. *Καὶ ὁ Τρύφων σιγήσαντός μου εἶπεν· Ὅτι μὲν ἡ γραφὴ τοῦτο ἀναγκάζει ὁμολογεῖν ἡμᾶς, φαίνεται,* [1] *ὅτι δὲ ἀπορῆσαι ἄξιόν ἐστι περὶ τοῦ λεγομένου, ὅτι ἔφαγε τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατασκευασθέντα καὶ παρατεθέντα, καὶ σὺ ἂν ὁμολογήσειας.* C

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Ὅτι μὲν βεβρώκασι, γέγραπται· εἰ δὲ τοὺς τρεῖς ἀκούσαιμεν λελέχθαι βεβρωκέναι, καὶ μὴ τοὺς δύο μόνους, οἵτινες ἄγγελοι τῷ ὄντι ἦσαν καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, [2] *ὡς δῆλόν ἐστιν* [3] *ἡμῖν, τρεφόμενοι, κἂν μὴ ὁμοίαν τροφὴν ἥπερ οἱ ἄνθρωποι χρώμεθα τρέφονται (περὶ γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ* [4] *μάννα, ἣν ἐτράφησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἡ γραφὴ οὕτω λέγει, ὅτι* [5] *ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγον), εἴποιμ' ἂν ὅτι ὁ λόγος, ὁ λέγων βεβρωκέναι, οὕτως ἂν λέγοι ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ εἴποιμεν* D *ἐπὶ πυρὸς ὅτι πάντα κατέφαγεν,* [6] *ἀλλὰ μὴ πάντως τοῦτο ἐξακούειν ὅτι ὀδοῦσι καὶ γνάθοις μασώμενοι βεβρώκασιν. Ὥστε*

46. *Προσελθόντων*] Putavit Sylburg. scribendum *προαπελθόντων (prius digressis)*, Thirlb. *προελθόντων*.

47. *Κύριος ... οὐρανοῦ*] Genes. 19, 24.

1. *ὅτι ... ὁμολογήσειας*] Stephan. male *ὅ, τι ... ὁμολογήσειας*; — Cf. Genes. 18, 6 sqq..

2. *ὡς*] Hanc voculam, in codd. mstis et editis praetermissam, censui reponendam esse, praesertim quum a Martyre sic usurpari soleat. Haud raro interiit (cf. c. 49. n. 20), maxime, quod quidem nostro etiam loco accidit, ob similitudinem

super Sodoma et Gomorrham sulphur et ignem hic quidem ulla *coelo, et evertit urbes has et omnem regionem* finimus.
Haec ubi desii rursus adieci: An ne nunc quidem intelliguatur amici, unum ex tribus, qui et deus et dominus est ei quae coelis est ministrans, dominum esse duorum angelorum? Hi enim quum Sodoma profecti essent, ipse relictus cum Abrahamo loquitur quae a Mose narrantur: qui quum ipse quoque discessisset post colloquium, Abrahamus reversus est ad locum suum. Is ubi advenit, non iam duo angeli sed ipse cum Loto, ut effatum declarat, colloquitur, atque is dominus est, a domino qui in coelis est, hoc est a creatore universorum, accipiens ut haec infligat Sodomis et Gomorrhae quae effatum enumerat, sic habens: *Dominus pluit super Sodoma et Gomorrham sulphur et ignem a domino e coelo.*

57. Hic Trypho tacente me dixit: Id quidem ut fateamur, a scriptura nos cogi manifestum est, sed quod parata ab Abrahamo et apposita comedisse dicitur, id dignum esse de quo ambigatur, tu quoque confitearis.

Tum ego respondi: Scriptum quidem est eos comedisse; si autem dictum esset tres comedisse, et non duo tantum, qui quidem vere angeli erant et in coelo, ut nobis liquet, nutriuntur, quamvis non eadem alimonia qua nos homines utimur nutriantur (nam de cibo mannae, quo patres vestri in deserto vixerunt, scriptura sic loquitur, ut eos *panem angelorum manducasse* dicat): contenderim effatum, quod eos manducasse dicit, perinde loqui ac si nos de igne asseveremus omnia eum devorasse, neutiquam vero ita accipiendum esse ut den-

praecedentis syllabae.

3. ἡμῖν] Forsitan (Thirlb.) ὑμῖν.

4. μάννα] Manna angelorum cibum esse etiam Clemens Alex. Paedag. I. c. 6. §. 41 atque Tertullianus de carne Chr. c. 6 et adv. Iud. c. 3 docuere.

5. ἄρτον . . . ἔφαγον] Psalm. 77, 25.

6. ἀλλὰ μὴ πάντως τοῦτο ἐξακούειν] Maranus supplet particulam ὡς, quam antea posuit Iustinus. — De sententia cf. Iosephi Antiqq. iud. I. c. 12: δόξαν αὐτῷ παρέσχον ἐσθιόντων.

Σόδομα καὶ Γ…
καὶ κατέστ…
πάλιν …
ὁ …

NE. c. 57. a domino circuitu. existis, iii 193

ἂν περὶ οὐδενός, εἰ τροπολογίας ἔμμεν.
νατὸν καὶ ταῦτα οὕτω θεραπευθῆναι
ρ' ὃν [7] ἀναλώσαντας τὰ παρασκευασθένρωκέναι γεγραμμένον ἐστίν. Ὥστε ἔρχου
ν λόγον, πῶς [8] οὗτος ὁ τῷ Ἀβραὰμ ὀ-
της ὢν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θεοῦ, διὰ 280
;, ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς πᾶσιν, ὡς προέφης, ...

Κἀγώ· Συγχωρεῖ, ὦ Τρύφων, πρότερον, εἶπον, καὶ ἄλλας τινὰς ἀποδείξεις τῷ κεφαλαίῳ τούτῳ συναγαγεῖν διὰ πολλῶν, ἵνα καὶ ὑμεῖς πεπεισμένοι καὶ περὶ τούτου ἦτε, καὶ μετὰ τοῦτο ὃν ἀπαιτεῖς λόγον ἀποδώσω.

Κἀκεῖνος· Ὡς σοὶ δοκεῖ, ἔφη, πρᾶττε· καὶ ἐμοὶ γὰρ πάνυ ποθητὸν πρᾶγμα πράξεις.

58. Κἀγὼ εἶπον· Γραφὰς ὑμῖν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὐ κατασκευὴν λόγων ἐν μόνῃ τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω· οὐδὲ γὰρ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν, [1] ἀλλὰ χάρις παρὰ θεοῦ μόνη εἰς B
τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς αὐτοῦ ἐδόθη μοι, ἧς χάριτος καὶ πάντας κοινωνοὺς ἀμισθωτὶ καὶ ἀφθόνως παρακαλῶ γίνεσθαι, ὅπως μὴ καὶ τούτου χάριν κρίσιν ὀφλήσω [2] ἐν ᾗπερ μέλλει κρίσει διὰ τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων θεὸς ποιεῖσθαι.

Καὶ ὁ Τρύφων· Ἀξίως μὲν θεοσεβείας καὶ τοῦτο πράττεις· εἰρωνεύεσθαι δέ μοι δοκεῖς, λέγων δύναμιν λόγων τεχνικῶν μὴ κεκτῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν ἀπεκρινάμην· Ἐπεί σοι δοκεῖ [3] ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἐχέτω· ἐγὼ δὲ πέπεισμαι [4] ἀληθῶς εἶναι. Ἀλλ' ἵνα μᾶλ- C
λον τὰς ἀποδείξεις τὰς λοιπὰς ἤδη ποιήσωμαι, πρόσεχε τὸν νοῦν.

Κἀκεῖνος· Λέγε.

7. ἀναλώσαντας ... γεγραμμένον ἐστίν] Thirlb. coniecit ἀναλώσαντες ... γεγραμμένοι εἰσί.

8. οὗτος ὁ τῷ Ἀβρ. ὀφθεὶς θεός, καὶ ὑπηρέτης ὢν τοῦ ποιητοῦ] Haud male etiam sic distingui posset: οὗτος ὁ τῷ Ἀβρ. ὀφθείς, θεὸς καὶ ὑπηρέτης ὢν etc.. Sed vide c. 58. p. 280. C (n. 5).

1. ἀλλὰ χάρις παρὰ θεοῦ etc.] Cf. c. 7. p. 225. B (n. 8).

2. ἐν ᾗπερ μέλλει κρίσει] H. e.

tibus et maxillis mandentes ederint. Quare ne hic quidem ulla de re haerebimus, si vel parum tropologiae periti simus.

Et Trypho: Haec sic expediri possunt ut distinguatur edendi modus, quatenus consumtis quae ab Abrahamo praeparata fuerant eos edisse scriptum est. Quare iam aggredere ad id nobis explicandum, quomodo ille Abrahamo visus deus, qui et creatoris universorum dei minister est, per virginem genitus, homo similia omnibus perferens, ut iam dixisti, factus sit.

Ego vero: Permitte mihi prius, Trypho, inquam, etiam alia quaedam argumenta ad hoc caput pluribus demonstrandum colligere, ut et vobis id quoque exploratum sit: ac postea petitum a te sermonem reddam.

Tum ille: Fac, inquit, ut tibi videtur; mihi enim rem valde optatam facies.

58. Atque ego dixi: Scripturas vobis referam, non vero apparatum verborum ad solam artem ostentare volo; neque enim mihi facultas eiusmodi est, sed gratia tantum a deo mihi concessa ad scripturas eius intelligendas: cuius gratiae omnes adhortor ut gratis et copiose participes fiant, ne vel hac de causa condemner in iudicio quod creator universorum deus per dominum meum Iesum Christum facturus est.

Hic Trypho: Digne quidem pietate etiam hoc facis; sed mihi dissimulatione uti videris, quum te orationis artificiosae facultatem assecutum negas.

Rursus ego respondi: Quoniam haec ita se habere tibi videntur, ita habeant; mihi autem persuasum est verum esse. Sed ut iam reliquas potius demonstrationes persequar, animum adverte.

Et ille: Loquere.

ἐν τῇ κρίσει ἥνπερ μέλλει. Quare non necesse est cum Stephano (in editionis calce) et Arcerio κρίσιν legere.

3. ταῦτα] Thirlb. mallet τοῦτο, quo quidem non opus est.

4. ἀληθῶς εἶναι] H. e. *verum esse quod dixi*, scil. vi orationis artificiosae ipsum destitutum esse. Belle Thirlbius coniecit legendum ἄλλως εἶναι vel ἀληθῶς εἰπεῖν. Tamen nihil mutandum videtur.

Κἀγώ· Ὑπὸ Μωυσέως, ὦ ἀδελφοί, πάλιν γέγραπται, ἔλεγον, ὅτι οὗτος [5] ὁ ὀφθεὶς τοῖς πατριάρχαις λεγόμενος θεὸς καὶ [6] ἄγγελος καὶ κύριος λέγεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνῶτε αὐτὸν ὑπηρετοῦντα τῷ τῶν ὅλων πατρί, ὡς ἤδη συνέθεσθε, καὶ διὰ πλειόνων πεπεισμένοι βεβαίως μενεῖτε. Ἐξηγούμενος οὖν διὰ Μωυσέως ὁ λόγος τοῦ θεοῦ τὰ περὶ Ἰακώβ, τοῦ υἱωνοῦ τοῦ Ἀβραάμ, οὕτως φησί· [7] Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐκίσσων τὰ πρόβατα ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα, καὶ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὰ ἐν τῷ ὕπνῳ· καὶ ἰδοὺ οἱ τράγοι καὶ οἱ κριοί, ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, D
διάλευκοι καὶ ποικίλοι καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί. Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ καθ' ὕπνους· Ἰακώβ, Ἰακώβ. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Τί ἐστι, κύριε; Καὶ εἶπεν· Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου καὶ ἴδε τοὺς τράγους καὶ τοὺς κριοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διαλεύκους καὶ ποικίλους καὶ σποδοειδεῖς ῥαντούς· ἑώρακα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ. Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῷ τόπῳ θεοῦ, οὗ ἤλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην καὶ ηὔξω ἐκεῖ εὐχήν. Νῦν 260
οὖν [8] ἔξελθε καὶ ἀνάστηθι ἐκ τῆς γῆς ταύτης καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰακὼβ λέγων οὕτως φησίν· [9] Ἀναστὰς δὲ 281
τὴν νύκτα ἐκείνην ἔλαβε τὰς δύο γυναῖκας καὶ τὰς δύο παιδίσκας καὶ τὰ ἕνδεκα παιδία αὐτοῦ καὶ διέβη τὴν διάβασιν τοῦ Ἰαβώχ, καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς καὶ διέβη τὸν χειμάῤῥουν καὶ διεβίβασε πάντα τὰ αὐτοῦ. Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος· καὶ ἐπάλαιεν [10] ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. Εἶδε δὲ ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτόν, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν αὐ- B
τῷ· Ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐ μή σε ἀποστείλω, [11] ἂν μή με εὐλογήσῃς. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Τί τὸ

5. ὁ ὀφθεὶς ... θεὸς] Respicere videtur (Maran.) ad ipsius dei verba, quae non multo post sequuntur: Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι.

6. ἄγγελος καὶ κύριος] Sequitur: ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνῶτε αὐτὸν ὑπηρετοῦντα τῷ τ. ὅ. πατρί. Similiter paulo infra: ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ. Quapropter nostro loco ἄγγελος τοῦ κυρίου exspectaveris. Non tamen muto.

7. Καὶ ... σοῦ] Genes. 31, 10—13.

8. ἔξελθε καὶ ἀνάστηθι] Est prothysteron, quod (Thirlb.) fortasse

Tum ego: A Mose, aiebam, o fratres, rursus scriptum est ipsum illum, qui visus patriarchis deus dicitur, et angelum et dominum vocari, ut ex his etiam cognoscatis eum parenti universorum ministrare, quemadmodum iam assensi estis, et pluribus argumentis persuasum habere constanter pergetis. Referens igitur per Mosen effatum dei ea quae spectant Iacobum, nepotem Abrahami, ita loquitur: *Et factum est quando concipiebant oves in utero accipientes, ut viderem oculis eas in somnis; et ecce hirci et arietes, adscendentes super oves et capras, subalbi et varii et cineritii sparsi. Et dixit mihi angelus dei per somnum: Iacobe, Iacobe! Ego autem dixi: Quid est, domine? Et dixit: Respice oculis tuis et vide hircos et arietes adscendentes super oves et capras, subalbos et varios et cineritios sparsos; vidi enim quaecunque tibi Laban facit. Ego sum deus visus tibi in loco dei, ubi unxisti mihi titulum et vovisti votum. Nunc igitur exi et consurge de terra hac et abi in terram originis tuae, et ero tecum.* Atque iterum alio loco de eodem Iacobo loquens ita dicit. *Surgens autem nocte illa accepit duas uxores et duas ancillas et undecim liberos suos et transiit transitum Iacobi, et accepit eos et transiit torrentem et traduxit omnia sua. Remansit autem Iacobus solus: et luctatus est homo cum eo usque mane. Vidit autem se non valere adversus eum, et tetigit latitudinem femoris eius, et obtorpuit latitudo femoris Iacobi dum luctatur ipse cum eo. Et dixit ei: Dimitte me; adscendit enim diluculum. Ille vero dixit: Non te dimittam, nisi mihi benedixeris. Dixit autem ei: Quod nomen tuum est? Ille*

ex fabrica librariorum prodiit; ordo enim: ἀνάστηθι καὶ ἔξελθε.

9. Ἀναστὰς ... ψυχή μου] Genes. 32, 22—30.

0. ἄνθρωπος] Codd. msti et editi ἄγγελος. Sed ἄνθρωπος cum Bibliis legendum est. Hanc enim lectionem postulant ea quae exponuntur infra p. 281. E: θεὸς καὶ κύριος καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παλαίσας. Et c. 126: Μετὰ Ἰακὼβ ἄνθρωπος ἐπάλαιε. Facile autem errare poterant librarii in illis vocibus, quia breviter scriptae ad hunc modum, ἄνος ἄγος, simillimae sunt.

11. ἂν] Maranus ἐάν, ut LXX.

ὄνομά σού ἐστιν; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰακώβ. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Οὐ [12] κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Ἠρώτησε δὲ Ἰακὼβ καὶ εἶπεν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἶπεν· Ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Εἶδος θεοῦ· C
εἶδον γὰρ θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ [13] ἐχάρη ἡ ψυχή μου. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις [14] περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰακὼβ ἐξαγγέλλων 261
ταῦτά φησιν· [15] Ἦλθε δὲ Ἰακὼβ εἰς Λουζᾶ, ἥ ἐστιν εἰς γῆν Χαναάν, ἥ ἐστι Βαιθήλ, αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ λαός, ὃς ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Βαιθήλ· ἐκεῖ γὰρ ἐφάνη αὐτῷ ὁ θεὸς ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἡσαῦ. Ἀπέθανε δὲ Δεβόῤῥα, ἡ τροφὸς Ῥεβέκκας, καὶ ἐτάφη κατώτερω Βαιθὴλ ὑπὸ D
τὴν βάλανον, καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα αὐτῆς Βάλανον πένθους. Ὤφθη δὲ ὁ θεὸς τῷ Ἰακὼβ ἔτι ἐν Λουζᾷ, ὅτε παρεγένετο ἐκ Μεσοποταμίας τῆς Συρίας, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός· Τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ οὐ κληθήσεται ἔτι, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου. Θεὸς καλεῖται καὶ θεός ἐστι καὶ ἔσται.

Καὶ συννευσάντων ταῖς κεφαλαῖς ἁπάντων ἔφην ἐγώ· Καὶ τοὺς λόγους, οἳ ἀγγέλλουσι πῶς ὤφθη αὐτῷ, φεύγοντι τὸν ἀδελ- E
φὸν Ἡσαῦ, οὗτος καὶ ἄγγελος καὶ θεὸς καὶ κύριος, καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνδρὸς τῷ Ἀβραὰμ φανεὶς καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παλαίσας, ἀναγκαῖον εἶναι εἰπεῖν ὑμῖν λογιζόμενος λέγω. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· [16] Καὶ ἐξῆλθεν Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου καὶ ἐπορεύθη εἰς Χαράν. Καὶ ἀπήντησε τόπῳ καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ· ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος. Καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου καὶ ἔθηκε πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ καὶ ἐνυ- 262
πνιάσθη· καὶ ἰδοὺ κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ 282
ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτῆς, ὁ δὲ κύριος ἐστήρικτο ἐπ' αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι κύριος, ὁ θεὸς Ἀβραάμ, τοῦ πατρός σου, καὶ

12. κληθ.] Maranus κληθ. ἔτι, ut LXX.

13. ἐχάρη] Biblia et Martyr c. 126. p. 355. D. ἐσώθη, quod nostro etiam loco videtur legendum esse.

14. περὶ τοῦ etc.] Malit Thirl.

vero dixit: Iacobus. Et dixit ei: Non vocabitur nomen tuum Iacobus, sed Israel erit nomen tuum: quia invaluisti cum deo, et cum hominibus potens eris. Interrogavit autem Iacobus et dixit: Adnuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur interrogas nomen meum? Et benedixit ei istic. Et vocavit Iacobus nomen loci illius Visionem dei; vidi enim deum facie ad faciem, et gavisa est anima mea. Et iterum alibi de eodem Iacobo verba faciens haec dicit: *Venit autem Iacobus Luzam, quae est in terra Chananaea, quae est Bethel, ipse et omnis populus, qui erat cum eo. Et aedificavit ibi aram, et vocavit nomen loci illius Bethel: illic enim apparuit ei deus quum fugeret a facie fratris sui Esavi. Mortua autem est Debora, nutrix Rebeccae, et sepulta est infra Bethel sub quercu, et vocavit Iacobus nomen eius Quercum luctus. Apparuit autem deus Iacobo adhuc Luzae, quando advenit ex Mesopotamia Syriae, et benedixit ei. Et dixit ei deus: Nomen tuum iam non vocabitur Iacobus, sed Israel erit nomen tuum.* Deus vocatur et deus est et erit.

Et quum capite omnes annuissent, dixi ego: Etiam verba, quibus narratur quomodo apparuerit ei, fratrem Esavum fugienti, iste et angelus et deus et dominus, qui et in specie viri Abrahamo visus et in specie hominis cum ipso Iacobo luctatus est, necesse esse vobis referre arbitror. Sunt autem haec: *Et exiit Iacobus a puteo iuramenti et profectus est Charanem. Et venit ad locum et dormivit ibi; occiderat enim sol. Et sumsit ex lapidibus loci et posuit ad caput suum, et dormivit in loco illo et somniavit: et ecce scala stabilita in terra, cuius caput pertingebat ad coelum, et angeli dei adscendebant et descendebant in ea, dominus autem incumbebat super eam. Hic dixit: Ego sum dominus, deus Abrahami, patris tui, et Isaaci. Noli timere. Terra, in*

bius τὰ περὶ τοῦ etc.. 15. *Ἦλθε ... ὄνομά σου*] Genes. 35, 6—10.

16. *Καὶ ἐξῆλθεν ... πρότερον*] Genes. 28, 10—19.

Ἰσαάκ. Μὴ φοβοῦ. Ἡ γῆ, ἐφ' ἧς σὺ καθεύδεις ἐπ' αὐτῆς, σοὶ δώ-
σω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου· καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς ἡ
ἄμμος τῆς γῆς, καὶ πλατυνθήσεται εἰς θάλασσαν καὶ νότον καὶ
βοῤῥᾶν καὶ ἀνατολάς, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ B
τῆς γῆς καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ, διαφυ-
λάσσων σε ἐν ὁδῷ πάσῃ ᾗ ἂν πορευθῇς, καὶ ἀποστρέψω σε εἰς τὴν
γῆν ταύτην, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπω ἕως τοῦ ποιῆσαί με πάντα
ὅσα ἐλάλησά σοι. Καὶ ἐξηγέρθη Ἰακὼβ ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ
εἶπεν ὅτι Ἐστὶ κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν. Καὶ
ἐφοβήθη καὶ εἶπεν· Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος. Οὐκ ἔστι τοῦτο
[17] ἄλλ' ἢ οἶκος τοῦ θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ
ἀνέστη Ἰακὼβ τῷ πρωΐ, καὶ ἔλαβε τὸν λίθον ὃν ὑπέθηκεν ἐκεῖ C
πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην καὶ [18] ἐπέχεε τὸ
ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ
τόπου Οἶκος θεοῦ· καὶ Οὐλαμμάους ἦν τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ 263
πρότερον.

59. Καὶ ταῦτα εἰπών· Ἀνάσχεσθέ μου, ἔλεγον, καὶ ἀπὸ τῆς
βίβλου τῆς Ἐξόδου ἀποδεικνύοντος ὑμῖν, πῶς ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ
ἄγγελος καὶ θεὸς καὶ κύριος καὶ ἀνὴρ καὶ ἄνθρωπος, Ἀβραὰμ καὶ
[1] Ἰακὼβ φανείς, ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ βάτου πέφανται καὶ ὡμίλησε D
τῷ Μωυσεῖ. Κἀκείνων ἡδέως καὶ ἀκαμάτως καὶ προθύμως ἀκούειν
λεγόντων, ἐπέφερον· Ταῦτα δ' ἔστιν ἐν τῇ βίβλῳ ᾗ ἐπιγράφεται
Ἔξοδος· [2] Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας τὰς πολλὰς ἐκείνας ἐτελεύτησεν ὁ
βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔρ-
γων· καὶ τὰ λοιπὰ μέχρι τοῦ· Ἐλθὼν συνάγαγε τὴν γερουσίαν
Ἰσραήλ, καὶ [3] ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Κύριος, ὁ θεὸς τῶν πατέρων E
ὑμῶν, ὤφθη μοι, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς
Ἰακώβ, λέγων· Ἐπισκοπῇ ἐπισκέπτομαι ὑμᾶς καὶ ὅσα συμβέβηκεν
ὑμῖν ἐν Αἰγύπτῳ. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπέφερον· Ὦ ἄνδρες, νενοή-

17. ἄλλ' ἢ] Thirlbius et Maranus ἀλλ' ἢ dederunt.

18. ἐπέχεε τὸ ἔλαιον] Sunt qui fide et periculo suo legere iuberent ἐπεχεῖτο (vel ἐπεχέατο) ἔλαιον. Nos nihil mutamus. Biblia ἐπέχεεν ἔλαιον. *Thirlbius.* — Mox Maranus αὐτοῦ reposuit ex utroque cod. msto pro αὐτῆς, quod quidem in editis erat.

1. Ἰακὼβ] Codd. msti et editi Ἰσαάκ. At vero Iacobi nomen ob antecedentia in locum Isaaci substi-

qua tu dormis, tibi dabo eam et semini tuo: erit semen tuum sicut arena terrae, et dilatabitur ad mare et notum et boream et orientem, et benedicentur in te omnes tribus terrae et in semine tuo. Et ecce ego tecum, custodiens te in via omni quacunque ibis, et reducam te in terram hanc, quia te non derelinquam donec faciam omnia quaecunque locutus sum tibi. Et surrexit Iacobus de somno suo, et dixit: Dominus est in loco hoc, ego autem nesciebam. Et timuit et dixit: Quam terribilis est locus hic! Non est hoc aliud quam domus dei, et haec porta coeli. Et surrexit Iacobus mane, et sumsit lapidem quem supposuerat ibi ad caput suum, et statuit eum titulum et infudit oleum in cacumen eius. Et appellavit Iacobus nomen loci Domum dei: et Ulammaus erat nomen urbis antea.

59. Haec quum dixissem: Sustinete me, aiebam, ex libro etiam Exodi demonstrantem vobis, quomodo ipse ille et angelus et deus et dominus et vir et homo, qui Abrahamo et Iacobo visus est, in igne flammae ex rubo apparuerit et collocutus sit cum Mose. Atque illi quum lubenter et citra molestiam et alacriter se audire assererent, intuli: Exstant haec in eo libro qui inscribitur Exodus: *Sed post dies multos illos mortuus est rex Aegypti, et ingemuerunt filii Israelis ab operibus:* et reliqua usque ad illud: *Vadens congrega senatum Israelis, et dices ad eos: Dominus, deus patrum vestrorum, apparuit mihi, deus Abrahami et deus Isaaci et deus Iacobi, dicens: Visitatione visito vos et quaecunque accidere vobis in Aegypto.* Et ad haec adieci dicens: Intel-

tuendum esse iam Langus vidit. Atque mox c. 60. p. 283. A: ὁ ἀποδειχθεὶς ὑμῖν ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακώβ. Praeter alios locos comp. c. 56. p. 276. D. — Thirlbius mallet: ὡς ἀνὴρ καὶ ἄνθρωπος Ἀβραὰμ καὶ Ἰακὼβ φανείς. Nemo autem leget Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ.

2. Μετὰ ... ἔργων — Ἐλθὼν ... Αἰγύπτῳ] Exod. 2, 23; 3, 16.

3. ἱερεῖς] Stephanus mendose ἱερεῖς et Iebbius ἱερεῖς ἱερεῖς.

κατε, λέγων, ὅτι ὃν λέγει Μωυσῆς ἄγγελον ἐν πυρὶ φλογὸς λελαληκέναι αὐτῷ, οὗτος αὐτός, θεὸς ὤν, σημαίνει τῷ Μωυσεῖ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ;

60. Καὶ ὁ Τρύφων· Οὐ τοῦτο νοοῦμεν ἀπὸ τῶν λόγων τῶν προλελεγμένων, ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι ἄγγελος μὲν ἦν ὁ ὀφθεὶς ἐν φλογὶ πυρός, [1] θεὸς δὲ ὁ ὁμιλῶν τῷ Μωυσεῖ, ὥστε καὶ ἄγγελον καὶ θεόν, 283
δύο ὁμοῦ ὄντας, ἐν τῇ τότε ὀπτασίᾳ γεγενῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν ἀπεκρινάμην· Εἰ καὶ τοῦτο γέγονε τότε, ὦ φίλοι, ὡς καὶ ἄγγελον καὶ θεὸν ὁμοῦ ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τῇ τῷ Μωυσεῖ γενομένῃ ὑπάρξαι, [2] ὡς καὶ ἀποδέδεικται ὑμῖν διὰ τῶν προγεγραμμένων λόγων, οὐχ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων ἔσται θεὸς ὁ τῷ Μωυσεῖ εἰπὼν αὐτὸν εἶναι θεὸν Ἀβραὰμ καὶ θεὸν Ἰσαὰκ καὶ θεὸν Ἰακώβ, ἀλλ' ὁ ἀποδειχθεὶς ὑμῖν ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακώβ, τῇ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θελήσει ὑπηρετῶν καὶ ἐν τῇ κρίσει τῶν B
Σοδόμων τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁμοίως ὑπηρετήσας· ὥστε, κἄν, ὡς φατε, ἔχῃ ὅτι δύο ἦσαν, καὶ ἄγγελος καὶ θεός, οὐ τὸν ποιητὴν [3] τῶν ὅλων καὶ πατέρα, καταλιπόντα τὰ ὑπὲρ οὐρανὸν ἅπαντα, ἐν ὀλίγῳ γῆς μορίῳ πεφάνθαι πᾶς ὁστισοῦν, κἂν μικρὸν νοῦν ἔχων, τολμήσει εἰπεῖν.

Καὶ ὁ Τρύφων· Ἐπειδὴ ἤδη προαποδέδεικται ὅτι ὁ ὀφθεὶς τῷ Ἀβραὰμ θεὸς καὶ κύριος ὠνομασμένος ὑπὸ κυρίου τοῦ ἐν οὐρανοῖς λαβὼν τὰ ἐπαχθέντα τῇ Σοδόμων γῇ ἐπήγαγε, [4] καὶ νῦν, κἂν ἄγγελος ἦν σὺν τῷ φανέντι τῷ Μωυσεῖ [5] θεῷ γεγενημένος, C
[6] τὸν θεόν, τὸν ἀπὸ τῆς βάτου ὁμιλήσαντα τῷ Μωυσεῖ, οὐ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων θεὸν νοήσομεν γεγονέναι, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν καὶ τῷ Ἀβραὰμ [7] καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ ἀποδειχθέντα πεφανερῶ-

1. „θεὸς δὲ ὁ ὁμιλῶν τῷ Μωυσεῖ] Idem de Iudaeis in Apol. I. c. 63 legitur: Οἵτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρημένον ἐν τοῖς Μωυσέως συντάγμασι· Καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος τοῦ θεοῦ τῷ Μωυσεῖ etc., τὸν τῶν ὅλων πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν ταῦτα εἰπόντα λέγουσιν εἶναι.

2. ὡς καὶ ... λόγων] Haec verba Perionius et Langus contra mentem Iustini ad antecedentia referunt, ut verba οὐχ ὁ ποιητὴς etc. incipiant apodosin.

3. τῶν ὅλων] Codd. msti et editi τὸν ὅλων. Vide Apol. I. c. 13. n. 8.

4. καὶ νῦν, κἂν] Codd. msti et editi καὶ νῦν καί. Illud Maranus coniecit. „Liquet enim Tryphonem hic Iustino assentiri et ad praece-

ligitis, o viri, quem Moses affirmat angelum in igne flammae secum collocutum esse, eum ipsum, quum deus sit, declarare Mosi se esse deum Abrahami et Isaaci et Iacobi?

60. Atque Trypho: Non hoc, inquiebat, intelligimus ex verbis a te recitatis, sed angelum quidem fuisse eum qui visus est in igne flammae, deum autem cum Mose collocutum esse, ita ut et angelus et deus, quippe duo simul, in hac tum visione exstiterint.

Tum ego rursus respondi: Etiamsi id tum, o amici, factum esset ut et angelus et deus simul in visione Mosi oblata exsisterent, tamen, ut vobis per verba antea scripta demonstratum est, non creator universorum deus is erit qui Mosi dixit se deum esse Abrahami et deum Isaaci et deum Iacobi, sed is quem Abrahamo et Iacobo apparuisse et creatoris universorum voluntati ministrare eiusque consilio pariter in Sodomorum iudicio ministrasse demonstratum vobis est: ita ut, etiamsi, ut dicitis, duo fuerint, et angelus et deus, nemo tamen, cui vel nimium mentis est, creatorem universorum et parentem, relictis omnibus supercoelestibus, in parva terrae particula visum esse audeat dicere.

Ac Trypho: Quandoquidem iam antea demonstratum est eum qui visus Abrahamo deus ac dominus vocatur a domino qui in coelis est accepisse quae terrae Sodomorum inflixit, nunc quoque, etiamsi angelus adfuisset cum deo qui Mosi apparuit, deum, qui ex rubo collocutus est cum Mose, non creatorem universorum deum intelligemus fuisse, sed illum quem et Abrahamo et Isaaco et Iacobo apparuisse demon-

dentia illius verba respicere. Quare dicere non potuit: *et nunc etiam angelus erat deus cum eo qui apparuit Mosi*. Non enim id dixerat Iustinus, sed tantum: *etiamsi angelus et deus simul essent*." Exemplum voculae καὶ et κἂν confusae c. 22. n. 17 habes.

5. θεῷ] Hoc a Marano coniectatum (antea ἄγγελον καὶ θεόν) textui fidenter inserui pro vulg. θεός, quod ortum duxit a sequenti casu nominativo γεγεννημένος. Sylburgius voluit legi καὶ θεὸς γεγ. et Thirlbius θεὸς γεγραμμένος.

6. τὸν θεόν] Articulum Maranus praefixit ex codd. mstis.

7. καὶ τῷ 'Ισαάκ] Genes. 26, 2 (24): Ὤφθη δὲ αὐτῷ (τῷ 'Ισαάκ) κύριος. Quamquam forte non

σθαι, ὃς καὶ ἄγγελος τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ θεοῦ καλεῖται καὶ νοεῖται εἶναι ἐκ τοῦ διαγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων.

Κἀγὼ πάλιν· Ἤδη μέντοι, ὦ Τρύφων, ἀποδείξω ὅτι πρὸς D
τῇ Μωυσέως ὀπτασίᾳ αὐτὸς οὗτος μόνος, καὶ ἄγγελος καλούμενος καὶ θεὸς ὑπάρχων, ὤφθη καὶ προσωμίλησε τῷ Μωυσεῖ. Οὕτως γὰρ ἔφη ὁ λόγος· [8]Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ βάτου· καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί, ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο. Ὁ δὲ Μωυσῆς εἶπε· Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα, ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. Ὡς δ' εἶδε κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν κύριος ἐκ τῆς βάτου. Ὃν οὖν τρό- E
πον τὸν τῷ Ἰακὼβ ὀφθέντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἄγγελον ὁ λόγος λέγει, εἶτα αὐτὸν τὸν ὀφθέντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἄγγελον εἰρηκέναι αὐτῷ, ὅτι [9]Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ὅτε ἀπεδίδρασκες ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐν τῇ κρίσει τῶν Σοδόμων κύριον παρὰ κυρίου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν κρίσιν ἐπενηνοχέναι ἔφη, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ λόγος, 284
λέγων ἄγγελον κυρίου ὦφθαι τῷ Μωυσεῖ καὶ μετέπειτα κύριον αὐτὸν ὄντα καὶ θεὸν σημαίνων, τὸν αὐτὸν λέγει ὃν καὶ διὰ πολλῶν 266
τῶν λελεγμένων ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον θεῷ, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι, σημαίνει.

61. Μαρτύριον δὲ καὶ ἄλλο ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφην, ἀπὸ τῶν γραφῶν δώσω, ὅτι [1]ἀρχὴν πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων ὁ θεὸς γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικήν, ἥτις καὶ δόξα κυρίου ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου καλεῖται, ποτὲ δὲ υἱός, ποτὲ δὲ σο- B
φία, ποτὲ δὲ ἄγγελος, ποτὲ δὲ θεός, ποτὲ δὲ κύριος καὶ λόγος, ποτὲ δὲ [2]ἀρχιστράτηγον ἑαυτὸν λέγει, ἐν ἀνθρώπου μορφῇ φανέντα

Trypho sed librarius secundum istum patriarcham addidit. Certe neutiquam supra demonstratum est deum Isaaco apparuisse. Cf. c. 59. n. 1.

8. Ὤφθη ... βάτου] Exod. 3, 2—4.

9. Ἐγώ ... σου] Coll. Genes. 31, 13 et 35, 1. 7.

1. ἀρχὴν πρὸ πάντων] Reddendum non duxi: *initio ante omnia* [Langus: *primitus ante creaturas omnes:* tum scribendum erat τὴν ἀρχήν], sed: *principium* [vern. *als Princip des Seins*] *ante omnia.* — Non solus hunc scripturae locum [Proverb. 8, 22] ita accepit Iustinus. Aquila pro hac voce posuit κεφάλαιον. Tatianus Orat. c. Gr. c. 5 de hac Filii seu Verbi generatione sic

stratum est, qui etiam universorum creatoris dei angelus vocatur et esse intelligitur quia nuntiat hominibus mandata a patre et creatore universorum.

Tum ego rursus: Iam sane, Trypho, demonstrabo in Mosis visione ipsum illum solum, qui et angelus vocatur et deus est, apparuisse Mosi et cum eo collocutum esse. Sic enim aiebat effatum: *Apparuit autem ei angelus domini in igne flammae ex rubo; et videt rubum ardere igne, rubus vero non comburebatur. Moses autem dixit: Vadens videbo visionem hanc magnam, quod non comburitur rubus. Quum autem cerneret dominus eum accedere ad videndum, vocavit eum dominus ex rubo.* Quemadmodum igitur effatum eum qui Iacobo in somnis apparuit angelum appellat, deinde eum ipsum qui in somnis apparuit angelum ipsi dixisse ait: *Ego sum deus visus tibi quum fugeres a facie Esavi fratris tui*, et Abrahami tempore in iudicio Sodomorum dominum a domino in coelis iudicium intulisse dixit: ita et hic effatum, angelum domini Mosi apparuisse referens ac postea dominum eum et deum esse declarans, eumdem designat quem pluribus etiam testimoniis iam allatis ministrare deo supermundano, supra quem alius non est, significat.

61. Alio etiam vobis, o amici, ex scripturis testimonio demonstrabo deum ante omnes res creatas principium genuisse ex seipso virtutem quamdam rationalem, quae quidem etiam gloria domini a spiritu sancto vocatur, nunc autem filius, nunc sapientia, nunc angelus, nunc deus, nunc dominus et logos, interdum etiam archiducem se ipso appellat, in hominis forma Iesu

loquitur: Τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. Athenagoras Apol. c. 10 eodem sensu hanc vocem accepit. Origenes in Ioann. p. 17 ex hoc Salomonis loco probat Verbum esse ἀρχὴν γενέσεως. Hoc testimonium eodem ac Iustinus sensu intellexit Tertullianus, qui et eodem modo adv. Hermogenem c. 18 et adv. Praxean c. 7 illud citat: *Dominus condidit me initium viarum.* Ita etiam citat Irenaeus adv. haeres. IV. c. 20. §. 3. *Maranus.* — Caeterum generatio, de qua Martyr loquitur, hic quoque ea est quam logo ad mundi creationem prodeunti constanter attribuere solet. Vid. Apol. II. c. 6. n. 4.

2. ἀρχιστράτηγον ἑαυτὸν λέγει] Sc. ὁ λόγος. Cf. Ios. 5, 13. 14.

τῷ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ· [3] ἔχει γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι καὶ ἐκ τοῦ ἀπὸ τοῦ πατρὸς θελήσει [4] γεγενῆσθαι. [5] Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον ὁποῖον καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενον ὁρῶμεν; [6] Λόγον γάρ τινα προβάλλοντες, λόγον γεννῶμεν, οὐ κατ' ἀποτομήν, ὡς ἐλαττωθῆναι τὸν ἐν ἡμῖν λόγον, προβαλ- C
λόμενοι. Καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν ἄλλο γινόμενον, οὐκ ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἡ ἄναψις γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ μένοντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀναφθὲν καὶ αὐτὸ ὂν φαίνεται, οὐκ ἐλαττῶσαν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἀνήφθη. Μαρτυρήσει δέ μοι ὁ λόγος τῆς σοφίας, αὐτὸς ὢν οὗτος ὁ θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων γεννηθείς, καὶ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις καὶ δόξα τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων, καὶ διὰ Σολομῶνος [7] φήσαντος ταῦτα· [8] Ἐὰν

3. ἔχει] Sic edidi pro ἔχειν, quod vulgo mendose legitur. Cf. c. 54. n. 5. — Mox pro πάντα legendum videtur ταῦτα aut πάντα ταῦτα. Non muto, ferri quum possit lectio vulgaris.

4. γεγενῆσθαι] H. e.: *quod ... natus sit*. Apol. I. c. 63: διὰ θελήματος θεοῦ ... ἄνθρωπος γενόμενος. Itaque non opus est scriptura γεγεννῆσθαι (Thirlb.), licet paulo post dicatur λόγον γεννῶμεν. Vide c. 23. n. 6.

5. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον] Scil. ratio qua deus logon (δύναμιν λογικήν) ex se genuit: logi enim generatione pater non est imminutus, h. e. ipse non factus est ἄλογος nec quidquam mutationis aut detrimenti cepit. Ista autem verba Langus eiecit; reddidit enim: *Qualem generationem in nobis quoque quodam videmus fieri modo*. Aeque Thirlbio, Marano (hic vertit: *Quale est quod in nobis fieri videmus*), interpreti Campidonensi, Coelnio (*Münscher's Lehrb. d. christl. Dogmengesch.* ed. 3. P. I. p. 170), Langio (in *Roehrii Krit. Pred. Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. 6. p. 994) iniecta videntur esse ab indocto homine, quem, ut Thirlbianis verbis utar, „sollicitum atque occupatum habuit cura ὀρθοδοξίας." Nec viris doctis omnino repugnaverim; nam verbis Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον deletis belle legitur: Ὁποῖον καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενον ὁρῶμεν — et egregie quadrat quod sequitur: Καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν ἄλλο γινόμενον. Nimirum male scribitur vulgo: Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον ... ὁρῶμεν. Λόγον etc. h. e. *Non tale est quale ... videmus*. Sic sane, ut nemo non videt, mens Iustini plane pervertitur. Qui quidem ad hunc locum revocans c. 128 haecce profert: ... εἰπὼν τὴν δύναμιν ταύτην γεγεννῆσθαι ἀπὸ τοῦ πατρός, δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐ κατ' ἀποτομήν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα οὐ τὰ αὐτά ἐστιν ἃ καὶ πρὶν τμηθῆναι etc.. Verum enim vero nondum ausus sum tria ista verba expungere, sed interpunctione locum sanare studui, ita

Navae filio apparens; habet enim omnes appellationes ex eo quod et patris voluntati ministret et voluntate ex patre ortus sit. Nonne vero hoc tale est quale etiam in nobis fieri videmus? Aliquem enim sermonem proferentes, sermonem gignimus, non tamen cum abscissione, ita ut ille sermo qui in nobis est imminuatur, dum eum proferimus. Quale est etiam quod videmus in igne alium ignem fieri, non imminuto illo ex quo accensus est, sed in eodem statu manente, et qui ex eo accensus est etiam ipse exsistens apparet, neque illum imminuit ex quo accensus est. Testis mihi erit logos sapientiae, qui ipse est iste deus ex patre universorum genitus, qui etiam logos et sapientia et virtus et gloria genitoris est, per Salomonem

quidem, post *ὁρῶμεν* ut collocarem signum interrogandi, id quod iam Iebbius suasit. Aliis fortasse placet legere *'Αλλ' οὖν τοιοῦτον* (vide c. 19. n. 9) aut *'Αλλ' οὐ κατ' ἀποτομήν* (vide verba ex c. 128 allegata). — Dein *γινόμενον* pro vulg. *γενόμενον* reposui.

6. *Λόγον γάρ τινα προβ.* etc.] Utramque magistri sui similitudinem Tatianus Orat. c. Gent. c. 5 mutuatus est. Adde Tertullian. Apolog. c. 21, adv. Prax. c. 8, Lactant. Institt. div. IV. c. 29. Improbat huiuscemodi analogias Irenaeus adv. haeres. II. c. 18. p. 130 sqq. ed. Mass.. — Inest autem in graeca dictione acumen quoddam, quod latine reddi nequit. Nempe *λόγος* non modo sermonem sonat, verum etiam rationem. Comp. c. 8. n. 5. Roesslerus (*Biblioth. der Kirchenväter* P. I. p. 161 sq.): *Denn wenn wir ein [vernünftiges] Wort ausstossen, so erzeugen wir Vernunft, ohne dass uns etwas genommen oder die Vernunft [Denkkraft] in uns gemindert würde.*

7. *φήσαντος ταῦτα*] Legere mallem *φήσας ταῦτα* referendo ad *λόγος*. Sed tamen quominus vulgatam lectionem immutem, hac retineor ratione, quod similia videam apud Iustinum exempla. Non multo post, nempe c. 62, legimus: *τοῦτ' αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐγεγέννητο ... καὶ δι' ἀποκαλύψεως τῆς γεγενημένης Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ τοῦτο αὐτὸ εἰπόντος.* Et c. 63: *οὐ σημαίνει ὑμῖν ὅτι ἄνωθεν καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων γεννᾶσθαι αὐτὸν ἔμελλε; καὶ ἐν ἑτέροις εἰπών* etc.. Vide c. 118 sub finem, ubi pariter deus narrasse dicitur secundam circumcisionem a Iosua per gladios lapideos peractam fuisse. Ex quo patet Iustinum deo patri non ea solum scripturae testimonia, in quibus pater loquitur, sed alia etiam interdum attribuere. Non videtur ergo mutandum illud *φήσαντος*, cum satis commode ad deum patrem [antea: *τοῦ γεννήσαντος*] referri possit. Vide c. 91 initio. *Maranus.*

8. *'Εὰν ... θάνατον*] Proverb. 8, 21—36.

ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶ- D
νος ἀριθμῆσαι. Κύριος ἔκτισέ με [9] ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐ-
τοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν
ποιῆσαι καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ τὰς πηγὰς
προελθεῖν τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ τὰ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάν-
των τῶν βουνῶν γεννᾷ με. Ὁ θεὸς ἐποίησε χώραν καὶ ἀοίκητον
καὶ ἄκρα οἰκούμενα ὑπ' οὐρανόν. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανόν, E
συμπαρήμην αὐτῷ· καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν αὐτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέ-
μων, ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐποίει
πηγὰς ἀβύσσου, ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην
παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ
εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, [10] ὅτι εὐφραίνε-
το τὴν οἰκουμένην συντελέσας καὶ εὐφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. 285
Νῦν οὖν, υἱέ, ἄκουέ μου. Μακάριος ἀνὴρ ὃς εἰσακούσεταί μου,
καὶ ἄνθρωπος ὃς τὰς ὁδούς μου φυλάξει, [11] ἀγρυπνῶν ἐπ' ἐμαῖς
θύραις καθ' ἡμέραν, τηρῶν σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων· αἱ γὰρ ἔξο-
δοί μου ἔξοδοι ζωῆς, καὶ ἡτοίμασται θέλησις παρὰ κυρίου. Οἱ δὲ
εἰς ἐμὲ ἁμαρτάνοντες ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, καὶ οἱ
μισοῦντές με ἀγαπῶσι θάνατον.

62. Καὶ τοῦτο αὐτό, ὦ φίλοι, εἶπε καὶ διὰ Μωυσέως ὁ τοῦ
θεοῦ λόγος, μηνύων ἡμῖν, [1] ὃν ἐδήλωσε, τὸν θεὸν λέγειν τούτῳ
αὐτῷ τῷ [2] νοήματι ἐπὶ τῆς ποιήσεως τοῦ ἀνθρώπου, λέγων ταῦτα·
[3] Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· B
καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ
οὐρανοῦ καὶ τῶν κτηνῶν καὶ πάσης τῆς γῆς καὶ πάντων τῶν
ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄν-
θρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίη-

9. ἀρχὴν ὁδῶν] Codd. msti et editi ἀρχήν, ὁδὸν etc.. At vero (Maran.) vix dubium est quin Martyr scripserit ὁδῶν, quod in Bibliis exstat. Nam eamdem scripturam c. 129. p. 359. A. praebet, et Christum ἀρχὴν quidem ac σοφίαν a Salomone appellari observat, ὁδὸν vero appellari non dicit.

10. ὅτι] Fortasse (Thirlb.) legendum est ὅτε cum Septuaginta. Non muto.

11. ἀγρυπνῶν] Codd. msti et editi ὑπνῶν, quod scriba induxit dormiens.

1. ὃν ἐδήλωσε] Indicatur logos, de quo paulo ante effatum divinum (per Salomonem) egerat.

quoque haec locuti: *Si adnuntiavero vobis quae quotidie fiunt, quae a saeculo sunt memorans recensebo. Dominus condidit me initium viarum suarum ad opera sua. Ante saeculum fundavit me, in principio, antequam terram faceret et antequam abyssos faceret, antequam fontes prodirent aquarum, antequam montes stabilirentur: ante omnes colles generat me. Deus fecit regionem et solitudinem et summa loca quae incoluntur sub coelo. Quum pararet coelum, eram cum eo; et quum designaret suum thronum super ventis, quum firmas faceret summas nubes et quum stabiles faceret fontes abyssi, quum firma faceret fundamenta terrae: eram apud eum componens. Ego eram quacum gaudebat; quotidie autem laetabar in conspectu eius quovis tempore, quoniam delectabatur orbe habitabili consummato et delectabatur in filiis hominum. Nunc igitur, fili, audi me. Beatus vir qui exaudiet me, et homo qui vias meas custodiet, vigilans ad meas fores quotidie, servans postes mei introitus; exitus enim mei sunt exitus vitae, et praeparata est voluntas a domino. Qui vero in me peccant impii sunt in suas ipsorum animas: et qui oderunt me diligunt mortem.*

62. Et hoc ipsum, o amici, per Mosen quoque locutum est divinum effatum, indicans nobis deum ad eum, quem demonstravit, in eamdem sententiam dicere in creatione hominis, — haec praedicans: *Faciamus hominem secundum imaginem nostram et secundum similitudinem: et habeant principatum piscium maris et volatilium coeli et pecorum et omnis terrae et omnium reptilium repentium super terram. Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum: masculum et feminam*

Maranus vero illud ὃν ἐδήλωσε ad Mosen refert supplendo ἀρχήν (*principium*), ut Genes. 1, 1 verbis ἐν ἀρχῇ designetur logos. Quid? Non dubito fore plerosque qui Iustinum ὃν ἐδήλωσα scripsisse putent. καὶ τούτῳ ὁ πατὴρ προσομιλεῖ, ὡς ὁ λόγος διὰ τοῦ Σολομῶνος ἐδήλωσεν, ὅτι ... καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐγεγέννητο. Similiter c. 129. p. 359. B. Non muto, quum tolerari possit vulgaris scriptura.

2. νοήματι] Thirlbius coniecit γεννήματι. Paulo infra enim: ἀπὸ τοῦ πατρὸς προβληθὲν γέννημα ...

3. Ποιήσωμεν ... αὐτῆς] Genes. 1, 26 — 28.

σεν αὐτούς. Καὶ εὐλόγησεν ὁ θεὸς αὐτοὺς λέγων· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Καὶ ὅπως μή, [4]ἀλλάσσοντες τοὺς προλελεγμένους λόγους, ἐκεῖνα λέγητε ἃ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν λέγουσιν, ἢ ὅτι πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν ὁ θεὸς Ποιήσωμεν, ὁποῖον καὶ ἡμεῖς μέλλοντές τι ποιεῖν πολλάκις C πρὸς ἑαυτοὺς λέγομεν Ποιήσωμεν, [5]ἢ ὅτι πρὸς τὰ στοιχεῖα, τουτέστι τὴν γῆν καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως, ἐξ ὧν νοοῦμεν τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, θεὸν εἰρηκέναι Ποιήσωμεν, λόγους τοὺς εἰρημένους ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μωυσέως πάλιν ἱστορήσω, ἐξ ὧν ἀναμφιλέκτως πρός τινα, καὶ ἀριθμῷ ὄντα ἕτερον [6]καὶ λογικὸν ὑπάρχοντα, ὡμιληκέναι αὐτὸν ἐπιγνῶναι ἔχομεν. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· [7]Καὶ εἶπεν ὁ θεός· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. [8]Οὐκοῦν εἰπὼν Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, καὶ ἀριθμὸν τῶν ἀλλήλοις συνόντων, καὶ τὸ ἐλάχιστον δύο μεμήνυκεν. Οὐ D γάρ, ὅπερ ἡ [9]παρ' ὑμῖν λεγομένη αἵρεσις δογματίζει, φαίην ἂν ἐγὼ ἀληθὲς εἶναι, ἢ οἱ ἐκείνης διδάσκαλοι ἀποδεῖξαι δύνανται, ὅτι ἀγγέλοις ἔλεγεν, ἢ ὅτι ἀγγέλων ποίημα ἦν τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον. Ἀλλὰ τοῦτο [10]τὸ τῷ ὄντι ἀπὸ τοῦ πατρὸς προβληθὲν γέννημα πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων συνῆν τῷ πατρί, καὶ τούτῳ ὁ πατὴρ [11]προσομιλεῖ, ὡς ὁ λόγος διὰ τοῦ Σολομῶνος ἐδήλωσεν, ὅτι καὶ

4. *ἀλλάσσοντες*] Mallet Thirlb. *ἀλύσκοντες*: *effugientes*. Sed hoc ne ipsi quidem penitus placet.

5. *ἢ ὅτι . . . θεὸν εἰρηκέναι*] Exspectabas: ... *θεὸς εἴρηκε*. Et hoc legi iubet Thirlbius, librarium existimans mutasse ob verba proxime antecedentia *ἄνθρωπον γεγονέναι*. Idem Maranus censet, nisi quis *ὅτι* deleri velit. At nihil vero corrigendum. Nam particulam *ὅτι* hîc accusativus cum infinitivo sequitur, quod quidem fit propter sententiam interiectam: *τουτέστι...γεγονέναι*. Vide c. 45. n. 4.

6. *καὶ λογικὸν*] In codd. mstis et editis *καὶ* non legitur. Sed, ut Thirlbii utar verbis, „cum duas hîc opiniones, quas modo recitaverat, oppugnet Iustinus atque alteri opponat *ἀριθμῷ ὄντα ἕτερον*, alteri *λογικὸν ὑπάρχοντα*, dubitari non potest quin legendum sit *καὶ λογικὸν ὑπάρχοντα*. Quid quod et ipsa particula *καί*, alteri membro praefixa, quamvis apud Iustinum saepissime redundet, sociam hîc reposcere videtur.“ Itaque reposui.

7. *Καὶ ... πονηρόν*] Genes. 3, 22.

8. *Οὐκοῦν*] Sylburg., Morell., Iebb., Maran. interrogative *Οὐκ οὖν*, citra codd. mstorum auctoritatem. — Pro *μεμήνυκεν* Stephan. et Iebb. mendose *μεμήνυσεν*.

9. *παρ' ὑμῖν*] Legendum pronuntiat Thirlbius *παρ' ἡμῖν*, quia haeretici ex Iudaeis orti, nempe Sa-

fecit eos. *Et benedixit iis deus dicens: Crescite et multiplicamini et replete terram et dominamini ei.* Et ne, immutantes allata a me verba, ista dicatis quae magistri vestri dicunt, vel ad se ipsum dixisse deum *Faciamus*, quemadmodum et nos aliquid facturi saepe ad nos ipsos dicimus *Faciamus*, vel ad elementa, hoc est terram et caetera similiter, ex quibus hominem factum intelligimus, deum dixisse *Faciamus* —: dicta ab eodem Mose prolata rursus afferam, ex quibus sine ulla dubitatione eum cum aliquo, qui et numero alius sit et rationalis exsistat, collocutum esse cognoscere possumus. Sunt autem verba haec: *Et dixit deus: Ecce Adamus factus est tamquam unus ex nobis, ut sciat bonum et malum.* Dum ergo dicit *Tamquam unus ex nobis*, et numerum eorum qui inter se coniuncti sint, et saltem duos declaravit. Neque enim, quod quae apud vos dicitur haeresis decernit, id ego verum esse existimaverim, aut eius magistri id demonstrare possint, nempe angelos eum allocutum, aut angelorum opus esse corpus humanum. Sed haec revera ex patre prolata progenies ante omnes res creatas una erat cum patre, et cum ea pater colloquitur: prout effatum per Salomonem declaravit, hanc

turninus et Menander et Marcus, hominem angelorum opus esse dixerunt, ut videre est apud Irenaeum adv. haeres. I. c. 24. §. 1 et Tertullianum de resurr. carnis c. 5 et de anima c. 23. Sed huic sententiae multa reclamant: 1°. Suas habuere haereses Iudaei, quae nostris haeresibus, inprimis Menandro et Saturnino, multa suppeditarunt. 2°. Secta, quam hic refellit Iustinus, statuebat deum dixisse angelis: *Faciamus* etc.. At ipsi angeli, prout fingebant Menander et Saturninus, „adhortati sunt semetipsos, dicentes: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem*" (Iren. l. c.). 3°. Vox illa διδάσκαλοι Rabbinis optime convenit. Sic eos pluribus locis appellat Iustinus. 4°. Magistri illi non aliam ob causam videntur illud „*Faciamus*" angelis dictum finxisse, nisi ut testimonium eraderent, quo personae divinae demonstrantur. Hac autem nota Iudaeos facile agnosco, nequaquam vero Saturninum et Marcum. *Maranus.* — Pearsonus quoque παρ' ἡμῖν coniecit, Marcionitas existimans designatos esse.

10. τὸ ... προβληθὲν γέννημα ... συνῆν τῷ πατρί] Verba πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων ad συνῆν referas. Opponuntur autem sibi συνεῖναι et προβάλλεσθαι: λόγος ἐνδιάθετος et προφορικός. Periter Apol. II. c. 6: συνὼν καὶ γεννώμενος, ubi n. 4 legas.

11. προσομιλεῖ] Nempe Genes.

[12] ἀρχὴ πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων τοῦτο αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐγεγέννητο, ὃ σοφία διὰ Σολομῶνος καλεῖται, καὶ δι' ἀποκαλύψεως τῆς γεγενημένης Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ τοῦτο αὐτὸ 286
[13] εἰπόντος. Ἵνα δὲ καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ὑμῖν γένηται ὃ λέγω, ἀκούσατε καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ βιβλίου Ἰησοῦ. Ἔστι δὲ ταῦτα· [14] Καὶ ἐγένετο ὡς ἦν Ἰησοῦς ἐν Ἱεριχώ, ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ ἄνθρωπον ἑστηκότα κατέναντι [15] αὐτοῦ. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἡμέτερος εἶ ἢ τῶν ὑπεναντίων; Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως κυρίου, νῦν παραγέγονα. Καὶ Ἰησοῦς ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Δέσποτα, τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; Καὶ λέγει ὁ ἀρχιστράτηγος κυρίου B
πρὸς Ἰησοῦν· Λῦσαι τὰ ὑποδήματα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος, ἐφ' οὗ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. Καὶ ἡ Ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη ἦν καὶ ὠχυρωμένη, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῆς [16] ἐξεπορεύετο. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἰησοῦν· Ἰδοὺ παραδίδωμί σοι τὴν Ἱεριχὼ ὑποχείριον καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς τὸν ἐν αὐτῇ, δυνατοὺς ὄντας ἰσχύϊ.

63. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἰσχυρῶς καὶ διὰ πολλῶν δείκνυταί σοι τοῦτο, φίλε, ἔφη. Λοιπὸν οὖν καὶ ὅτι οὗτος διὰ τῆς παρθένου ἄνθρωπος γεννηθῆναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βούλησιν ὑπέμεινεν, ἀπόδειξον, καὶ σταυρωθῆναι καὶ [1] ἀποθανεῖν· δῆλον δὲ καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα ἀναστὰς ἀνελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανόν, ἀπόδειξον. C

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Ἤδη καὶ τοῦτο ἀποδέδεικταί μοι, ὦ ἄνδρες, ἐν τοῖς προανιστορημένοις λόγοις τῶν [2] προφητειῶν, οὓς δι' ὑμᾶς πάλιν ἀναμιμνησκόμενος καὶ ἐξηγούμενος πειράσομαι καὶ

1, 26 (n. 3) et 3, 22 (n. 7). Iebbius praeeunte Grabio mallet προσομίλει. Mutatio neutiquam necessaria.

12. ἀρχὴ] Grabius (Annott. ad Bulli defensionem fidei Nic. c. 2. §. 1), Iebbius, Thirlbius legendum existimarunt ἀρχήν: *initio*. Male. Adeas c. 61. n. 1. Supervacaneae quoque sunt Thirlbii coniecturae: τοῦτο τὸ γέννημα vel τοῦτ' αὐτὸ γέννημα vel τοῦτ' αὐτὸ τὸ γέννημα — pro τοῦτο αὐτὸ καὶ γέννημα. Videlicet καὶ non debet deesse.

13. εἰπόντος] Hunc genitivum ad τοῦ θεοῦ referas. Vide c. 61. n. 7. Frustra igitur Sylburgius εἴρηται legi voluit vel simile quid; frustra etiam Thirlbius opinatur quidquam intercidisse. — In codd. mstis autem et editis ante τοῦτο αὐτὸ incommode exstat εἶπον. Est aperta emendatoris coniectura (pro genitivo εἰπόντος non intellecto), quae posthac a librario (participio εἰπὸν mutato in εἶπον) in textum importata est: quare eieci.

ipsam, quae sapientia a Salomone dicitur, et principium ante omnes res creatas et progeniem a deo genitam esse, qui idem etiam per revelationem docet Iesu Navae filio factam. Ut autem inde quoque perspicuum vobis fiat quod assero, audite etiam verba ex libro Iesu depromta. Sunt haec: *Et factum est quum esset Iesus Ierichunte, respiciens oculis videt hominem ex adverso sibi stantem. Et accedens Iesus dixit ei: Noster es an adversariorum? Et dixit ei: Ego sum archidux virtutis domini: nunc adveni. Et Iesus cecidit in faciem super terram, et dixit ei: Domine, quid praecipis tuo famulo? Et ait archidux domini ad Iesum: Solve calceamenta pedum tuorum; nam locus, in quo stas, terra sancta est. Et Iericho clausa erat ac munita, et nemo ex ea prodibat. Et dixit dominus ad Iesum: Ecce trado tibi Ierichuntem subiugatam et regem eius qui in ea est, potentes viros fortitudine.*

63. Tum Trypho: Praevalide ac pluribus, inquit, amice, id a te demonstratum est. Quod igitur superest, eum per virginem hominem de patris sui voluntate nasci et crucifigi et mori sustinuisse, videlicet postea etiam resurrexisse et in coelum adscendisse, fac ut demonstres.

Atque ego respondi: Iam et hoc a me demonstratum est, o viri, in dictis prophetiarum antea commemoratis, quae vestra causa iterum referens et explicans operum dabo ut etiam

14. *Καὶ . . . ἰσχύϊ*] Ios. 5, 13 — 6, 2.

15. *αὐτοῦ*] Biblia *αὐτοῦ καὶ ἡ ῥομφαία ἐσπασμένη ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ*. Verba omissa esse videntur a librario, cui errandi dedit occasionem repetitum *αὐτοῦ*.

16. *ἐξεπορεύετο*] Fortasse interierunt verba *οὐδὲ εἰσεπορεύετο* (in causa esse potest duplex — *ἐπορεύετο*), quae apud Septuaginta adduntur.

1. *ἀποθανεῖν· δῆλον δὲ καὶ*] Scribendum Thirlbius coniecit *ἀποθανεῖν δηλαδή, καὶ* —. Forsan ex levissima mutatione refingendum *ἀποθανεῖν· δήλον δὲ καὶ* — ita ut in fine commatii eiiciendum sit *ἀπόδειξον*, quod quidem — in margine (ad illud *δήλον*) adnotatum — in orationem obrepserit.

2. *προφητειῶν*] Melius legeretur *προφητῶν*, verum vulgaris lectio ferri potest.

Si ergo hanc Iesaiae prophetiam in nostrum hunc Christum, non vero in Ezechiam, ut vobis placet, dictam esse demonstravero, annon id quoque a vobis impetrabo ut ne fidem magistris vestris habeatis, quippe qui audeant asseverare interpretationem, quam septuaginta vestri seniores apud Ptolemaeum Aegyptiorum regem adornaverunt, quibusdam in rebus non esse veram? Nam quae diserte in scripturis insipientem eorum et sui amantem sententiam arguere manifestum est, ea negare audent ita esse scripta; quae vero etiam trahere et ad actiones humanas accommodare posse sibi videntur, ea asserunt non in nostrum hunc Iesum Christum esse dicta, sed in quem ipsis interpretari placet. Sic istam scripturam, de qua nunc sermo est, docuerunt vos in Ezechiam esse dictam, in quo quidem, ut promisi, mentiri eos demonstrabo. Quando autem iis scripturas obiicimus, ante a me recitatas, quae Christum conceptis verbis et patibilem et adorandum et deum demonstrant, assentiuntur illi quidem necessitate adducti eas in Christum dictas esse, sed hunc Christum esse audent negare: venturum autem et passurum et regnaturum et adorandum fore deum confitentur; quod quidem ridiculum et stultum esse pariter demonstrabo. Sed quia urgeor ut iis prius respondeam

20. *καὶ προσκυνητὸν γενέσθαι θεὸν*] Coniicit Thirlbius *κ. πρ. γεν. καὶ θεὸν* legendum esse, quia paulo ante in hac ipsa periodo ita legatur; pariter supra p. 293. B. et c. 64. p. 287. B. Sed fatetur V. D. alibi quoque (c. 126. p. 355. B, coll. c. 76. p. 302. B) reperiri *προσκυνητὸν θεόν*, nisi et hoc sit eodem modo emendandum. — Aorista *βασιλεῦσαι* et *γενέσθαι* pro futuris posita sunt.

21. *ὃν*] Vulgo mendose *ὃ*, quod a prima vocis *ὁμοίως* syllaba videtur fluxisse. Pronuntiavit Maranus aut cum Morello *ὃν* edendum (sed supra: *ὅπερ . . . ἀποδείξω*), aut, id quod Sylburgius quoque voluit, delendum illud *ὃ*. Attamen censui *ὃν* reponendum esse. C. 139: *ἅπερ ἀπέδειξαν αἱ γραφαὶ οὐκ ὄντα.* Mecum sentiunt Pearsonus et Thirlbius.

22. *κατεπείγει με*] Legèndum Thirlbius opinatur *κατεπείγομαι*, sed (Maran.) eum refellit ipse Iustinus,

λοίπῳ τρόπῳ εἰρημένα ἀποκρίνασθαι, πρὸς ταῦτα τὰς ἀποκρίσεις D ποιήσομαι, καὶ πρὸς τὰ ἐπίλοιπα ἐς ὕστερον τὰς ἀποδείξεις δώσω.

69. Εὖ ἴσθι οὖν, ὦ Τρύφων, λέγων ἐπέφερον, ὅτι ἃ παραποιήσας ὁ λεγόμενος διάβολος ἐν τοῖς Ἕλλησι λεχθῆναι ἐποίησεν, ὡς [1] καὶ διὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μάγων ἐνήργησε καὶ διὰ τῶν ἐπὶ Ἠλίᾳ ψευδοπροφητῶν, καὶ ταῦτα βεβαίαν μου τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς γνῶσιν καὶ πίστιν κατέστησεν. Ὅταν γὰρ Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως, [2] ἣν μεμῖχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ, γεγενῆσθαι 295
λέγωσι, καὶ τοῦτον εὑρετὴν ἀμπέλου γενόμενον, καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι, εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστορῶσι, καὶ [3] ὄνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρωσιν, οὐχὶ τὴν [4] προλελεγμένην ὑπὸ Μωυσέως ἀναγραφεῖσαν Ἰακὼβ τοῦ πατριάρχου προφητείαν μεμιμῆσθαι αὐτὸν νοῶ; Ἐπὰν δὲ τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν καὶ περινοστήσαντα πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ αὐτὸν τῷ Διῒ ἐξ Ἀλκμήνης γενόμενον, καὶ ἀποθανόντα εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι λέγωσιν, οὐχὶ τήν, [5] Ἰσχυρὸς ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ, περὶ Χριστοῦ λελεγμένην γραφὴν ὁμοίως μεμιμῆσθαι νοῶ; B
[6] Ὅταν δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν νεκροὺς ἀνεγείραντα καὶ τὰ ἄλλα πάθη θεραπεύσαντα παραφέρῃ, οὐχὶ τὰς περὶ Χριστοῦ ὁμοίως προφητείας μεμιμῆσθαι τοῦτον καὶ ἐπὶ τούτῳ φημί; Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνιστόρησα πρὸς ὑμᾶς τοιαύτην γραφήν, ἢ σημαίνει τὸν Χριστὸν ταῦτα ποιήσειν, καὶ μιᾶς τινὸς ἀναγκαίως ἐπιμνησθήσομαι, ἐξ ἧς καὶ [7] συνεῖναι ὑμῖν δυνατόν, πῶς καὶ τοῖς ἐρήμοις γνώσεως θεοῦ,

c. 43 dicens: *Περὶ δὲ τοῦ τῆς γενέσεως αὐτοῦ μυστηρίου ἤδη λέγειν κατεπείγοντος λέγω.*

1. *καὶ διὰ ... ψευδοπροφητῶν*] Cf. Exod. 7, 11. 12. 22; 3 Regg. 18.

2. *ἣν μεμῖχθαι*] Subaudias *λέγουσιν*. Saepe relativum ista ratione cum infinitivo copulatur. Cohort. ad Gent. c. 9: *ὃν ἡγεῖσθαι Μωυσέα*. — Pro *γεγενῆσθαι* suspicatus fuerit fortasse quispiam scribendum *γεγεννῆσθαι*, *genitum esse*. Sed cave a mutatione; cf. c. 61. n. 4.

3. *ὄνον*] Codd. msti et editi *οἶνον*. At hic vero, quemadmodum in loco parallelo Apol. I. c. 54. p. 89. D, est omnino reponendum *ὄνον*, quod quidem et codd. msti in marg. habent et editores (Marano excepto) probant. Adeas quae ad l. c. n. 11 observavi. — Pro *παραφέρειν* Iustinus Apol. I. l. c. *ἀναγράφειν* dixit. Contendit Thirlbius *περιφέρωσιν* nostro loco scribendum esse. Sed paulo infra de eodem diabolo: *Ὅταν δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν ... παρα-*

quae ridiculo modo a te dicta sunt, ad haec responsum dabo, ac postea ad ea quae supersunt demonstranda progrediar.

69. Probe igitur scias, Trypho, (ita dicere pergebam) quae corrupit diabolus qui dicitur atque ut apud Graios narrarentur perfecit, quemadmodum et per magos in Aegypto et per falsos Eliae tempore prophetas operatus est, ea firmam reddidisse meam in scripturis intelligentiam et fidem. Quando enim Bacchum Iovis filium ex concubitu, quo cum Semele is mixtus sit, natum esse dicunt, et hunc inventorem vitis fuisse, et discerptum mortuumque resurrexisse et in coelum adscendisse perhibent, et asinum in eius mysteria inducunt, nonne illam antea recitatam Iacobi patriarchi prophetiam, a Mose literis mandatam, a diabolo imitatione expressam esse intellexerim? Quum autem Herculem fortem fuisse et universam terram peragrasse dicunt, eumdemque Iovi ex Alcmene natum, et post mortem in coelum adscendisse, nonne scripturam illam, *Fortis ut gigas ad currendam viam suam*, de Christo editam, similiter eum imitatum esse intellexerim? Quando autem Aesculapium mortuos excitantem et alios morbos curantem inducit, nonne editas de Christo prophetias in hoc quoque similiter imitatum dixerim? Sed quia nullam vobis eiusmodi scripturam attuli, quae Christum haec facturum demonstraret, necessario aliquam unam commemorabo, ex qua intelligere poteritis, quomodo etiam hominibus a dei cogni-

φέρῃ. Vide quae de verbi illius significatione notavi ad Apol. I. l. c. (n. 22), ubi similiter de daemonibus: *τὸν Ἀσκληπιὸν παρήνεγκαν*. — Illud autem *ἐν τοῖς μυστ.* (exspectabas *εἰς τὰ μυστ.*) non est offensioni; hac enim ratione *ἐν* interdum cum verbo, quo motus exprimitur, copulari nemo nescit.

4. *προλελεγμένην*] C. 51. p. 271. D (Genes. 49, 11. 12).

5. *Ἰσχυρὸς ... αὐτοῦ*] Psalm. 18, 5. — Codd. msti et editi mendose *Ἰσχυρόν*. Vide geminum locum Apol. I. c. 54. p. 90. A (n. 21).

6. *Ὅταν ... φημί*] Similiter in Apol. I. l. c. (n. 22). — Pro *παραφέρῃ* (scil. *ὁ διάβολος*) convenientius erat *παραφέρωσιν* (scil. *οἱ Ἕλληνες*). Nam paulo ante *λέγωσιν* (bis), *ἱστορῶσιν*, *παραφέρωσιν*. Sed noli ipsum Iustinum corrigere.

7. *συνεῖναι*] Pearson. legit *συνιέναι*, qua emendatione supersedemus: c. 55. n. 8.

λέγω δὲ τοῖς ἔθνεσιν, [8] οἳ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐχ ἑώρων οὐδὲ καρδίαν ἔχοντες συνίεσαν, τὰ ἐξ ὕλης κατασκευάσματα προσκυνοῦντες, ὁ λόγος προέλεγεν ἀρνηθῆναι αὐτὰ καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τοῦ- C
τον τὸν Χριστόν. Εἴρηται δὲ οὕτως· [9] Εὐφράνθητι ἔρημος ἡ διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ [10] ἐξανθείτω ὡς κρίνον. Καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὸ ὕψος κυρίου καὶ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα. Παρακαλεῖσθε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ καρδίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε D
ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων, ὅτι ἐῤῥάγη ἐν ἐρήμῳ ὕδωρ καὶ φάραγξ ἐν [11] γῇ διψώσῃ, καὶ ἡ ἄνυδρος ἔσται εἰς ἕλη, καὶ εἰς διψῶσαν γῆν πηγὴ ὕδατος ἔσται. Πηγὴ ὕδατος ζῶντος παρὰ θεοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ γνώσεως θεοῦ τῇ τῶν ἐθνῶν γῇ ἀνέβλυσεν οὗτος ὁ Χριστός, ὃς καὶ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πέφανται, καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα [12] πηροὺς καὶ κωφοὺς καὶ χωλοὺς ἰάσατο, τὸν μὲν ἅλλεσθαι, τὸν δὲ καὶ ἀκού- 296
ειν, τὸν δὲ καὶ ὁρᾶν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ποιήσας· καὶ νεκροὺς δὲ ἀναστήσας καὶ ζῆν ποιήσας, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐδυσώπει τοὺς τότε ὄντας ἀνθρώπους ἐπιγνῶναι αὐτόν. Οἱ δὲ καὶ ταῦτα ὁρῶντες γινόμενα φαντασίαν μαγικὴν γίνεσθαι ἔλεγον· καὶ γὰρ [13] μάγον εἶναι αὐτὸν ἐτόλμων λέγειν καὶ [14] λαοπλάνον. Αὐτὸς δὲ καὶ ταῦτα ἐποίει πείθων καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὸν πιστεύειν μέλλοντας, ὅτι, κἂν τις, ἐν λώβῃ τινὶ σώματος ὑπάρχων, φύλαξ τῶν παραδεδομένων ὑπ' αὐτοῦ διδαγμάτων ὑπάρξῃ, ὁλόκληρον αὐτὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ μετὰ τοῦ καὶ ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἄλυπητον ποιῆσαι ἀναστήσει.

8. οἳ ... συνίεσαν] Coll. Psalm. 113, 5. 6. 8.

9. Εὐφράνθητι ... ἔσται] Iesai. 35, 1—7.

10. ἐξανθείτω] Stephan. ἐξανθήτω vitiose.

11. γῇ] Uterque cod. mstus τῇ. Sic editi quoque. Saepiuscule *T* et *Γ* confunduntur: Apol. I. c. 4. n. 2.

12. πηροὺς] Si quis *debiles* vertere velit, per me licet. Apol. I. c. 22 (n. 11): πονηρούς.

13. μάγον] Coll. Matth. 9, 34. 12, 24 (Marc. 3, 22 et Luc. 11, 15).

tione vacuis — dico gentes, qui oculos habentes non videbant et cor habentes non intelligebant, simulacra ex materia fabrefacta adorantes — effatum praenuntiaverit fore ut simulacris nuntium remittant et in hunc Christum sperent. Habet autem sic: *Laetare solitudo sitiens, exsultet solitudo et floreat sicut lilium. Et efflorescent et exsultabunt deserta Iordanis, et gloria Libani data est ei et honor Carmeli. Et populus meus videbit altitudinem domini et gloriam dei. Confortamini manus remissae et genua dissoluta. Consolamini pusillanimes corde, confortamini, nolite timere. Ecce deus noster iudicium retribuit et retribuet; ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum audient; tunc saliet sicut cervus claudus, et diserta erit lingua balborum: quia scissa est in solitudine aqua et torrens in terra sitienti, et inaquosa erit in paludes, et in sitiente terra fons aquae erit.* Fons aquae vivae a deo in terra, quantum ad cognitionem dei spectat, deserta, gentium videlicet, scaturivit hic Christus, qui etiam in gente vestra apparuit, atque homines ab ipso ortu et secundum carnem caecos et surdos et claudos sanavit, verbo suo efficiens ut alius quidem exsiliret, alius audiret, alius videret: quin etiam mortuos exsuscitans et vitae restituens, ex operibus quoque homines illius aetatis excitabat ut eum agnoscerent. Isti vero, quum haec etiam fieri viderent, magicas esse praestigias dicebant; etenim magum esse eum dicere audebant et populi deceptorem. Ipse autem haec eo quoque consilio faciebat ut et credituris sibi hominibus persuaderet, etiamsi quis aliquo corporis vitio laboret, modo tradita a se praecepta servet, integrum eum a se in secundo suo adventu ac praeterea immortalem et corruptionis et doloris expertem excitatum iri.

— Clemens Recognitt. I. c. 58: „Signa et prodigia, quae fecit (sc. Christus), ut m a g u s, non ut propheta fecit.“ Epistola I Pilati (Cod. apocr. Ni Ti ed. Fabric. Tom. I) p. 300: „Principes Iudaeorum et tenuerunt eum mihique tradiderunt … asserentes istum m a g u m esse et contra legem eorum agere.“ Vide Apol. I. c. 30. n. 4.

14. λαοπλάνον] Coll. Ioann. 7, 12 et Matth. 27, 63.

70. Ὅταν δὲ οἱ τὰ [1] τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες λέ-
γωσιν ἐκ πέτρας [2] γεγενῆσθαι αὐτόν, καὶ σπήλαιον καλῶσι τὸν τόπον
ἔνθα [3] μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παραδιδοῦσιν, ἐνταῦθα οὐχὶ
τὸ εἰρημένον ὑπὸ Δανιήλ, ὅτι [4] Λίθος ἄνευ χειρῶν ἐτμήθη ἐξ
ὄρους μεγάλου, μεμιμῆσθαι αὐτοὺς ἐπίσταμαι, [5] καὶ τὰ ὑπ' Ἡσαΐ-
ου ὁμοίως, [6] οὗ καὶ τοὺς λόγους πάντας μιμήσασθαι ἐπεχείρη-
σαν; Δικαιοπραξίας γὰρ λόγους καὶ παρ' ἐκείνοις λέγεσθαι [7] ἐτε- C
χνάσαντο. Τοὺς δὲ εἰρημένους λόγους τοῦ Ἡσαΐου ἀναγκαίως
ἀνιστορήσω ὑμῖν, ὅπως ἐξ αὐτῶν γνῶτε ταῦθ' οὕτως ἔχειν. Εἰ-
σὶ δὲ οὗτοι· [8] Ἀκούσατε, οἱ πόῤῥωθεν, ἃ ἐποίησα· [9] γνώσονται
οἱ ἐγγίζοντες τὴν ἰσχύν μου. Ἀπέστησαν οἱ ἐν Σιὼν [10] ἄνομοι·
λήψεται τρόμος τοὺς ἀσεβεῖς. [11] Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον
τὸν αἰώνιον; [12] Πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, λαλῶν εὐθεῖαν ὁδόν,
μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς | χεῖρας ἀφωσιωμένος ἀπὸ 290
δώρων, βαρύνων ὦτα ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν ἄδικον αἵματος,
καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν· οὗτος οἰκήσει ἐν D
ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς. Ἄρτος δοθήσεται αὐτῷ, καὶ

1. τοῦ Μίθρου μυστήρια] Vide Apol. I. c. 66. n. 8. De nativitate Mithrae ex petra legas praeter alios Porphyrium de antro nymph. c. 18. Cf. Sainte-Croix *Versuch über die alten Mysterien* p. 300.

2. γεγενῆσθαι] Thirlb. vult γεγεννῆσθαι legi. Adeas c. 69. n. 2.

3. μυεῖν] Maranus reddit: *ubi ab eo initiari perhibent eos qui ipsi credunt.* In loco gemello c. 78. p. 304. B: μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.

4. Λίθος ... μεγάλου] Dan. 2, 34.

5. καὶ τὰ ὑπ' Ἡσαΐου] Sic sanantur verba καὶ ταῦτα ποιῆσαι, quae in codd. mstis et editis corrupte leguntur. Infra c. 78: Ὅτι δὲ Ἡσαΐας καὶ περὶ τοῦ συμβόλου τοῦ κατὰ τὸ σπήλαιον προκεκήρυχε, ἀνιστόρησα ὑμῖν etc.. Ortum autem corruptionis facile cognoscis. Mallet Thirlbius καὶ ταῦτα τοῦ Ἡσαΐου, Maranus καὶ ταῦτα Ἡσαΐου. Male: nam praecedit τὸ εἰρημένον ὑπὸ Δανιήλ.

6. οὗ καὶ τοὺς λόγους πάντας etc.] Ait Iustinus sacerdotes Mithrae omnia Esaiae verba mox referenda imitatos esse, idque ut probet, unico contentus est exemplo, nempe iustitiae praeceptis, quae illi, ut in his Esaiae verbis: *Qui ambulat in iustitia* etc., tradere solebant. Multa alia omisit Iustinus, ut facilia et obvia. *Maranus.* — Iesaias e.g. panis et aquae mentionem fecit: etiam in Mithrae mysteriis panis et aquae poculum apponebatur, Iustino referente in Apol. I. c. 66. p. 98. C.

7. ἐτεχνάσαντο] Scil. non daemones, quorum operationi Apol. I.

70. Quando autem Mithrae mysteriorum antistites hunc ex petra natum esse dicunt, et speluncam vocant locum ubi initiari fidem ei habentes perhibent, nonne hic illos imitatos sciam quod a Daniele dictum est: *Lapis abscissus est sine manibus ex monte magno*, et quod a Iesaia similiter, cuius omnia etiam verba imitari conati sunt? Machinati enim sunt ut sermones etiam apud illos de iustitiae observatione haberentur. Necesse est autem Iesaiae verba vobis referam, ut ex iis perspiciatis rem se ita habere. Sunt vero haec: *Audite, qui longe estis, quae feci; scient qui appropinquant fortitudinem meam. Recesserunt qui erant in Sione iniqui; apprehendet tremor impios. Quis adnuntiabit vobis locum aeternum? Qui ambulat in iustitia, qui loquitur rectam viam, qui odit iniquitatem et iniustitiam, et manus puras habet a muneribus, qui obturat aures ut ne audiat iudicium iniustum sanguinis, qui claudit oculos ut ne videat iniquitatem: is habitabit in excelsa spelunca petrae fortis. Panis dabitur*

c. 54. p. 89 imitatio prophetiarum tribuitur (Maran.), sed *οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες*. Per Mithrae enim sacerdotes d i a b o l u s (infra p. 297. B: *καὶ τοῦτο μιμήσασθαι τὸν πλάνον ὄφιν* — comp. c. 69. p. 294. D) operatus est. Inde illud *ἐκείνοις* non ad sacerdotes Mithrae referas (Maran.), sed ad initiatos.

8. *Ἀκούσατε . . . σύνεσις*] Iesai. 33, 13 — 19.

9. *γνώσονται*] Editores ante Maranum *καὶ* praemiserunt contra utrumque cod. mstum. Arcerius mallet imper. *γνώσατε*. Constanter LXX: *Ἀκούσονται . . . γνώσονται*.

10. *ἄνομοι*] Haec vox in editis ante Maranianum repetitur.

11. *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τ. τόπον τ. αἰώνιον*] A librariis propter similitudinem omissa sunt *Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται. Perionius*. — Desunt quoque in quibusdam *τῶν ο´* exemplaribus (adi Parsons. ad loc.), ut coniicere liceat iam Iustinum ea non invenisse in suo codice. Quamquam ad rem bene quadrant: nam Mithra fere idem est atque ignis, id quod respondet igni apud Iesaiam. Sed vide n. 6.

12. *Πορευόμενος* etc.] Codd. msti et editi *πορευόμενον . . . λαλοῦντα . . . μισοῦντα . . . ἀφωσιωμένον*. Confidenter emendavi. Videlicet accusativi illi, qui ne uno quidem LXX virorum firmantur codice, non a Iustino introducti sunt, verum ab aliquo librario, utpote qui (Thirlb.) ad exemplum proxime antecedentium (*τὸν τόπον τὸν αἰώνιον*), nulla sententiae ratione habita, notam interrogandi non post *αἰώνιον* sed temere post *ἀπὸ δώρων* collocaret.

τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πιστόν. Βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε, καὶ οἱ
ὀφθαλμοὶ ὑμῶν [13] ὄψονται πόῤῥωθεν. Ἡ ψυχὴ ὑμῶν μελετήσει
φόβον [14] κυρίου. Ποῦ ἔστιν ὁ γραμματικός; Ποῦ εἰσιν οἱ βου-
λεύοντες; Ποῦ ἔστιν ὁ ἀριθμῶν τοὺς τρεφομένους, μικρὸν καὶ
μέγαν λαόν; Ὧι οὐ συνεβουλεύσαντο, οὐδὲ ᾔδεισαν βάθη φωνῶν,
ὥστε μὴ ἀκοῦσαι· λαὸς πεφαυλισμένος, καὶ οὐκ ἔστι τῷ ἀκού-
οντι σύνεσις. [15] Ὅτι μὲν οὖν καὶ ἐν ταύτῃ τῇ προφητείᾳ περὶ
τοῦ ἄρτου, ὃν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς
ἀνάμνησιν [16] τοῦ τε σωματοποιήσασθαι αὐτὸν διὰ τοὺς πιστεύον- 297
τας εἰς αὐτόν, δι' οὓς καὶ παθητὸς γέγονε, καὶ περὶ τοῦ ποτη-
ρίου, ὃ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ παρέδωκεν εὐχαρι-
στοῦντας ποιεῖν, φαίνεται. Καὶ ὅτι βασιλέα τοῦτον αὐτὸν μετὰ
δόξης ὀψόμεθα, αὕτη ἡ προφητεία δηλοῖ. Καὶ ὅτι λαός, ὁ εἰς
αὐτὸν πιστεύειν προεγνωσμένος, [17] μελετήσειν φόβον κυρίου προ-
έγνωστο, αὗται αἱ λέξεις τῆς προφητείας βοῶσι. Καὶ ὅτι οἱ τὰ
γράμματα τῶν γραφῶν ἐπίστασθαι λογιζόμενοι, καὶ ἀκούοντες τῶν
προφητειῶν, οὐκ ἔχουσι σύνεσιν, ὁμοίως αὗται αἱ γραφαὶ κεκρά-
γασιν. [18] Ὅταν δέ, ὦ Τρύφων, ἔφην, ἐκ παρθένου γεγεννῆ- B
σθαι τὸν Περσέα [19] ἀκούω, καὶ τοῦτο μιμήσασθαι τὸν πλάνον
ὄφιν συνίημι.

71. Ἀλλ' οὐχὶ τοῖς διδασκάλοις ὑμῶν πείθομαι, μὴ συντε-
θειμένοις καλῶς [1] ἐξηγεῖσθαι τὰ ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ
Αἰγυπτίων γενομένῳ βασιλεῖ ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων, ἀλλ' αὐ-
τοὶ ἐξηγεῖσθαι πειρῶνται. Καὶ ὅτι πολλὰς [2] γραφὰς τέλεον περιεῖ-

13. ὄψονται] Septuaginta recte γῆν addunt, quod hic fortasse scribae est negligentia omissum.

14. κυρίου] Haec vox male additur; eamdem vero agnoscunt aliquot τῶν ο' codd. msti (ap. Parsons.) et Barnabas Epist. c. 4. Atque infra Martyr: μελετήσειν φόβον κυρίου προέγνωστο.

15. Ὅτι etc.] Aut inseras aut animo saltem subaudias λέγει vel simile verbum. — De formula ἄρτον (ποτήριον) ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν (c. 41. n. 1) cf. Luc. 22, 19 et 1 Cor. 11, 24.

16. τοῦ τε σωματοποιήσασθαι] Voculae τε sequens καὶ (δι' οὓς καὶ παθ. γέγονε) respondet quodammodo contra graecam consuetudinem. Erat autem scribendum: ... εἰς ἀνάμνησιν τοῦ τε σωμ. αὐτὸν ... καὶ τοῦ παθητὸν γεγ. αὐτόν. C. 41. p. 260. A: ... ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους, οὗ ἔπαθεν ..., Ἰησ. Χρ. ὁ κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν. Itaque haud

ei, et aqua eius fidelis. Regem cum gloria videbitis, et oculi vestri videbunt longe. Anima vestra meditabitur timorem domini. Ubi est literatus? Ubi sunt consiliatores? Ubi est eos numerans qui nutriuntur, parvum et magnum populum? Quocum consilia non agitarunt, neque profunditatem vocum sciverunt, ita ut non audirent: populus vitiosus, et non est audienti intelligentia. Liquet igitur in hac prophetia etiam de pane dici, quem praecepit nobis Christus noster facere in memoriam corporis a se assumti propter credentes in ipsum, propter quos et passibilis factus est, et de calice, quem in memoriam sanguinis sui cum gratiarum actione praecepit facere. Et hunc ipsum regem gloria circumfluentem nos visuros esse haec prophetia declarat. Et praecognitum fuisse fore ut populus, qui in eum crediturus praenoscebatur, timorem dei meditaretur, haec verba prophetiae clamant. Et eos qui literas scripturarum scire sibi videntur, intelligentiam prophetiarum, etiam quum eas audiunt, non habere, similiter hae scripturae vociferantur. Quando autem, Trypho, inquiebam, ex virgine genitum esse audio Perseum, id quoque imitatum esse fraudulentum serpentem intelligo.

71. Verum minime magistris vestris fidem habeo, qui non assentiuntur septuaginta illos senes apud Ptolemaeum Aegyptiorum regem recte interpretatos esse, sed ipsi interpretari aggrediuntur. Neque id quoque vobis ignoratum velim, mul-

opus videtur esse Thirlbii (in Add.) emendatione τοῦ σεσωματοποιῆσθαι.

17. *μελετήσειν*] Codd. msti et Stephan. *μελετήσει* vitiose.

18. *Ὅταν* etc.] Gemina habentur in Apol. I. c. 54. p. 90. A (n. 20).

19. *ἀκούω*] Codd. msti et editi ἀκούσω. Male. Supra: *Ὅταν λέγωσιν ... καλῶσι.* C. 69. p. 295. A: *Ὅταν ... λέγωσι ... ἱστορῶσι ... παραφέρωσιν.* Ibid. B: *Ὅταν ... παραφέρῃ.* C. 76: *Ὅταν ... λέγῃ.*

1. *ἐξηγεῖσθαι*] Convenientius, opinor, *ἐξηγῆσθαι*, tempore praeterito. *Sylburgius.* — Fortasse paulo ante legendum *συντιθεμένοις.*

2. *γραφὰς*] H. e. *sacrae scripturae locos, Schriftstellen.* Sic persaepe (cc. 56. 65. 69. al.) Iustinus hanc vocem usurpat. Ad nostrum locum respiciens Eusebius Hist. eccl. IV. c. 18 ait: *Καὶ ῥητῶν δέ τινων προφητικῶν μνημονεύει, διελέγχων*

*λον ἀπὸ τῶν ἐξηγήσεων, τῶν γεγενημένων ὑπὸ τῶν παρὰ Πτο-
λεμαίῳ γεγενημένων πρεσβυτέρων, ἐξ ὧν διαῤῥήδην οὗτος αὐτὸς
ὁ σταυρωθεὶς ὅτι θεὸς καὶ ἄνθρωπος καὶ σταυρούμενος καὶ ἀπο-* C
*θνήσκων κεκηρυγμένος ἀποδείκνυται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι· ἅς,
ἐπειδὴ ἀρνεῖσθαι πάντας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐπίσταμαι,
ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν οὐ προσβάλλω, ἀλλ'* [3] *ἐπὶ τὰς ἐκ τῶν
ὁμολογουμένων ἔτι παρ' ὑμῖν τὰς ζητήσεις ποιεῖν ἔρχομαι. Καὶ γὰρ
ὅσας ὑμῖν ἀνήνεγκα ταύτας γνωρίζετε, πλὴν ὅτι περὶ τῆς λέξεως,
τῆς* [4] *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀντείπατε, λέγοντες εἰ-
ρῆσθαι· Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται. Καὶ* [5] *ὑπεσχόμην ἀπό-
δειξιν ποιήσασθαι οὐκ εἰς Ἐζεκίαν, ὡς ἐδιδάχθητε, τὴν προφητείαν
εἰρῆσθαι ἀλλ' εἰς τοῦτον τὸν ἐμὸν Χριστόν·* [6] *καὶ δὴ τὴν ἀπόδει-* D 292
ξιν ποιήσομαι.

Καὶ ὁ Τρύφων εἶπε· Πρῶτον ἀξιοῦμεν εἰπεῖν σε ἡμῖν καὶ [7] *τινας ὧν λέγεις τέλεον παραγεγράφθαι γραφῶν.*

72. *Κἀγὼ εἶπον· Ὡς ὑμῖν φίλον, πράξω. Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ἐξηγήσεων, ὧν ἐξηγήσατο Ἔσδρας εἰς τὸν νόμον τὸν περὶ τοῦ πάσχα, τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἀφείλοντο·* [1] *Καὶ εἶπεν Ἔσδρας*

τὸν Τρύφωνα, ὡς ἂν περικοφάντων αὐτὰ Ἰουδαίων ἀπὸ τῆς γραφῆς.

3. *ἐπὶ τὰς*] Thirlb. *ἐπὶ τὸ* mallet. Locus sanus est; struas: *ἀλλ' ἔρχομαι ποιεῖν τὰς ζητήσεις ἐπὶ τὰς* (scil. *γραφάς* — oppositum est antecedenti *ἅς*) *ἐκ τῶν ... ὑμῖν* (h. e. *αἵ εἰσιν ἐκ τῶν ... ὑμῖν*). — Pro *ἔρχομαι* Marano videtur legendum esse *εὔχομαι*: *profiteor*. Apol. I. c. 15: *εὔχ. ... δεῖξαι*. Alius coniecerit *ποιῶν*. C. 42: *ἐπὶ τὸν λόγον τῇ τάξει παριὼν ἔρχομαι*. C. 67: *ἔρχου ἤδη ἀποδώσων ἡμῖν τὸν λόγον*. Plat. Phaed. p. 100. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 227): *Ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν σοι ἐπιδείξασθαι*. Herod. Hist. I. c. 194: *ἔρχομαι φράσων* (part. fut.: *je m'en vais vous dire*). Potest ferri lectio vulgaris.

4. *Ἰδοὺ ... λήψεται*] Iesai. 7, 14.

5. *ὑπεσχόμην*] Cf. c. 68. p. 294. A. Comp. c. 43. p. 262. C.

6. *καὶ δὴ*] Thirlbius *καὶ ἤδη* coniecit. C. 39: *Ἤδη οὖν τὸν λόγον ἀπόδος ἡμῖν*. C. 43: ...*ἤδη λέγειν κατεπείγοντος λέγω*. C. 56: *Ὅτι οὖν καὶ ἔστιν ἀπόδειξον ἤδη*. C. 58: ...*τὰς ἀποδείξεις τ. λοιπὰς ἤδη ποιήσωμαι*. C. 60: *Ἤδη μέντοι ... ἀποδείξω*. Apol. I. c. 30: ...*τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα*. Verumtamen non muto, vulgata scriptura quum possit tolerari.

7. *τινας*] Stephan. et Iebb. in-

tas scripturas, ex quibus perspicue hunc ipsum qui crucifixus fuit et deum et hominem et crucifixum et morientem praedicatum esse demonstratur, penitus ab iis ex interpretatione, quam senes apud Ptolemaeum adornarunt, deletas fuisse; quas, quia ab omnibus vestri generis hominibus negari scio, eiusmodi quaestionibus non adhibeo, sed in eas quae pro confessis adhuc apud vos habentur investigationem dirigere aggredior. Etenim quascunque vobis attuli eas agnoscitis, nisi quod de voce illa: *Ecce virgo in utero concipiet*, litem movistis, asserentes dictum esse: *Ecce adolescentula in utero concipiet.* Atque promisi demonstraturum me esse hanc prophetiam non in Ezechiam, ut didicistis, dictam esse sed in hunc meum Christum; et iam hanc demonstrationem instituam.

Hîc Trypho dixit: Rogamus te ut prius ex scripturis, quas penitus deletas fuisse dicis, nonnullas saltem in medium proferas.

72. Tum ego dixi: Ut vobis placet, faciam. Ex iis igitur, quae Esdras in legem de paschate sancitam disseruit, haec reciderunt: *Et dixit Esdras populo: Hoc pascha sal-*

terrogative *τίνας* dederunt, quasi pro *ὧν* scriptum esset *οὖν*. — Pro *παραγεγράφθαι* fortasse (Thirlb.) legendum est *περιγεγράφθαι*: *delere*, Lat. *circumscribere* (Cicer. de fin. III. c. 9, in Verr. I. c. 16); nam hoc verbum recte quadrat ad *περιεῖλον* (supra p. 297. B), *ἀφείλοντο*, *περιέκοψαν*, *ἐξέκοψαν* (cc. 72. 73). Non tamen ausus sum mutare; nam etiam c. 73. p. 299. B. *παραγράφειν* reperitur. Quod quum proprie sit *iuxta* (*παρὰ*) *textum* (h. e. ad marginem) *scribere*, facile notio nascitur, qua sonat *eiicere e textu*, *expungere*, *delere*, ita quidem, ut in locum eiectorum verborum aut alia substituantur (sic c. 84. p. 310. C. D. *παραγράφειν* usurpatur) aut nulla (sic hîc, quapropter non male *τέλεον* praefixum est). Opponitur *ἐγγράφειν*. C. 72. p. 298. B: *ἡ περικοπὴ . . . ἐστὶν ἐγγεγραμμένη ἔν τισιν ἀντιγράφοις*.

1. *Καὶ . . . ἔθνεσι*] Hoc testimonium deest in codicibus sacris; latine citatur a Lactantio, non sine quadam diversitate, Institutt. div. IV. c. 18: „Apud Esdram ita scriptum est: *Et dixit Esdras ad populum: Hoc pascha salvator noster est et refugium nostrum. Cogitate et ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in signo; et post haec sperabimus in eum, ne deseratur hic locus in aeternum tempus, dicit dominus deus virtutum.*

τῷ λαῷ· Τοῦτο τὸ πάσχα ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν.
Καὶ ἐὰν διανοηθῆτε καὶ ἀναβῇ [2] ὑμῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, ὅτι
[3] μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν ἐν σημείῳ, [4] καὶ μετὰ ταῦτα ἐλπίσω- 298
μεν ἐπ' αὐτόν, οὐ μὴ ἐρημωθῇ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν ἅπαντα 273
χρόνον, λέγει ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων· ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε αὐ-
τῷ μηδὲ εἰσακούσητε τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ, ἔσεσθε ἐπίχαρμα τοῖς
ἔθνεσι. Καὶ ἀπὸ τῶν διὰ Ἰερεμίου λεχθέντων ταῦτα περιέκοψαν·
[5] Ἐγὼ ὡς ἀρνίον [6] ἄκακον, φερόμενον τοῦ θύεσθαι. Ἐπ' ἐμὲ ἐλο-
γίζοντο λογισμόν, λέγοντες· Δεῦτε, ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρ-
τον αὐτοῦ καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἐκ γῆς ζώντων, καὶ τὸ ὄνομα
αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ οὐκέτι. [7] Καὶ ἐπειδὴ αὕτη ἡ περικοπή, ἡ ἐκ
τῶν λόγων τοῦ Ἰερεμίου, ἔτι ἐστὶν ἐγγεγραμμένη ἔν τισιν ἀντιγρά-
φοις τῶν ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων (πρὸ γὰρ ὀλίγου χρόνου ταῦτα B
ἐξέκοψαν), ἐπειδὰν καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων ἀποδεικνύηται ὅτι
ἐβουλεύσαντο Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀναιρεῖν αὐτὸν

Si non credideritis ei neque exaudieritis adnuntiationem eius, eritis derisio in gentibus." Maranus: „Obscuriora sunt latina Lactantii quam graeca Iustini." Patet ista verba, id quod bona beati Iustini venia dixerim, ab aliquo Christiano conficta esse (et, siquidem in codices τῶν ο' transierunt, post Esdr. 6, 21 collocata), non a Iudaeis deleta. Qua in re fatendum erit imprudentia lapsum esse Iustinum et ab aliis deceptum, data tamen opera et scientem decepisse neminem.

2. ὑμῶν] Thirlb. suspicatur ὑμῖν legendum esse. Sed contextus sanus est; cf. v. c. Iesai. 65, 17: *οὐ μὴ ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν.*

3. μέλλομεν] Lubenter legeret Maranus ἐμέλλομεν: *quia futurum erat ut eum humiliaremus in signo*, h. e. quia Iesum definito consilio et praescientia dei traditum interemimus. Deinde pro σημείῳ Io. Clericus (Histor. eccles. p. 526) σήματι legit. Σημεῖον idem est ac *crux*. Vide notam ad c. 94. p. 322. A.

4. καὶ] Supple ἐὰν ex antecedentibus. Fortasse vero (Io. Davisius ad Lactantii Epit. p. 137) ἐλπίσομεν scribendum est, pendens ab ὅτι praecedente. Maranus pro καὶ mallet κἂν: *si saltem postea speremus in eum.*

5. Ἐγὼ ... οὐκέτι] Ierem. 11, 19. Hic locus hodie in omnibus Bibliorum exemplaribus mstis et impressis integer reperitur. Iustinus ipse mox fatetur intactum eum exstitisse in nonnullis Iudaeorum codicibus.

6. ἄκακον] Deest hoc vocabulum in codd. mstis et editis. Nihilosecius id putavi refingendum esse, praesertim quum infra Martyr dicat: *καὶ ἐνθάδε ὡς ἀρνίον ἄκακον δηλοῦται.* Firmatur etiam omnibus LXX virorum codicibus.

7. Καὶ ἐπειδὴ...χωροῦσι] Hic locus editores mirum in modum tor-

vator noster est et perfugium nostrum. Ac si intellexeritis et adscenderit in cor vestrum, quod humiliaturi eum simus in signo, et postea speremus in eum, non desolabitur locus iste in omne tempus, dicit deus virtutum; sin autem non credideritis ei neque audieritis praedicationem eius, ludibrium eritis gentibus. Et ex iis quae per Ieremiam dicta sunt haec reciderunt: *Ego ut agnus innocens, qui portatur ad immolandum. Super me cogitarunt cogitationem, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem eius et tollamus eum e terra viventium, et nomen eius ne memoretur amplius.* Quum autem hunc locum, qui ex dictis Ieremiae est, adhuc nonnulla exemplaria, quae in synagogis Iudaeorum asservantur, scriptum retineant (non enim ita pridem haec reciderunt) — quandoquidem ex his quoque verbis demonstratur consilium Iudaeos iniisse de ipso Christo, crucis supplicio eum occidere

sit. Thirlbius: „Hunc locum ex sententia expedire non possum. Cohaerebit fortasse aliquanto melius si deleas *ὧν*, vel pro *ὧν ἀπορούμενοι* legas *ἀποφωρώμενοι*, vel *δι' αὐτῶν* (*λόγων*) *ἀπορούμενοι*, vel *δι' αὐτῶν* (*ἀντιγράφων*) *ἀποφωρώμενοι*, vel si legas *Καίπερ, ἔφην*, aut *καὶ ἐπήνεγκα, ... δηλοῦται· δι' ὧν* (vel *ὅθεν*) *ἀπορούμενοι* vel *ἀποφωρώμενοι*, vel *λόγων ἀπορούμενοι*, etc..“ Melius Maranus: mallet is (ob *ἀποδεικνύηται* praecedens) legi *μηνύηται*, ita ut *δηλοῦται* expungendum esset; insuper *ἐξ* ante *ὧν* supplet. Vertit sic: ... *si quando ex his etiam verbis demonstretur ... ipsumque* (Christum) *ostendatur, quemadmodum et ab Esaia praenuntiatur velut ovis ad necem abductus, ita etiam hoc loco velut agnum minime malum describi: his rebus* etc.. Verbis igitur *ὧν ἀπορούμενοι* incipit redditionem. Quae si cui placeant, suo utatur iure: egomet nihil muto. Etenim ita interpretor, apodosin ut incipiant verba *καὶ αὐτὸς μηνύεται*, quibus *καὶ ἐνθάδε ... δηλοῦται* respondent; *καὶ — καὶ* (*καὶ αὐτὸς — καὶ ἐνθάδε*) hic = *quum — tum.* Porro codicibus fretus comma a Marano sublatum post *προεφητεύθη* reposui, ut illud *ὡς πρόβ. ἐ. σφ. ἀγόμενος* a *μηνύεται* pendeat. Verba denique *ἐπειδὰν καὶ ... βουλευσάμενοι* pertinent ad apodosin, ut patet, causamque continent. — Praeterea haecce notaverim: 1°. Pro *ἔν τισιν ἀντιγράφοις τῶν ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων* convenientius esset *ἔν τισιν ἀντιγράφοις τοῖς ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων* aut *ἀντιγράφων τῶν*. Sed (Thirlb.) „vulgata lectio ferri potest.“ 2°. Pro *ὧν ἀπορούμενοι* (scil. *Ἰουδαῖοι*) legendum ex levi mutatione videtur *ὥστ' ἀπορούμενοι*, h. e. *itaque in angustiis versantes ad blasphemias se convertunt.*

σταυρώσαντες βουλευσάμενοι, καὶ αὐτὸς μηνύεται, ὡς καὶ διὰ τοῦ [8]Ἠσαΐου προεφητεύθη, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, καὶ 294 ἐνθάδε ὡς ἀρνίον ἄκακον δηλοῦται· ὧν ἀπορούμενοι ἐπὶ τὸ βλασφημεῖν χωροῦσι. Καὶ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ αὐτοῦ Ἱερεμίου ὁμοίως ταῦτα περιέκοψαν· [9]Ἐμνήσθη δὲ κύριος ὁ θεὸς [10]ἀπὸ Ἰσραὴλ τῶν νεκρῶν αὐτοῦ, τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς [11]εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. C

73. Καὶ ἀπὸ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου ψαλμοῦ τῶν διὰ Δαυὶδ λεχθέντων λόγων λέξεις βραχείας ἀφείλοντο ταύτας· [1]ἀπὸ τοῦ ξύλου. Εἰρημένου γὰρ τοῦ λόγου· Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου· ἀφῆκαν· [2]Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν. 295 Ἐν δὲ τοῖς ἔθνεσι περὶ οὐδενὸς ὡς θεοῦ καὶ κυρίου ἐλέχθη ποτὲ ἀπὸ τῶν τοῦ γένους ὑμῶν ἀνθρώπων ὅτι ἐβασίλευσεν, ἀλλ' ἢ περὶ τούτου μόνου τοῦ σταυρωθέντος, ὃν καὶ σεσῶσθαι ἀναστάντα ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, μηνύον ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος τοῖς τῶν ἐθνῶν θεοῖς· [3]ἐκεῖνα D γὰρ εἴδωλά ἐστι δαιμονίων. Ἀλλ' ὅπως τὸ λεγόμενον νοήσητε, τὸν πάντα ψαλμὸν ἀπαγγελῶ ὑμῖν. Ἔστι δὲ οὗτος· [4]Ἄισατε τῷ κυ-

8. Ἠσαΐου] Cf. Iesai. 53, 7.

9. Ἐμνήσθη ... αὐτοῦ] Hoc testimonium non exstat (cf. n. 1) in codicibus sacris; refertur ab Irenaeo adv. haeres. III. c. 20. §. 4 sub Iesaiae et IV. c. 22. §. 1 sub Ieremiae nomine. Sic autem priori loco: „*Et commemoratus est dominus sanctus Israel mortuorum suorum, qui dormierant in terra sepultionis: et descendit ad eos evangelizare salutem quae est ab eo, ut salvaret eos.*" Eumdem locum non sine aliqua scripturae discrepantia ac dissimulato prophetae nomine citat Irenaeus l. l. IV. c. 33. §. 1 et 12 atque V. c. 31. §. 1. Coll. 1 Petr. 3, 19 et 4, 6.

10. ἀπὸ Ἰσραὴλ] Congruentius fore cum interprete [Lango] legemus τῶν ἀπὸ Ἰσραὴλ (transposito articulo), nisi malis ὁ θεὸς Ἰσραὴλ vel ὁ θεὸς ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ (praepositione ἀπὸ vel expuncta vel in nomen ὁ ἅγιος versa), quae postrema lectio videtur esse verissima. *Sylburgius.* — Latina quoque Irenaei versio ll. cc. praebet *sanctus Israel.* Quapropter Grabius et Massuetus (ad l. III. c. 20) observant Irenaeum legisse ἅγιος Ἰσραὴλ pro eo quod mendose apud Iustinum legatur ἀπὸ Ἰσραήλ. Nam vox ΑΓΙΟΣ, quoad ultimam literam Σ abbreviata, a librario facile in ΑΠΟ poterat immutari. Eamdem emendationem Iebb., Thirlb., Maran. probant. Nondum tamen mutare ausus sum, vulgaris textus quum queat aliquatenus tolerari.

statuentes: et ipse ostenditur, quemadmodum etiam a Iesaia praenuntiatum est, velut ovis qui ad necem abducitur, et hoc loco velut agnus innocens designatur; quibus rebus in angustias coniecti ad blasphemias se convertunt. Haec etiam ex eiusdem Ieremiae dictis similiter reciderunt: *Recordatus est dominus deus mortuorum suorum ex Israele, qui obdormierunt in terra aggeris, et descendit ad eos ut evangelizaret iis salutare suum.*

73. Et ex psalmo nonagesimo quinto per Davidem edito perpaucas has voces abstulerunt: *a ligno.* Nam quum dictum fuisset: *Dicite in gentibus; Dominus regnavit a ligno: —* reliquerunt: *Dicite in gentibus: Dominus regnavit.* Nemo autem unquam ex genere vestro exstitit, de quo tamquam de deo et domino diceretur eum in gentibus regnasse, praeter hunc solum crucifixum, quem etiam resurgentem ex mortuis liberatum esse spiritus sanctus in eodem psalmo asserit, declarans eum diis gentium similem non esse; illi enim sunt simulacra daemoniorum. Sed ut quid dicatur intelligatis, totum psalmum vobis recitabo. Est autem hic: *Cantate domino*

11. *εὐαγγ.*] Maranus *ἀναγγελίσασθαι*, citra codicum auctoritatem.

1. *ἀπὸ τοῦ ξύλου*] Haec verba (cf. Apol. I. c. 41. n. 5) non a Iudaeis resecta sunt, sed ab aliquo Christiano addita. Comp. c. 72. n. 1 et 9. Potissimum autem a scriptoribus latinae ecclesiae solent usurpari. Tertullianus adv. Iud. c. 10: „Age nunc, si legisti penes prophetam in psalmis: *Dominus regnavit a ligno:* exspecto quid intelligas, ne forte lignarium aliquem regem significari putetis, et non Christum, qui exinde a passione crucis (vulgo *Christi*, Leopold. *ligni*) superata morte regnavit.“ Similiter laudant Ambrosius, Augustinus, Leo, Gregorius, alii. Sed, excepto hoc Iustini testimonio, apud Graecos vix ullum istorum verborum vestigium deprehenditur. Iebbius profert Barnabae Epist. c. 8: *ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ.* Citari etiam possunt (Maran.) aliquot veterum haereticorum scripta, de quibus sic loquitur Celsus apud Origen. l. VI. p. 298: *Πανταχοῦ δ' ἐκεῖ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον καὶ ἀνάστασις σαρκὸς ἀπὸ τοῦ ξύλου.* In quodam psalterii codice valde antiquo (ap. Parsons.) *ἀπὸ τῷ ξύλῳ* (sic) exstat.

2. *Εἴπατε ... ἐβασίλευσεν*] Ps. 95, 10.

3. *ἐκεῖνα ... δαιμονίων*] Adi n. 5.

4. *Ἄισατε ... αὐτοῦ*] Psalm. 95.

ρίῳ ᾆσμα καινόν, ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. Ἄισατε τῷ κυ-
ρίῳ καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέ-
ρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν
αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· ὅτι μέγας κύριος
καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι
πάντες [5] οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, ὁ δὲ κύριος τοὺς οὐρανοὺς
ἐποίησεν. Ἐξομολόγησις καὶ ὡραιότης ἐνώπιον αὐτοῦ, ἁγιωσύνη 299
καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ. [6] Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ,
αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν, ἐνέγ-
κατε τῷ κυρίῳ δόξαν ἐν ὀνόματι αὐτοῦ. Αἴρετε θυσίας καὶ εἰσπο-
ρεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ, προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ
ἁγίᾳ αὐτοῦ. Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Εἴ-
πατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν [7] ἀπὸ τοῦ ξύλου. Καὶ
γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· κρινεῖ
λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω
ἡ γῆ, σαλευθήσεται ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Χαρήσε- B
ται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα
τοῦ δρυμοῦ ἀπὸ προσώπου κυρίου, ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται κρῖ-
ναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ καὶ λαοὺς
ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ.

Καὶ ὁ Τρύφων· Εἰ μέν, ὡς ἔφης, εἶπε, [8] παρέγραψάν τι ἀπὸ τῶν γραφῶν οἱ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, θεὸς δύναται ἐπίστασθαι· ἀπίστῳ δὲ ἔοικε τὸ τοιοῦτον.

Ναί, ἔφην, ἀπίστῳ ἔοικε· φοβερώτερον γάρ ἐστι τῆς μοσχοποιΐας, [9] ἣν ἐποίησαν ἐπὶ γῆς μάννα πεπλησμένοι, καὶ τοῦ τὰ τέκνα θύειν τοῖς δαιμονίοις, ἢ τοῦ αὐτοὺς [10] τοὺς προφήτας ἀνῃ-

5. οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια] Supra legebatur ἐκεῖνα (dii gentilium) γὰρ εἴδωλά ἐστι δαιμονίων, quae verba ex duobus locis (Psalm. 95, 5 et 1 Parall. 16, 26) coaluere. Vide c. 55 n. 4. Quid igitur? Nostro loco non εἴδωλα δαιμονίων sed δαιμόνια habemus. An hoc librariis imputandum? „Fortasse," inquit Thirlbius, „psalmum integrum recitaturus, psalterium consuluit et quae ibi erant descripsit, oblitus eorum quae supra scripserat, atque eo pacto veram lectionem postea impressam in animo habuit. Quae tamen coniectura neutiquam satisfacit." Quum et infra cc. 79 et c. 88 (cf. de resurr. c. 5. p. 590. E) ista reperiatur lectio, non hic muto.

6. Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ, αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν] Sic non legisse

canticum novum, cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini eius; bene nuntiate de die in diem salutare eius. Adnuntiate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius: quia magnus dominus et laudabilis valde, terribilis est super omnes deos; quia omnes dii gentium daemonia, dominus autem coelos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius, sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino, patriae gentium, afferte domino gloriam et honorem, afferte domino gloriam in nomine eius. Tollite hostias et introite in atria eius, adorate dominum in atrio sancto eius. Commoveatur a facie eius omnis terra. Dicite in gentibus: Dominus regnavit a ligno. Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur; iudicabit populos in aequitate. Laetentur coeli et exsultet terra, commoveatur mare et plenitudo eius. Gaudebunt campi et omnia quae in iis sunt, exsultabunt omnia ligna silvae a facie domini: quia venit, quia venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrae in iustitia et populos in veritate sua.

Atque Trypho: An, ut asseris, aiebat, aliquid ex scripturis principes populi deleverint, deus potest scire; videtur autem id incredibile.

Sane, inquiebam, incredibile videtur; est enim horribilius quam quod ab iis commissum est, quum vitulum conflarunt manna in terra expleti, quumque filios immolarunt daemoniis, aut quum ipsos prophetas occiderunt. Sed iam,

videtur Iustinus in hoc psalmo. Cf. c. 74 et ibid. n. 5.

7. *ἀπὸ τοῦ ξύλου*] Mirum cur haec verba non adiiciantur in codd. mstis et editis. Nempe supra contendit Iustinus legendum esse *ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου*, eamque ob causam psalmum recitat. Quare haud dubium quin hic eadem legerit ratione, praesertim quum et in Apol. I. c. 41 *ἀπὸ τοῦ ξύλου* addat. Ista verba exciderunt culpa librariorum.

8. *παρέγραφαν*] Codd. msti in margine *περιέγραφαν*. Et hoc legi Sylburg., Iebb., Thirlb. volunt; sed consulas c. 71. n. 7.

9. *ἦν*] Codd. msti in marg. *ἦς*.

10. *τοὺς*] Deest apud Maranum.

ρηκέναι. Ἀλλὰ δή, ἔφην, [11] μοι νομίζεσθε μηδὲ ἀκηκοέναι ἃς εἶπον περὶ τοῦ κεκλοφέναι αὐτοὺς γραφάς· [12] ὑπὲρ αὐταρκείας C
γὰρ αἱ τοσαῦται προανιστορημέναι εἰσὶν εἰς ἀπόδειξιν τῶν ζητηθέντων, μετὰ τῶν λεχθήσεσθαι μελλόντων, παρ' [13] ὑμῖν παραπεφυλαγμένων.

74. Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη· Ὅτι δι' ἡμᾶς ἀξιώσαντας ἀνιστόρησας αὐτάς, ἐπιστάμεθα. Περὶ δὲ τοῦ ψαλμοῦ τούτου, ὃν τελευταῖον ἔφης ἀπὸ τῶν Δαυὶδ λόγων, οὐ δοκεῖ μοι εἰς ἄλλον τινὰ εἰρῆσθαι ἀλλ' εἰς τὸν πατέρα, τὸν καὶ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὴν γῆν ποιήσαντα· σὺ δ' αὐτὸν φῂς εἰς τὸν παθητὸν τοῦτον, ὃν καὶ Χριστὸν εἶναι σπουδάζεις ἀποδεικνύναι, εἰρῆσθαι.

Καὶ ἀπεκρινάμην· Διὰ λέξεως, [1] ἣν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τούD
τῳ τῷ ψαλμῷ ἀνεφθέγξατο, νοήσατε λέγοντός μου, παρακαλῶ, καὶ γνώσεσθε οὔτε κακῶς με λέγειν οὐθ' [2] ὑμᾶς ὄντως κεκηλῆσθαι· οὕτως γὰρ ἂν καὶ πολλὰ ἄλλα νοῆσαι τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρημένων καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι δυνήσεσθε. [3] Ἄισατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν, ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. Ἄισατε τῷ κυρίῳ καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον [4] αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Ὡς [5] τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων ᾄδοντας καὶ ψάλλοντας 300
τοὺς ἀπὸ πάσης τῆς γῆς γνόντας τὸ σωτήριον τοῦτο μυστήριον, τουτέστι τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τούτους ἔσωσεν, ἐνδιάγοντας κελεύει, ἐπιγνόντας ὅτι καὶ αἰνετὸς καὶ φοβερὸς καὶ ποιητὴς τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὁ τοῦτο τὸ σωτήριον ὑπὲρ τοῦ ἀνθρω-

11. μοι] Coniecerunt Thirlbius μὴ et Sylburgius νομίζετε legi posse. — Verba quae sequuntur struas sic: ἀκηκοέναι ἃς εἶπον γραφὰς περὶ etc., vel: ἀκηκοέναι περὶ τοῦ κεκλ. αὐτοὺς γραφὰς ἃς εἶπον. Lubenter (Pearson.) ἃ pro ἃς scripserim. Istae enim voculae interdum confunduntur: c. 68. n. 18. Quum vero vulgata bene habeat, quid opus est emendare? Thirlbius commendavit ἃς εἶπον περικεκοφέναι, vel (in Add.) παρακεκλοφέναι, αὐτοὺς γραφάς.

12. ὑπὲρ αὐταρκείας] Thirlbius ὑπεραυταρκεῖς malebat, et mox μελλουσῶν pro μελλόντων.

13. ὑμῖν] Codd. msti et editi ἡμῖν. Mendose. C. 71. p. 297. C: ἐκ τῶν ὁμολογουμένων ἔτι παρ' ὑμῖν τὰς ζητήσεις ποιεῖν ἔρχομαι. C. 120. p. 349. A: οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν γραφῶν ... τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν.

1. ἣν] Thirlbius vult ἃ legi.

inquiebam, mihi videmini prorsus non audivisse scripturas quas dixi furto ab iis sublatas esse; satis enim superque sufficiunt ad demonstrationem eorum quae in quaestionem veniunt tot antea allatae scripturae, praeter eas quae, apud vos servatae, deinceps proferentur.

74. Hic Trypho dixit: Rogatu nostro eas a te recitatas esse scimus. At psalmus ille, quem postremum ex Davidis dictis recitasti, non videtur mihi in alium dictus esse nisi in patrem, qui et coelos et terram fecit; tu vero eum contendis in istum perpessionibus obnoxium, quem et Christum esse conaris demonstrare, dictum esse.

Et respondi: Locutionem, quam spiritus sanctus in hoc psalmo protulit, adhibenti mihi animum advertite, quaeso, et videbitis nec me improbe dicere nec vos prorsus lactatos fuisse; sic enim et multa alia ex spiritus sancti dictis per vos ipsi, quum a me discesseritis, intelligere poteritis. *Cantate domino canticum novum, cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini eius; bene nuntiate de die in diem salutare eius, in omnibus populis mirabilia eius.* Ut deo et patri universorum canere et psallere perseverent iis praecipit qui ex omni terra cognoverunt salutare hoc mysterium, id est passionem Christi, per quam deus eos salvavit: quandoquidem agnoverint laudabilem et terribilem et conditorem coeli et terrae eum esse a quo hoc salutare pro genere

2. *ὑμᾶς*] Melius profecto *ἡμᾶς*, ut initio Dialogi c. 9, ubi Iustinus probaturum se pollicetur Christianos non vanis, ut dixerat Trypho, credidisse sermonibus. *Maranus.* — Verum enim vero contextus bene habere videtur.

3. *Ἄισατε . . . αὐτοῦ*] Psalm. 95, 1—3.

4. *αὐτοῦ*] Apud Septuaginta sequitur et apud Iustinum supra c. 73 *ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ.* Haec verba scribae culpa (ob *αὐτοῦ* repetitum) intercidisse hic videntur. Vide Apol. I. c. 41. n. 2.

5. *τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων*] Non legebat Iustinus in hoc psalmo: *Afferte domino, patriae gentium* [vide c. 73. n. 6], sed ut habemus in Apol. I. c. 41 [n. 4]: *Δότε* [sive *ἐνέγκατε*] *τῷ κυρίῳ, τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων, δόξαν.* Non dubium quin ita legerit Iustinus, cum primam huius psalmi partem patri attribuat, ad filium autem ista referat: *Dominus regnavit a ligno. Maranus* (in Add.).

*πείου γένους ποιήσας, τὸν καὶ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἀποθνήσκοντα [6] καὶ βασιλεύειν πάσης τῆς γῆς κατηξιωμένον ὑπ' αὐτοῦ, [7] ὡς καὶ διὰ *** [8] τῆς γῆς, εἰς ἣν οὗτος εἰσπορεύεται εἰς αὐτήν, καὶ ἐγκαταλείψουσι με, καὶ διασκεδάσουσι τὴν διαθήκην μου, [9] ἣν* B *διεθέμην αὐτοῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ καταλείψω αὐτοὺς καὶ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν· καὶ ἔσται κατάβρωμα, καὶ εὑρήσουσιν αὐτὸν κακὰ πολλὰ καὶ θλίψεις. Καὶ ἐρεῖ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Διότι οὐκ ἔστι κύριος ὁ θεός μου ἐν ἡμῖν, [10] εὗροσάν με τὰ κακὰ ταῦτα. Ἐγὼ δὲ ἀποστροφῇ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, διὰ πάσας τὰς κακίας ἃς ἐποίησαν, ὅτι ἐπέστρεψαν ἐπὶ θεοὺς ἀλλοτρίους.*

6. *καὶ βασιλεύειν*] Sententiae seriem perspicere operae pretium est. Cum moleste ferret Trypho, quod psalmus: *Cantate domino canticum novum, cantate domino omnis terra* — ad Christum referretur, ita rem temperat Iustinus, ut partim patri, partim filio psalmum hunc tribuat. Nam deo patri, qui est laudabilis et terribilis et coelos fecit, gratias agi declarat, quod salutare suum constituerit, nempe filium crucifixum et resuscitatum et regnantem in universa terra. Itaque ad patrem refert primam psalmi partem; alteram autem, nempe: *Dominus regnavit a ligno* etc., filio reservat. *Maranus.*

7. *ὡς καὶ διὰ *** τῆς γῆς*] Codd. msti *ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς* etc., quasi omnia bene cohaereant. At enimvero aliquid deesse nemo non videt. Itaque Langus existimat „primum a Iustino hic absolutam esse psalmi 95 expositionem, deinde post digressionem de mutilatis per Iudaeos scripturae locis resumtum esse Iesaiae oraculum de Christo e virgine nato, tum in sequenti Mosis loco ex Deuteron. c. 31 actum esse de Israelis in terram promissam inductione per cognominem Christo Iesum, Navae filium, ac primum quidem de illius Iesu transnominatione dictum esse, deinde de populi defectione.“ Sed haec Langi opinio est mere commenticia, nihil quum sit quo probari queat. Sylburgius quoque, Grabius (Spicil. SS. PP. sec. II. p. 161 sq.), Iebbius, Thirlbius, Gallandius multa hic excidisse putant, et inter ea finem colloquii prioris initiumque posterioris. Etenim disputationem cum Tryphone per biduum habitam fuisse constat ex c. 78. p. 304. A, c. 85. p. 311. D. 312. B, c. 92. p. 320. B, c. 94. p. 322. B, c. 118. p. 346. C; idem testatur Ioannes Damasc. Sacr. Parall. (Opp. ed. Lequien. Tom. II) p. 754 locum excitans *ἐκ τοῦ πρὸς Τρύφωνα β' λόγου*, h. e. *ex secunda Dialogi parte.* Similiter p. 357 ad marginem. Marano vero pauca tantum deesse videntur. „1°. Semper Iustinus versatur in ea digressione, ad quam eum vocaverat Trypho, nec redit ad propositum, id est ad explicationem huius prophetiae: *Ecce virgo*, nisi c. 77. 2°. Quidquid disserit usque ad c. illud 77 eo spectat, ut probetur Christum esse dominum regnantem a ligno.

humano factum est, ille videlicet qui, postquam cruci affixus et mortuus est, regno omnis terrae ab eo donatus est, quemadmodum et per *** ***terrae, in quam hic ingreditur, et derelinquent me, et dissipabunt foedus meum, quod pepigi cum iis die illo. Et derelinquam eos et avertam faciem meam ab iis; et erit esca, et invenient eum mala multa et tribulationes. Et dicet die illo: Quoniam non est dominus meus in nobis, invenerunt me mala haec. Ego autem avertendo avertam faciem meam ab iis die illo, propter omnia mala quae fecerunt, quoniam abierunt ad deos alienos.***

Hinc sub finem c. 76 concludit Iustinus prophetas praedixisse Christum passurum et postea regnaturum. 3°. Eodem spectant duo illa testimonia psalmo *Cantate* subiuncta, quorum in primo fit mentio de terra promissa, in quam Iudaei introducti sunt; in altero deus, qui hanc terram dedit, nomen suum Iesum esse declarat. Haec autem testimonia non alio tendunt, nisi ut probetur in Christo humilitas carnis et maiestas regni. Unde statim addit Iustinus eum, qui regnum accipit aeternum, a Daniele *tamquam filium hominis* vocari. Quare non plura hoc loco deesse crediderim, quam quae Iustinus dicere solet cum ab uno testimonio ad aliud transit; desunt etiam priora verba testimonii ex Deuteronomio petiti. Atque in hunc modum videtur lacuna expleri posse: *ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς, εἰς ἣν ἔφη εἰσάξειν τοὺς πατέρας ὑμῶν, φαίνεται. Ἔφη δὲ οὕτως* — h. e. *quemadmodum et per terram perspicitur, in quam se introducturum dixit patres vestros.* Verba autem scripturae sic explenda: *Οὗτος ὁ λαὸς ἐκπορνεύσει ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων τῆς γῆς.* Videtur repetitio harum vocum τ ῆ ς γ ῆ ς locum errandi librariis dedisse." Non sane inde a c. 70. p. 296. B, ubi de mithriacis sacris loquitur, usque ad c. 78. p. 304. A, ubi hesterna sacrorum illorum commemoratio in gratiam eorum repetitur qui pridie non adfuerant, disputatio videtur interrumpi potuisse. Sis vide librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 25. „Sic", inquit Maranus in Praefat. p. XCI, „totum Dialogum pertexuit Iustinus, ut intermissionis illius, quam nox attulit, nullam prorsus rationem habeat, sed omnia eadem serie comprehendat: sive id commodius ei visum est, nec lectorem rei non necessariae narratione interpellare voluit, sive non omnia eodem ordine quo fuerant disputata retulit, sed ut memoriam subibant vel ut ad certa quaedam genera revocari poterant."

8. *τῆς γῆς ... ἀλλοτρίους*] Deuteron. 31, 16—18.

9. *ἣν διεθ. αὐτοῖς*] Septuaginta addunt: *καὶ ὀργισθήσομαι θυμῷ εἰς αὐτούς.* Forsitan (Thirlb.) haec nostro etiam loco refingenda sunt.

10. *εὕροσάν*] Stephan., Sylburg., Morell. *εὕρησάν.*

75. Ἐν δὲ τῷ βιβλίῳ τῆς Ἐξόδου, ὅτι [1] αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ καὶ Ἰησοῦς ἦν, ὅ λέγει [2] τῷ Ἀβραὰμ μὴ δεδηλῶσθαι μηδὲ τῷ Ἰακώβ, διὰ Μωυσέως ἐν μυστηρίῳ ὁμοίως ἐξηγγέλθη, καὶ ἡμεῖς C νενοήκαμεν. Οὕτως δὲ εἴρηται· [3] Καὶ εἶπε κύριος τῷ Μωυσεῖ· Εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ἵνα φυλάσσῃ σε ἐν τῇ ὁδῷ, ὅπως εἰσαγάγῃ σε εἰς τὴν γῆν ἣν ἡτοίμασά σοι. Πρόσεχε [4] αὐτῷ καὶ εἰσάκουε αὐτοῦ, μὴ ἀπείθει αὐτῷ. Οὐ γὰρ μὴ ὑποστείληταί σε· τὸ γὰρ ὄνομά μού ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. Τίς οὖν εἰς τὴν γῆν εἰσήγαγε τοὺς πατέρας [5] ὑμῶν; Ἤδη ποτὲ νοήσατε [6] ὅτι ὁ ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ ἐπονομασθεὶς Ἰησοῦς, πρότερον Αὐσῆς καλούμενος. Εἰ γὰρ τοῦτο νοήσετε, καὶ ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ [7] τοῦ εἰπόντος τῷ Μωυσεῖ· τὸ γὰρ ὄνομά μού D ἐστιν ἐπ' αὐτῷ· Ἰησοῦς ἦν, ἐπιγνώσεσθε. Καὶ γὰρ καὶ Ἰσραὴλ 301 αὐτὸς ἦν [8] καλούμενος, καὶ τὸν Ἰακὼβ τούτῳ τῷ ὀνόματι ὁμοίως μετωνομάκει. Ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ ἀπόστολοι τοῦ θεοῦ λέγονται οἱ ἀγγέλλειν τὰ παρ' αὐτοῦ ἀποστελλόμενοι προφῆται, ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δεδήλωται. Λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ Ἡσαΐας· [9] Ἀπόστειλόν με. Καὶ ὅτι προφήτης ἰσχυρὸς καὶ μέγας γέγονεν ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, φανερὸν πᾶσίν ἐστιν. Εἰ οὖν ἐν τοσαύταις μορφαῖς οἴδαμεν πεφανερῶσθαι [10] τὸν θεὸν ἐκεῖνον τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακὼβ καὶ 301 τῷ Μωυσεῖ, πῶς ἀποροῦμεν καὶ ἀπιστοῦμεν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων βουλὴν καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν διὰ παρθένου γεννηθῆναι μὴ δεδυνῆσθαι, καὶ ταῦτα ἔχοντες γραφὰς [11] τοσαύτας, ἐξ ὧν συν-

1. αὐτοῦ τὸ ὄνομα τ. θεοῦ καὶ Ἰησοῦς ἦν etc.) Tertullianus adv. Marc. IV. c. 7: „Nam et prophetam meminerat sanctum dei praedicasse, et Iesum nomen dei esse in filio Nave."

2. τῷ Ἀβρ. μὴ δεδηλ.] Censet Perionius adiiciendum esse μηδὲ τῷ Ἰσαὰκ ob Exod. 6, 2. 3, quem ad locum Iustinus respicit. Idem et δηλῶσαι legi posse dicit. Cf. c. 59. n. 1.

3. Καὶ εἶπε ... αὐτῷ] Exod. 20, 22 et 23, 20. 21.

4. αὐτῷ] Aliis fortasse placet legere αὐτῷ vel rectius ἑαυτῷ (scilicet haec forma Iustino solemnis est) = σεαυτῷ. Non muto. Cyprian.: *Observa eum.* Tertullian.: *Intende illi.*

5. ὑμῶν; Ἤδη] Ita Thirlbius bene interpunxit. Caeteri ὑμῶν, ἤδη. Ad ὅτι supple εἰσήγαγε.

6. ὅτι ... καλούμενος] Similiter saepe Iustinus: cc. 106. 113. 132. Tertullianus adv. Marc. III. c. 16: „Cum successor Moysi destinaretur Auses filius Nave, transfertur certe de pristino nomine et incipit vocari Iesus. ... Etiam nomi-

75. In libro autem Exodi nomen ipsius dei, quod neque Abrahamo neque Iacobo declaratum dicit, etiam Iesum fuisse, Moses arcane similiter pronuntiavit, nosque intelleximus. Sic autem dictum est: *Et dixit dominus Mosi: Dic populo isti: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in via, ut introducat te in terram quam paravi tibi. Animum adverte ad eum et audi eum, ne rebella ei. Non enim dimittet te; nomen enim meum est in eo.* Quis igitur in terram introduxit patres vestros? Iam tandem considerate illum fuisse qui hoc nomine cognominatus est Iesus, quum antea Auses vocaretur. Nam si id consideraveritis, intelligetis quoque nomen eius qui dixit Mosi: *nomen enim meum est in eo:* Iesum fuisse. Etenim et Israel ipse vocabatur, et Iacobo hoc cognomen similiter imposuit. Angelos autem et apostolos dei dici prophetas, qui ad nuntianda eius mandata mittuntur, in Iesaia declaratur. Dicit enim ibi Iesaias: *Mitte me.* Et prophetam fortem ac magnum fuisse eum, qui Iesu cognomen accepit, omnibus perspicuum est. Quodsi in tot formis scimus deum illi Abrahamo et Iacobo et Mosi visum esse, cur haeremus incerti nec credere volumus eum secundum voluntatem patris universorum etiam hominem ex virgine nasci potuisse, praesertim quum tot scripturas habeamus, ex quibus aperte

nis dominici inauguratus est figura, Iesus cognominatus. Hoc nomen ipse Christus suum iam tunc esse testatus est, cum ad Moysen loquebatur ...: *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*" etc.. Adv. Iud. c. 9. Lactantius Institt. divin. IV. c. 17: „Christi figuram gerebat ille Iesus. Qui quum primum Auses vocaretur, Moyses futura praesentiens iussit eum Iesum vocari" etc.. Adde Barnab. Epist. c. 12, Clement. Paedag. I. c. 7. §. 60, Euseb. Hist. eccl. I. c. 3, Cyrill. c. Iul. VIII (Opp. ed. Aubert. Tom. VI) p. 281. — Pro *τούτῳ* Langus legit *τούτου*.

7. *τοῦ*] Vulgo male omissum.

8. *καλούμενος*] Scil. Christus. Vide c. 125. p. 354.

9. *Ἀπόστειλόν με*] Iesai. 6, 8.

10. *τὸν θεὸν*] Fortasse *θεὸν* sine articulo. Cf. c. 56. n. 16. — Sylburg. pro *ἐκείνῳ* mallet *ἐκεῖνον*.

11. *τοσαύτας*] Vulgo *τοιαύτας*. Inepte. C. 68: *εἰ δὲ γραφὰς καὶ εἰς τοῦτο εἰρημένας τοσαύτας*. Ibid.: *διὰ τῶν τοσούτων γραφῶν*. C. 100: *περὶ οὗ τὰς τοσαύτας γραφὰς ἀπεδείξαμεν εἰρῆσθαι*. Sic saepenumero legitur.

νοῆσαι ἔστι διαῤῥήδην ὅτι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν καὶ τοῦτο γέγονεν;

76. Ὅταν γὰρ [1] ὡς υἱὸν ἀνθρώπου λέγῃ Δανιὴλ τὸν παραλαμβάνοντα τὴν αἰώνιον βασιλείαν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο αἰνίσσεται; [2] Τὸ γὰρ ὡς υἱὸν ἀνθρώπου εἰπεῖν, φαινόμενον μὲν καὶ γενόμενον ἄνθρωπον μηνύει, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνου δὲ σπέρματος ὑπάρχοντα δηλοῖ. Καὶ τὸ [3] λίθον τοῦτον εἰπεῖν ἄνευ χειρῶν τμηθέντα, B
ἐν μυστηρίῳ τὸ αὐτὸ κέκραγε· τὸ γὰρ ἄνευ χειρῶν εἰπεῖν αὐτὸν ἐκτετμῆσθαι, [4] ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον ἔργον, ἀλλὰ τῆς βουλῆς τοῦ προβάλλοντος αὐτὸν πατρὸς τῶν ὅλων θεοῦ. Καὶ τὸ Ἡσαΐαν 302
φάναι· [5] Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ἀνεκδιήγητον ἔχοντα τὸ γένος αὐτὸν ἐδήλου· οὐδεὶς [6] γάρ, ἄνθρωπος ὢν ἐξ ἀνθρώπων, ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος. Καὶ τὸ τὸν Μωυσέα εἰπεῖν [7] πλυνεῖν αὐτὸν τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς, οὐχ ὃ καὶ ἤδη [8] πολλάκις πρὸς ὑμᾶς παρακεκαλυμμένως [9] πεπροφητευκέναι αὐτὸν εἶπον ἔστιν, ὅτι αἷμα μὲν ἔχειν αὐτὸν προεμήνυεν, ἀλλ' οὐκ ἐξ C
ἀνθρώπων, ὃν τρόπον τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος ἐγέννησεν ἀλλ' ὁ θεός; Καὶ Ἡσαΐας δὲ [10] μεγάλης βουλῆς ἄγγελον αὐτὸν εἰπών, οὐχὶ τούτων ὧνπερ ἐδίδαξεν ἐλθὼν διδάσκαλον αὐτὸν [11] γεγενῆσθαι προεκήρυσσεν; Ἃ γὰρ μεγάλα ἐβεβούλευτο ὁ πατὴρ εἴς τε πάντας τοὺς εὐαρέστους γενομένους αὐτῷ καὶ γενησομένους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς ἀποστάντας τῆς βουλῆς αὐτοῦ ὁμοίως ἀνθρώπους ἢ ἀγγέλους, οὗτος μόνος ἀπαρακαλύπτως ἐδίδαξεν, εἰπών· [12] Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐ- D
ρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Καί· [13] Πολλοὶ ἐροῦσί μοι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Κύριε κύ-

1. ὡς υἱὸν ἀνθρώπου etc.] Dan. 7, 13. 14.

2. Τὸ ... εἰπεῖν] Tales accusativi absolute positi deinceps quoque occurrunt; cf. c. 54. n. 2. — Sine causa Sylburgius mox λεγόμενον pro γενόμενον admisit.

3. λίθον ... τμηθ.] Dan. 2, 34.

4. ὅτι] Reponendum est aut supplendum saltem ex antecedentibus δηλοῖ vel μηνύει vel simile quidpiam. — De verbo προβάλλειν Apol. I. c. 21. n. 2 legas.

5. Τὴν ... διηγήσ.] Iesai. 53, 8.

6. γάρ] Mallet Thirlbius δέ. Nolo ipsum corrigere Iustinum.

7. πλυνεῖν ... σταφυλῆς] Genes. 49, 11. — Vulgo minus belle πλύνειν scribitur; cf. c. 63. n. 5. Et mox Stephan. et Sylburg. per-

intelligere licet id quoque secundum patris voluntatem factum esse?

76. Quando enim *tamquam filium hominis* Daniel eum dicit qui aeternum accipit regnum, nonne id ipsum innuit? Nam quod *tamquam filium hominis* dicit, hominem quidem eum visum et factum esse significat, non autem ex humano semine exsistere declarat. Et quod eum dicit *lapidem sine manibus abscissum*, arcane idem clamavit; nam quod eum *sine manibus abscissum esse* dicit, significat eum non esse hominum opus, sed voluntatis patris qui eum produxit universorum dei. Et quod Iesaias dicit: *Generationem eius quis enarrabit?* genus eum inenarrabile habere demonstrat; nam nemo est qui, quum homo sit ex hominibus, genus habeat inenarrabile. Et quod Moses dicit *suam eum stolam in sanguine uvae lavaturum*, nonne id significat quod iam saepe memoravi ad vos arcane ab eo praenuntiatum esse: scilicet significatum ab eo esse sanguinem quidem illi inesse, verum non ex hominibus, quemadmodum uvae sanguinem non homo generavit sed deus? Et quod Iesaias eum *magni consilii angelum* dicit, nonne eorum quae adveniens docuit magistrum eum et doctorem factum esse praenuntiabat? Magna enim patris consilia tum in omnes, qui ipsi placuerant et placituri erant, homines, tum in desciscentes ab eius voluntate homines pariter et angelos, hic solus aperte docuit, dicens: *Venient ab oriente et occidente, et recumbent cum Abrahamo et Isaaco et Iacobo in regno coelorum; filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Et: *Multi dicent mihi die illo: Domine*

peram *αὐτοῦ* edidere pro *αὐτοῦ*.

8. *πολλάκις*] Cf. cc. 54 et 63.

9. *πεπροφητευκέναι*] Sic Reg. in margine habet, sed in textu *προπεφητευκέναι*, id quod etiam Clar. in margine praebet. Editores omnes recte (cc. 77. 84 et saepius) *πεπροφητ.* orationi inseruerunt.

10. *μεγάλης βουλῆς ἄγγελον*] Iesai. 9, 6.

11. *γεγενῆσθαι*] Futuro quoque tempore legi potest *γενήσεσθαι*. *Sylburgius*.

12. *Ἥξουσιν . . . ἐξώτερον*] Matth. 8, 11. 12. — Verba *καὶ δυσμῶν* desunt male in editione Maranea.

13. *Πολλοὶ ... ἐμοῦ*] Luc. 13, 26 et Matth. 7, 22. 23.

ρισ, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ προεφητεύσαμεν
καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν; Καὶ ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀναχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ.
Καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις, οἷς καταδικάζειν τοὺς ἀναξίους μὴ σώζεσθαι
[14]μέλλει, ἔφη ἐρεῖν· |[15]Ὑπάγετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὃ ἡτοί- 303
μασεν ὁ πατὴρ τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἐν
ἑτέροις λόγοις ἔφη· [16]Δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν καταπατεῖν ἐπάνω
ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ σκολοπενδρῶν καὶ ἐπάνω πάσης δυνά- 302
μεως τοῦ ἐχθροῦ. Καὶ νῦν ἡμεῖς, οἱ πιστεύοντες ἐπὶ τὸν σταυ-
ρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου Ἰησοῦν κύριον ἡμῶν, τὰ δαιμόνια
πάντα καὶ πνεύματα πονηρὰ ἐξορκίζοντες ὑποτασσόμενα ἡμῖν ἔχο-
μεν. [17]Εἰ γὰρ [18]διὰ τῶν προφητῶν παρακεκαλυμμένως κεκήρυ-
κτο παθητὸς γενησόμενος ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ ταῦτα πάντων κυ-
ριεύσων, [19]ἀλλ' οὖν γε ὑπ' οὐδενὸς νοεῖσθαι ἐδύνατο, μέχρις αὐ-
τὸς ἔπεισε τοὺς ἀποστόλους ἐν ταῖς γραφαῖς ταῦτα κεκηρύχθαι
διαῤῥήδην. Ἐβόα γὰρ πρὸ τοῦ σταυρωθῆναι· [20]Δεῖ τὸν υἱὸν
τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν γραμ- B
ματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ σταυρωθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνα-
στῆναι. Καὶ Δαυὶδ δὲ [21]πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης ἐκ γαστρὸς γεν-
νηθήσεσθαι αὐτὸν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ἐκήρυξε, καὶ
JB [22]θεὸν ἰσχυρὸν καὶ προσκυνητόν, [23]Χριστὸν ὄντα, ἐδήλωσε.

77. Καὶ ὁ Τρύφων εἶπεν· Ὅτι μὲν [1]οὖν καὶ τοιαῦτα καὶ
τοσαῦτα ἱκανὰ δυσωπῆσαί ἐστι, σύμφημί σοι· ὅτι δὲ ἀπαιτῶ σε
τὸν λόγον, [2]ὃν πολλάκις προεβάλλου, ἀποδεῖξαι, εἰδέναι σε βού-

14. μέλλει] Hoc ad καταδικάζειν pertinet. In codd. mstis et editis male μέλλειν exstat, qui infinitivus modus a scriba ob sequens ἔφη inductus est. Vide c. 61. n. 8, coll. c. 70. n. 17.

15. Ὑπάγετε ... αὐτοῦ] Matth. 25, 41.

16. Δίδωμι ... ἐχθροῦ] Luc. 10, 19.

17. Εἰ γὰρ] Fortasse legendum εἰ καὶ γάρ, aut εἰ γὰρ eo sensu intelligendum. *Thirlbius.*

18. διὰ ... Χριστὸς] Coll. Actt. apost. 26, 22. 23.

19. ἀλλ' οὖν γε etc.] Probare pergit Christum esse *magni consilii angelum* et ab eo homines maximarum rerum cognitionem accepisse. Similia disserit Irenaeus adv. haer. IV. c. 26. §. 1. *Maranus.* — De formula ἀλλ' οὖν γε (cc. 82. 93) cf. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 16 sq..

20. Δεῖ ... ἀναστῆναι] Marc. 8, 31 et Luc. 9, 22.

21. πρὸ ἡλίου ... αὐτὸν] Ps. 109, 3 et 71, 5. 17. Similiter supra c. 63: Καὶ τὰ ὑπὸ Δαυὶδ εἰρημένα· Ἐν ταῖς λαμπρ. τ. ἁγ. σου, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά

domine, nonne in nomine tuo edimus et bibimus et prophetavimus et daemonia eiecimus? Et dicam iis: Discedite a me. Et aliis verbis, quibus indignos qui salventur condemnaturus est, declaravit se dicturum: *Abite in tenebras exteriores, quas paravit pater satanae et angelis eius.* Et rursus aliis verbis ait: *Do vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et scolopendras et super omnem vim inimici.* Et nunc nos, qui in crucifixum sub Pontio Pilato Iesum dominum nostrum credimus, daemonia omnia et spiritus malos adiurando potestati nostrae subiectos habemus. Quamvis enim tecte per prophetas praedicatum fuisset Christum esse passurum ac postea omnibus imperaturum, id tamen a nemine intelligi poterat, donec ipse apostolis persuasit haec in scripturis diserte esse praedicata. Clamabat enim ante quam cruci affigeretur: *Oportet filium hominis multa pati et reiici a scribis et Pharisaeis, et crucifigi et tertio die resurgere.* Ac David praedicavit *eum ante solem et lunam ex utero genitum iri* secundum patris voluntatem, eumque, quum Christus sit, deum fortem et adorandum esse declaravit.

77. Et Trypho dixit: Equidem tibi assentior inesse tot ac tantis rationibus satis momenti ad persuadendum; sed scias velim me a te effatum, quod saepe te demonstraturum pollicitus

σε (ψ′ 109) . . . *οὐ σημαίνει ὑμῖν ὅτι ἄνωθεν* (hoc videtur respondere verbis illis *πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης*: ψ′ 71) *καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ θεὸς ... γεννᾶσθαι αὐτὸν ἔμελλε;* At Christus non est ex Maria genitus ante solem et lunam sive ante luciferum. Illud ergo *ἐγέννησά σε* (Maran.) idem esse Iustinus existimabat ac *gignere decrevi*. Apertius Tertullianus adv. Marc. V. c. 9 Christum ex utero Mariae genitum dicit *ante luciferum:* quod nocte editus sit.

22. *θεὸν ... προσκυν.*] Psalm. 18, 5 (c. 69. p. 295. A: n. 5). — 44, 12 (c. 63. p. 287. B: n. 17), 71, 11 (c. 34. p. 252. E).

23. *Χριστὸν ὄντα*] Psalm. 44, 7: *Ἔχρισέ σε ὁ θεός* — quae verba Martyr de divina virtute intellexit, qua praeditus est Christus a patre coelesti. Cf. Apol. II. c. 6. n. 6.

1. *οὖν*] Omisit Maranus errore.

2. *ὃν*] In codd. mstis et editis *λόγον ὧν πολλ. προεβάλλου ἀποδεῖξαι* legitur, ut *ἀποδεῖξαι* non ab *ἀπαιτῶ* sed a *προεβάλλου* pendeat. Hanc vulgarem lectionem falsam esse

λομαι. [3] Περαίωσον οὖν καὶ αὐτὸν ἡμῖν, ἵνα ἴδωμεν καὶ ὡς C
ἐκεῖνον εἰς Χριστὸν τοῦτον τὸν ὑμέτερον ἀποδεικνύεις εἰρῆσθαι·
ἡμεῖς γὰρ εἰς Ἐζεκίαν αὐτὸν λέγομεν πεπροφητεῦσθαι. 304

Κἀγὼ ἔφην· Ὡς [4] βούλεσθε, καὶ τοῦτο πράξω· ἀποδείξατε
δέ μοι ὑμεῖς πρῶτον ὅτι εἰς τὸν Ἐζεκίαν εἴρηται, [5] ὅτι, πρὶν
ἢ γνῶναι αὐτὸν καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, ἔλαβε δύναμιν Δαμα-
σκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. [6] Οὐ
γὰρ ὡς βούλεσθε ἐξηγεῖσθαι συγχωρηθήσεται ὑμῖν, ὅτι Ἐζεκίας
ἐπολέμησε τοῖς ἐν Δαμασκῷ ἢ ἐν Σαμαρείᾳ ἔναντι βασιλέως Ἀσ-
συρίων. [7] Πρὶν ἢ γὰρ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μη-
τέρα, ὁ προφητικὸς λόγος ἔφη, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ D
σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. Εἰ γὰρ μὴ μετὰ
προσθήκης ταῦτα εἶπε τὸ προφητικὸν πνεῦμα· Πρὶν ἢ γνῶναι
τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ
καὶ σκῦλα Σαμαρείας, ἀλλὰ μόνον εἰρήκει· Καὶ τέξεται υἱὸν καὶ
λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας, ἐδύνασθε λέ-
γειν· Ἐπειδὴ προεγίνωσκεν ὁ θεὸς μέλλειν αὐτὸν λήψεσθαι ταῦ-
τα, προειρήκει. [8] Νῦν δὲ μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης εἴρηκεν
ἡ προφητεία· Πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μη-
τέρα λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας. Καὶ οὐ- 303
δενὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις ποτὲ συμβεβηκέναι τοῦτο ἀποδεῖξαι ἔχετε,

iam ex iis quae statim sequuntur, αὐτὸν (Περαίωσον οὖν καὶ αὐτὸν ἡμῖν — ac paulo post: αὐτὸν λέγομεν) et ἐκεῖνον, facile est intellectu. Illa autem verba, λόγον ὃν πολλ. προεβάλλου, accipienda sunt de effato Iesai. 7, 14: Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται. Etenim Iustinus, quum c. 71 verba ista aliter a Iudaeis reddi contendisset, a Tryphone interpellatur, rogante ut ex scripturae testimoniis, quae deleta fuisse dixerit, nonnulla saltem proferat. Quo facto Iudaeus hîc (c. 77) se victum esse confessus petit a Martyre ut iam prius inceptam explicationem illius oraculi (λόγου) proponat, h. e. ut id demonstret de Christo dictum esse. Orationi igitur lectionem inserui ὃν a Thirlbio indicatam. — Pro προεβάλλου Sylburg. frustra προεβάλου mallet. — Mox vocula σε in codd. mstis et editis praetermissa est. Sed cf. c. 39: ἐπίστασθαί σε βούλομαι. C. 71: εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. Similiter saepius.

3. Περαίωσον] Exspectabas πέρανον. Cf. c. 68. n. 6.

4. βούλεσθε] Maranus βούλεσθαι mendose.

5. ὅτι] Coniecit Thirlbius ἢ ὅτι vel καὶ ὅτι praeter necessitatem. — Quae sequuntur maximam par-

es, reposcere. Id igitur nobis expedi, ut videamus quonam pacto in vestrum istum Christum demonstres illud dictum esse; nos enim in Ezechiam id dicimus pronuntiatum esse.

Tum ego dixi: Ut vultis, etiam hoc faciam; vos vero mihi prius demonstrate de Ezechia dictum esse, eum ante, quam patrem aut matrem vocare sciret, virtutem Damasci et spolia Samariae coram rege Assyriorum cepisse. Non enim vobis concedetur ut vestro arbitratu hanc interpretationem afferatis, Ezechiam adversus Damascum vel in Samaria coram rege Assyriorum bellum gessisse. *Ante* enim, *quam sciat puerulus vocare patrem aut matrem*, propheticum effatum inquit, *capiet virtutem Damasci et spolia Samariae coram rege Assyriorum.* Nam si propheticus spiritus haec cum additamento non dixisset: *Ante*, *quam sciat puerulus vocare patrem aut matrem*, *capiet virtutem Damasci et spolia Samariae*, sed tantum retulisset: *Et pariet filium et capiet virtutem Damasci et spolia Samariae*, poteratis dicere: Quia futurum praenoscebat deus ut haec caperet Ezechias, praedixit. Nunc autem cum hoc additamento dicit prophetia: *Ante*, *quam sciat puerulus vocare patrem aut matrem*, *capiet virtutem Damasci et spolia Samariae.* Ac vos quidem, cui id unquam apud

tem imitatus est Tertullianus adv. Marc. III. c. 13 (Opp. ed. Leopold. P. III) p. 125 sq., unde iisdem fere verbis in librum adv. Iud. c. 9 (P. IV) p. 309 sqq. transtulit.

6. *Οὐ γὰρ ὡς βουλ.* etc.] Ex illis verbis *πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν* etc. Tertullianus adv. Iud. l. c. Iudaeos lepide deridet, prophetiam de rege bellatore interpretantes: „Scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans, et signum belli non tuba sed crepitaculo daturus, nec ex equo vel de muro sed de nutricis et gerulae suae dorso sive collo hostem designaturus, atque ita Damascum et Samariam pro mammis subacturus. Aliud est, si penes vos infantes in proelium erumpunt, credo ad solem uncti prius, dehinc pannis armati, et butyro stipendiati, qui ante norint lanceare quam lancinare.“

7. *Πρὶν ... Ἀσσυρίων*] Iesai. 8, 4.

8. *Νῦν δὲ ... Σαμαρείας*] Quod Martyr relinquit subintelligendum, addit Tertullianus l. c. dicens: „Enimvero si nusquam hoc natura concedit, ante militare quam virum facere (adv. Marc.: vivere), ante virtutem Damasci sumere quam patrem nosse, sequitur ut figurate pronuntiatum videatur.“

ἡμεῖς δὲ ἔχομεν ἀποδεῖξαι τοῦτο γενόμενον ἐν τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ. Ἅμα γὰρ τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν μάγοι ἀπὸ [9] Ἀῤῥαβίας παραγενόμενοι προσεκύνησαν αὐτῷ, πρότερον ἐλθόντες πρὸς Ἡρώδην τὸν ἐν τῇ γῇ ὑμῶν τότε βασιλεύοντα, [10] ὃν ὁ λόγος καλεῖ βασι- 305
λέα Ἀσσυρίων διὰ τὴν ἄθεον καὶ ἄνομον αὐτοῦ γνώμην. [11] *Ἐπίστασθε γὰρ τοιαῦτα, ἔφην, ἐν παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι πολλάκις λαλοῦν τὸ ἅγιον πνεῦμα· οἷον πεποίηκε καὶ πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, πολλάκις φῆσαν πρὸς αὐτούς· [12] *Ὁ* B
πατήρ σου Ἀμοῤῥαῖος καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία.

78. [1] Καὶ γὰρ οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης, μαθὼν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ ὑμῶν, τότε ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγων, καὶ εἰπόντων [2] ἐξ ἀστέρος τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ φανέντος ἐγνωκέναι ὅτι βασιλεὺς [3] γεγένηται ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτόν, καὶ [4] ἐν Βηθλεὲμ τῶν πρεσβυτέρων εἰπόντων, ὅτι γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ οὕτως· *Καὶ σὺ Βηθλεέμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν* C
λαόν μου. [5] Τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας οὖν μάγων ἐλθόντων εἰς Βηθλεὲμ καὶ προσκυνησάντων τὸ παιδίον καὶ προσενεγκάντων αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν, [6] ἔπειτα κατ᾽ ἀποκάλυψιν, μετὰ τὸ προσκυνῆσαι τὸν παῖδα ἐν Βηθλεέμ, ἐκελεύσθησαν μὴ ἐπανελθεῖν πρὸς τὸν Ἡρώδην. [7] Καὶ Ἰωσὴφ δέ, ὁ τὴν Μαρίαν μεμνη-

9. *Ἀῤῥαβίας*] Morellus *Ἀραβίας*. Sic etiam deinceps edidit. Male: cf. Apol. I. c. 62. n. 5.

10. *ὃν ὁ λόγος καλεῖ βασιλέα Ἀσσυρίων*] Eodem modo Tertullianus adv. Marc. l. c. exponit: „Adversus regem autem Assyriorum adversus Herodem intellige, cui utique adversati sunt magi tunc non renuntiando de Christo, quem interficere quaerebat."

11. *Ἐπίστασθε γὰρ τοιαῦτα etc.*] Tertullianus adv. Iud. l. c.: „Nec hoc enim novum scripturis divinis, figurate uti translatione hominum ex comparatione criminum. Nam et archontas Sodomorum appellat archontas vestros, populum vestrum populum Gomorrae vocat, cum iam olim essent civitates istae exstinctae. Et alibi per prophetam ad populum Israel dicit; *pater*, inquit, *tuus Amorraeus et mater tua Cethaea.*"

12. *Ὁ πατήρ ... Χετταία*] Ezech. 16, 3.

1. *Καὶ γὰρ οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἡρ.*] Ab his verbis usque ad ista *Καὶ ὁ Ἡρώδης μὴ ἐπανελθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀ. Ἀ. μάγων* longissimam habemus parenthesin [id quod et Sylburgius animadvertit]

Iudaeos contigerit, demonstrare neminem potestis: nos autem in Christo nostro id factum possumus demonstrare. Statim enim atque natus est, magi ex Arabia profecti eum adoraverunt, quum prius se ad Herodem in terra vestra tunc regnantem contulissent: quem quidem effatum regem Assyriorum vocat ob impium et improbum eius animum. Scitis enim saepe a spiritu sancto res eiusmodi in parabolis et similitudinibus dici; quale est quod etiam in omnem Hierosolymorum populum usurpavit, saepe illos ita compellans: *Pater tuus Amorrhaeus et mater tua Chettaea.*

78. Etenim iste rex Herodes, quum ad eum tunc magi ex Arabia venissent, ac dicerent *ex stella quae in coelo apparuerit se cognovisse regem natum esse in terra vestra*, *et venimus eum adoratum*, edoctus est a senioribus populi vestri, qui eum *Bethlehemi* natum esse dixerunt, quia scriptum sit a propheta sic: *Et tu Bethlehemum*, *urbs Iudae*, *nequaquam minima es in principibus Iudae; ex te enim egredietur dux, qui pascet populum meum.* Quum igitur ex Arabia magi Bethlehemum venissent et puellum adorassent eique munera obtulissent, aurum et thus et myrrham, deinde per revelationem, adorato Bethlehemi puero, iussi sunt ad Herodem non redire. Et Iosephus quoque, Mariae sponsus, quum prius

eamque aliis parenthesibus implicatam. Nam ut probet Iustinus impietatem Herodis ex nefando illius in infantes facinore, plurima intexit quae hanc crudelissimam stragem praecesserunt. *Maranus.* — Initium huius narrationis imperfectum est; deest enim verbum finitum, ad quod nominativi οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης pertineant.

2. ἐξ ἀστέρος ... προσκ. αὐτόν] Matth. 2, 2.

3. γεγένηται] Monet Thirlb. ut legamus γεγέννηται. Sed videas c. 70. n. 2. — Ad verba προσκυνῆσαι αὐτὸν codd. msti in marg. habent προσκυνῆσαι αὐτῷ. Hoc verbum non solum cum dativo (cc. 88 et 106: coll. Matth. l. c.) struitur sed etiam cum accusativo; sic, ut alia ex Iustino exempla mittam, paulo post μετὰ τὸ προσκυνῆσαι τὸν παῖδα.

4. ἐν Βηθλεὲμ ... λαόν μου] (Mich. 5, 2) Matth. 2, 5. 6.

5. Τῶν ... Ἡρώδην] Coll. Matth. 2, 11. 12.

6. ἔπειτα] Codd. msti et editi ἐπειδή. Locus levi ista emendatione facillime sanatur. Idem error c. 81. p. 308. A. comparet.

7. Καὶ Ἰωσὴφ ... ἐκβέβλ. αὐ-

στευμένος, βουληθεὶς πρότερον ἐκβαλεῖν [8] *τὴν μνηστὴν αὐτῷ Μαριάμ, νομίζων ἐγκυμονεῖν αὐτὴν ἀπὸ συνουσίας ἀνδρός, τουτέστιν ἀπὸ πορνείας, δι᾽ ὁράματος κεκέλευστο μὴ ἐκβαλεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φανέντος ἀγγέλου ὅτι ἐκ πνεύματος* D
ἁγίου ὃ ἔχει κατὰ γαστρός ἐστι. [9] *Φοβηθεὶς οὖν οὐκ ἐκβέβληκεν αὐτήν,* [10] *ἀλλά, ἀπογραφῆς οὔσης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τότε πρώτης ἐπὶ Κυρηνίου, ἀνεληλύθει ἀπὸ Ναζαρέτ, ἔνθα ᾤκει, εἰς Βηθλεέμ, ὅθεν ἦν, ἀπογράψασθαι· ἀπὸ γὰρ τῆς κατοικούσης τὴν γῆν ἐκείνην φυλῆς Ἰούδα τὸ γένος ἦν.* [11] *Καὶ αὐτὸς ἅμα τῇ Μαρίᾳ κελεύεται ἐξελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἶναι ἐκεῖ ἅμα τῷ παιδίῳ, ἄχρις ἂν αὐτοῖς πάλιν ἀποκαλυφθῇ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν.* [12] *Γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεέμ, ἐπειδὴ Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ που καταλῦσαι,* [13] *ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγ-* 304
γυς τῆς κώμης κατέλυσε· καὶ τότε, αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ, ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει, ὅπου ἐλθόντες οἱ ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγοι εὗρον αὐτόν. Ὅτι δὲ Ἠσαΐας καὶ περὶ τοῦ συμβόλου τοῦ κατὰ τὸ σπήλαιον προεκεκηρύχει, [14] *ἀνιστόρησα ὑμῖν, ἔφην, καὶ δι᾽ αὐτοὺς δὲ τοὺς σήμερον σὺν ὑμῖν ἐλθόντας πάλιν τῆς περικοπῆς ἐπιμνησθήσομαι, εἶπον· καὶ ἀνιστόρησα ἣν καὶ προέγραψα ἀπὸ τοῦ Ἠσαΐου περικοπήν, εἰπὼν*

τήν] Coll. Matth. 1, 18—24.

8. *τ. μνηστὴν αὐτῷ*] Thirlbius *τ. μνηστὴν αὐτοῦ* mallet. Non muto.

9. *Φοβηθεὶς*] *Ductus reverentia* scil. mandati angelici (Matth. 1, 24). Langus: *Timore* (Maran. *metu*) *perculsus*.

10. *ἀλλά ... γένος ἦν*] Coll. Luc. 2, 1—5. Cf. Apol. I. c. 34. n. 4.

11. *Καὶ ... Ἰουδαίαν*] Coll. Matth. 2, 13.

12. *Γεννηθέντος ... ἐτεθείκει*] Coll. Luc. 2, 6. 7. — Participium *γεννηθέντος* pugnantiam aliquam parit, quod puerum Bethlehemi natum esse (Apol. I. c. 34) et natum esse in spelunca ei vicina quodammodo pugnant; idcirco Perionius putat legendum esse *ὑπάρχοντος*. Sed (Sylburg.) ea lectione haud opus est, quum *ἐν Βηθλεὲμ* accipi possit pro *in Bethlehemi vicinia* vel *in agro Bethlehemensi*, metonymico tropo. — Mox codd. msti et editi *ποῦ καταλῦσαι* exhibent. Quibus in verbis duplicis lectionis insunt vestigia: et indefinitae *που καταλῦσαι*, et interrogativae *ποῦ καταλύσαι* (vel *ποῦ καταλύσει*). Lucas 2, 7 ait: *Οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.*

13. *ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης*] Maranus post *ἐν* inse-

vellet sponsam suam eiicere, arbitratus eam ex viri consuetudine gravidam esse, hoc est ex stupro, per visionem iussus est uxorem suam non eiicere, angelo qui ei apparuit asserente *ex spiritu sancto esse quod in utero habeat.* Reverentia igitur tactus eam non eiecit: sed, quum census in Iudaea tum primum haberetur sub Quirino, Nazaretho, ubi degebat, Bethlehemum, unde oriundus erat, profectus est ut censeretur; nam a tribu Iuda hanc terram incolente genus ducebat. Et ipse una cum Maria iubetur discedere in Aegyptum ibique cum puello commorari, donec divinitus admoneantur ut in Iudaeam redeant. Nato autem tum puero Bethlehemi, quum Iosephus in illo vico non haberet quo diverteret, in speluncam quamdam vico proximam concessit; atque tum, quum ibi essent, peperit Maria Christum et in praesepi eum posuit, ubi magi ex Arabia venientes eum invenerunt. Vobis iam demonstravi, inquiebam, Iesaiam etiam de signo hanc speluncam adumbrante praelocutum esse, atque propter eos qui hodie vobiscum venerunt locum repetam, dixi: et recitavi locum iam a me ex Iesaia descriptum, adiiciens Mithrae mysteriorum

ruit δὲ contra codices. Speluncam Lucas l. c. non memorat. At consentiunt de ea inter auctores apocryphos Protevang. Iacobi cc. 18. 19. 21 (Cod. apocr. Ni Ti ed. Thilo. Tom. I) p. 240, Histor. Iosephi c. 7. p. 16, Evang. infantiae c. 2. p. 66, Histor. de nativ. Mariae c. 14. p. 381. Ex vetustioribus ecclesiae Patribus praeter Iustinum nostrum Origenes c. Cels. I. c. 51 speluncam fuisse locum nativitatis Christi asserit: Δείκνυται τὸ ἐν Βηθλεὲμ (h. e. *in territorio Bethlehemitico:* vide n. 12) σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη, καὶ ἡ ἐν τῷ σπηλαίῳ φάτνη, ἔνθα ἐσπαργανώθη. Nec defuere inferiori aetate Patres aliique permulti qui eamdem narrarent fabulam; eos Thilo l. c. p. 382 omnes diligenter recensuit. Idem V. D. inter alia scite haec (p. 383) disseruit: „Non obscura est traditionis ecclesiasticae origo. Provocat enim Iustinus ad Iesaiae vaticinium cap. 33, 16: οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς. Secundum hoc igitur vaticinium quum Christiani, iudaicis opinionibus imbuti, putarent necesse fuisse ut Christus in specu nasceretur, mox id fere factum esse divulgatum est, atque in regione Bethlehemi petrosa facile specus aliquis natalis Christi monstratus.“ Cfr. praeterea Baumgarten-Crusius *Comment. über das Evang. des Matthäus* p. 53.

14. ἀνιστόρησα ... προέγραψα] Cf. c. 70. — Iesai. 33, 13—19.

[15] διὰ τοὺς λόγους ἐκείνους [16] τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια παραδιδόντας, ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ μυεῖσθαι [17] ὑπ' B αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐνεργηθῆναι εἰπεῖν. 30

[18] Καὶ ὁ Ἡρώδης, μὴ ἐπανελθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγων, ὡς ἠξίωσεν αὐτοὺς ποιῆσαι, ἀλλὰ κατὰ τὰ κελευσθέντα αὐτοῖς δι' ἄλλης ὁδοῦ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἀπαλλαγέντων, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἅμα τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ παιδίῳ, ὡς καὶ αὐτοῖς ἀποκεκάλυπτο, ἤδη ἐξελθόντων εἰς Αἴγυπτον, οὐ γινώσκων τὸν παῖδα, ὃν ἐληλύθεισαν προσκυνῆσαι οἱ μάγοι, πάντας ἁπλῶς τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι. Καὶ τοῦτο ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι διὰ Ἱερεμίου, εἰπόντος δι' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὕτως· [19] Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, C κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. Διὰ οὖν τὴν φωνήν, ἣ ἔμελλεν ἀκούεσθαι ἀπὸ Ῥαμᾶ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς Ἀῤῥαβίας (ἔστι γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν τόπος καλούμενος ἐν Ἀῤῥαβίᾳ Ῥαμᾶ), κλαυθμὸς ἔμελλεν τὸν τόπον καταλαμβάνειν, ὅπου Ῥαχήλ, ἡ γυνὴ Ἰακώβ, τοῦ ἐπικληθέντος Ἰσραήλ, τοῦ ἁγίου πατριάρχου, τέθαπται, τουτέστι τὴν Βηθλεέμ, κλαιουσῶν τῶν γυναικῶν τὰ τέκνα τὰ ἴδια τὰ ἀνῃρημένα καὶ μὴ παράκλησιν ἐχουσῶν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐταῖς. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἡσαΐαν· [20] Λήψεται D δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας, τὴν τοῦ πονηροῦ δαίμονος, τοῦ ἐν Δαμασκῷ οἰκοῦντος, δύναμιν ἐσήμαινε νικηθήσεσθαι τῷ Χριστῷ ἅμα τῷ γεννηθῆναι· ὅπερ δείκνυται γεγενημένον. 30r
[21] Οἱ γὰρ μάγοι, οἵτινες ἐσκυλευμένοι ἦσαν πρὸς πάσας κακὰς πράξεις, τὰς ἐνεργουμένας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἐκείνου, ἐλθόντες καὶ προσκυνήσαντες τῷ Χριστῷ φαίνονται ἀποστάντες τῆς σκυλεύ-

15. διὰ τ. λόγ. ἐκ.] Scil. τοῦ Ἡσαΐου (33, 16).

16. τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια] C. 70: οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες. Apol. I. c. 66 (n. 8): ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις. Mallet Thirlb. τὰ μιθριακὰ vel τὰ Μίθρου vel τὰ τοῦ Μίθρα, sed ipse concedit ferri posse lectionem vulgatam. Adi c. 66. n. 7.

17. ὑπ' αὐτῶν] H. e. τῶν τὰ Μίθρα μυστήρια παραδιδόντων. Maranus vult ὑπ' αὐτοῦ, ut sacerdotes dicant eos, qui initiabantur, ab ipso Mithra initiari. Cf. c. 70. p. 296. B (n. 3).

18. Καὶ ὁ Ἡρώδης etc.] Hic post longum hyperbaton (vide n. 1, cf. c. 131. p. 360. C. D) redditio est. — Coll. Matth. 2, 16—18.

antistites propter illa verba a diabolo impulsos esse ut in loco, qui apud ipsos spelunca vocatur, suos initiari ab ipsis dicerent.

Herodes igitur, quum illi ex Arabia magi ad eum non rediissent, quod tamen ut facerent eos rogaverat, sed alio itinere, ut iussi fuerant, regionem suam repetiissent, quumque Iosephus una cum Maria et puello, prout et ipsi divinitus admoniti fuerant, iam in Aegytum profecti essent: Herodes, inquam, non cognoscens puerum, quem magi adoratum venerant, omnes omnino pueros Bethlehemi iussit occidi. Atque hoc eventurum Ieremias praedixerat, loquente per eum spiritu sancto sic: *Vox Ramae audita est*, *ploratus et ululatus multus*; *Rachel plorat filios suos*, *et noluit consolationem accipere*, *quia non sunt*. Itaque propter vocem, quae audienda erat ex Rama, hoc est ex Arabia (est enim etiam hucusque in Arabia locus qui Rama dicitur), ploratus impleturus erat locum illum, ubi Rachel, uxor Iacobi, sancti patriarchae, qui cognominatus est Israel, sepulta est, hoc est Bethlehemum, plorantibus mulieribus filios suos interfectos et insolabiliter hunc casum lugentibus. Nam etiam quod dicit Iesaias: *Capiet virtutem Damasci et spolia Samariae*, nefarii daemonis, qui Damasci habitabat, potestatem a Christo, statim atque natus esset, victum iri significabat: quod quidem demonstratur factum esse. Magi enim, qui quidem ut spolia rapti fuerant ad malas quasque actiones, ad quas eos illud daemonium impellebat: ubi post adventum adoraverunt Chri-

19. *Φωνὴ . . . εἰσί*] (Ier. 31, 15) Matth. 2, 18.

20. *Λήψεται ... Σαμαρείας*] Ies. 8, 4. — Quae statim sequuntur verba, *ἅμα τῷ γεννηθῆναι*, suadere videantur addendam esse *προσθήκην* illam de qua paulo ante [c. 77] Iustinus, haec scilicet verba: *πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα*. Verum in huiusmodi rebus plurimum valere debet librorum mss. auctoritas; neque summa semper *ἀκρίβεια* vel a diligentissimis scriptoribus expectanda est, multo minus a nostro. *Thirlbius.*

21. *Οἱ γὰρ μάγοι, οἵτινες ἐσκυλευμένοι ἦσαν* etc.] Sis vide Montacutii Origg. eccles. Tom. I (Lond. 1636. Fol.) p. 182 sqq..

σάσης αὐτοὺς δυνάμεως ἐκείνης, ἣν ἐν μυστηρίῳ ἐσήμαινεν ἡμῖν ὁ λόγος οἰκεῖν ἐν Δαμασκῷ. Ἁμαρτωλὸν δὲ καὶ ἄδικον οὖσαν ἐν 305 παραβολῇ τὴν δύναμιν [22] ἐκείνην καλῶς Σαμάρειαν καλεῖ. Ὅτι δὲ [23] Δαμασκὸς τῆς ἀῤῥαβικῆς γῆς ἦν καὶ ἔστιν, εἰ καὶ νῦν προσνενέμηται τῇ Συροφοινίκῃ λεγομένῃ, οὐδ᾽ ὑμῶν τινὲς ἀρνήσασθαι δύνανται. Ὥστε καλὸν ἂν εἴη ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ἃ μὴ νενοήκατε, παρὰ τῶν λαβόντων χάριν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν μανθάνειν, ἀλλὰ μὴ κατὰ πάντα ἀγωνίζεσθαι τὰ ὑμέτερα διδάγματα κρατύνειν, ἀτιμάζοντας τὰ τοῦ θεοῦ. Διὸ καὶ εἰς ἡμᾶς μετετέθη ἡ χάρις αὕτη, ὡς Ἠσαΐας φησὶν εἰπὼν οὕτως· [24] Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος· τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρ- B δία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας διδάσκοντες. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω αὐτούς, καὶ ἀφελῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν αὐτῶν, τὴν δὲ σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

79. Καὶ ὁ Τρύφων, ὑπαγανακτῶν μέν, αἰδούμενος δὲ τὰς γραφάς, ὡς ἐδηλοῦτο ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, εἶπε πρός με· Τὰ μὲν τοῦ θεοῦ ἅγιά ἐστιν, αἱ δὲ ὑμέτεραι ἐξηγήσεις τετεχνασμέναι εἰσίν, ὡς φαίνεται καὶ ἐκ τῶν ἐξηγημένων ὑπὸ σοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ βλάσφημοι· [1] ἀγγέλους γὰρ πονηρευσαμένους καὶ ἀποστάντας τοῦ θεοῦ λέγεις.

Κἀγὼ ἐνδοτικώτερον τῇ φωνῇ, παρασκευάσαι αὐτὸν βουλό- C

22. *ἐκείνην καλῶς Σαμάρειαν καλεῖ*] Similia habet Tertullianus adv. Iud. c. 9 (coll. adv. Marc. III c. 13: vide supra c. 77. n. 5): „Spolia autem Samariae, ipsos magos, qui cum illum cognovissent et muneribus honorassent et genu posito adorassent, quasi dominum et regem, sub testimonio iudicis et indicis stellae, spolia sunt facti Samariae, id est idololatriae, credentes videlicet in Christum. Idololatriam enim Samariae nomine notavit, ut ignominiosae ob idololatriam, quae desciverat tunc a deo sub rege Hieroboam.“ Marano autem animadvertente Tertullianus ita differt a Iustino, ut magos *spolia Samariae* appellatos existimet non propterea quod diaboli, sed quod ipsius Christi fuerint praeda.

23. *Δαμασκὸς ... λεγομένῃ*] Hac in divisione Martyrem sequitur Tertullianus l. c. (coll. adv. Marc. l. c.): „Damascus Arabiae retro deputabatur, antequam transscripta esset in

stum, defecerunt, ut manifestum est, ab illa quae eos ut spolia rapuerat potestate, quam nobis arcane indicavit effatum Damasci habitare. Illam autem potestatem, quum peccatrix et iniusta sit, praeclare Samariam per similitudinem vocat. Damascum autem arabicae terrae fuisse et esse, quamvis nunc ei quae Syrophoenice dicitur accenseatur, ne vestrum quidem quisquam negare potest. Quocirca praeclarum fuerit, o viri, quae non intelligitis, ea ab iis qui gratiam a deo acceperunt, hoc est a nobis Christianis, discere, nequaquam autem in omnibus contendere ut doctrinam vestram stabiliatis contemta divina. Quare etiam in nos translata est haec gratia, ut Iesaias ait ita dicens: *Appropinquat mihi populus iste: labiis suis honarant me, cor autem eorum procul abest a me; sed frustra me colunt, praecepta hominum ac doctrinas docentes. Propterea ecce ego addam ut transferam populum hunc, et transferam eos, et auferam sapientiam sapientium ipsorum, intelligentiam autem intelligentium abolebo.*

79. Hic Trypho, subirascens quidem, scripturas tamen reveritus, ut ex vultu eius patebat, dixit ad me: Eloquia quidem dei sancta sunt, vestrae autem interpretationes, ut vel ex iis apparet quae a te exposita sunt, arte compositae sunt vel potius impiae; angelos enim maligne se gessisse et a deo defecisse dicis.

Tum ego remissiori voce, ut eum praepararem ad me

Syrophoenicen ex distinctione Syriarum" (a Romanis scilicet facta). Uterque igitur laxiorem vocis *Arabiae* usum admittit.

24. *Ἐγγίζει . . . ἀθετήσω*] Iesai. 29, 13. 14.

1. *ἀγγέλους . . . λέγεις*] Haec doctrina nonne Christianis cum Iudaeis communis erat? Antea adduxerat Iustinus locum Iesaianum: *Λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας*, et significari dixerat Christum, quamprimum natus esset, debellasse diabolum et magos Bethlehemum delatos abalienasse a diabolo suique cultores fecisse. Haec interpretatio Tryphoni reiicienda erat. Heumannus igitur (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 232) censet nonnulla hic verba deesse, quae restituere non sit critici sed hominis divini. At vero ipse Martyr respondens contra Iudaeum probat (malos) angelos improbe egisse et defecisse a deo.

μενος πρὸς τὸ ἀκούειν μου, ἀπεκρινάμην λέγων· Ἄγαμαί σου, ἄνθρωπε, τὸ εὐλαβὲς τοῦτο, καὶ εὔχομαι τὴν αὐτὴν διάθεσίν σε ἔχειν καὶ περὶ ὃν διακονεῖν γεγραμμένοι εἰσὶν οἱ ἄγγελοι, ὡς Δανιὴλ φησιν, ὅτι [2] ὡς υἱὸς ἀνθρώπου πρὸς τὸν παλαιὸν τῶν ἡμερῶν [3] προσάγεται, καὶ αὐτῷ δίδοται πᾶσα βασιλεία εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἵνα δὲ γνωρίζῃς, εἶπον, ὦ ἄνθρωπε, μὴ [4] ἡμετέρᾳ τόλμῃ χρησαμένους τὴν ἐξήγησιν ταύτην, ἣν μέμφῃ, πεποιῆσθαι ἡμᾶς, μαρτυρίαν σοι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ἠσαΐου δώσω, ὅτι D
πονηροὺς ἀγγέλους κατῳκηκέναι καὶ κατοικεῖν λέγει καὶ ἐν Τάνει, τῇ Αἰγυπτίᾳ χώρᾳ. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· [5] Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, [6] τάδε λέγει κύριος· Ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου, προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις· οἱ [7] πορευόμενοι καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον | (ἐμὲ δὲ 310
οὐκ ἠρώτησαν), τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραὼ καὶ σκεπασθῆναι σκέπην Αἰγυπτίων. Ἔσται γὰρ ὑμῖν ἡ σκέπη Φαραὼ εἰς αἰσχύνην, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπ' Αἰγυπτίους ὄνειδος, ὅτι εἰσὶν ἐν Τάνει ἀρχηγοὶ ἄγγελοι πονηροί. Μάτην κοπιάσουσι πρὸς λαόν, ὃς 306
οὐκ ὠφελήσει αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην καὶ ὄνειδος. Ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίας φησίν, ὡς καὶ αὐτὸς [8] ἐμνημόνευσας, ὅτι [9] ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως, ἀντικεῖσθαι αὐτῷ, [10] καὶ εἰπεῖν· Ἐπιτιμήσαι σοι κύριος, ὁ [11] ἐκλεξάμενος Ἱερουσαλήμ. Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφης, ὅτι [12] οἱ ἄγγελοι ἦλθον στῆναι ἔμπροσθεν κυρίου, καὶ ὁ διάβολος ἅμα αὐτοῖς ἐληλύθει. Καὶ ὑπὸ Μωυσέως [13] ἐν ἀρχῇ τῆς Γενέσεως ὄφιν πλανήσαντα τὴν Εὔαν γεγραμμένον ἔχομεν καὶ κεκατηραμένον. Καὶ

2. ὡς ... αἰῶνος] Dan. 7, 13. 14. — Pro ὅτι Thirlbius ὅτε coniecit.

3. προσάγεται] Scil. ab his qui adstant, h. e. ab angelis. Mentio τῶν παρεστηκότων non adeo necessaria est. Improbo Thirlbii coniecturam: ὅτι ὡς υἱὸν ... ἡμερῶν προσήγαγον οἱ ἄγγελοι, καὶ αὐτῷ etc..

4. ἡμετέρᾳ] Thirlbius ὑμετέρᾳ mallet. Minus belle. — Mox pro ὅτι tu lubenter scriberes ὅστις. Sed valet illud i. q. nostrum *insofern*.

5. Οὐαὶ ... ὄνειδος] Iesai. 30, 1—5.

6. τάδε] Maranus τὰ δὲ fecit contra codices.

7. πορευόμενοι] Codd. msti et editi vitiose πονηρευόμενοι, culpa librariorum, qui utrumque verbum commutant interdum: c. 97. p. 324. B.

8. ἐμνημόνευσας] Facta est supra mentio angelorum praevarica-

audiendum, respondi dicens: Admiror tuam, homo, hanc religionem, et precor eodem te animo etiam esse in eum cui scriptum est angelos ministrare, quemadmodum Daniel ait: *eum tamquam filium hominis ad antiquum dierum adduci, eique regnum omne dari in saeculum saeculi.* Ut autem cognoscas, aiebam, o homo, non nostra nos audacia adductos esse ut eam, quam carpis, interpretationem institueremus, testimonium tibi ex ipso Iesaia dabo, quod Tani quoque, regione Aegypti, malos angelos habitasse dicit et habitare. Sunt autem haec verba: *Vae filii desertores, haecce dicit dominus: Fecistis consilium non per me et pacta non per spiritum meum, ut adderetis peccata peccatis: abeuntes ut descenderetis in Aegyptum (me autem non interrogaverunt), ut auxilium acciperetis a Pharaone et tegeremini umbraculo Aegyptiorum. Erit enim vobis umbraculum Pharaonis in confusionem, et confidentibus in Aegyptiis opprobrium, quoniam sunt Tani principes angeli mali. Frustra laborabunt ad populum, qui non proderit iis ad auxilium, sed ad confusionem et opprobrium.* Sed etiam Zacharias dicit, ut ipse memorasti, *diabolum stetisse a dextris Iesu sacerdotis, ut adversaretur ei, et dominum dixisse: Increpet te dominus, qui elegit Hierosolyma.* Ac rursus in libro Iobi scriptum est, ut ipse dixisti, *angelos venisse ut assisterent coram domino, et diabolum una cum illis adfuisse.* Et a Mose in principio Genesis *serpentem qui Evam seduxit* depictum habe-

torum, qui perinde iudicabuntur atque homines peccatores, item daemonis maligni, Damascum incolentis: diaboli autem et Iesu sacerdotis minime, sicuti neque ipsius Iob et simul diaboli qui ad eum advenit. *Langus.* — Vide c. 80. n. 8.

9. *ὁ διάβολος ... Ἱερουσαλήμ*] Zach. 3, 1. 2.

10. *καὶ εἰπεῖν*] Scil. *τὸν κύριον* (c. 115. p. 342. D). — Caeterum nota mutationem structurae: *ὅτι ... εἱστήκει ... καὶ εἰπεῖν.* Cf. c. 45. n. 4.

11. *ἐκλεξάμενος*] Sic et c. 115. Codd. msti et editi mendose *ἐκδεξάμενος.* Facillime *Δ* et *Λ* confunduntur a librariis.

12. *οἱ ... ἐληλύθει*] Iob. 1, 6 coll. 2, 1.

13. *ἐν ἀ. τ. Γενέσεως*] Coll. Genes. 3, 1—6 et 14.

[14] ἐν Αἰγύπτῳ ὅτι μάγοι ἐπείρησαν ἐξισοῦσθαι τῇ δυνάμει τῇ B
ἐνεργουμένῃ διὰ τοῦ [15] πιστοῦ θεράποντος Μωυσέως ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἔγνωμεν. Καὶ Δαυὶδ ὅτι [16] Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνιά εἰσιν εἶπεν, ἐπίστασθε.

80. Καὶ ὁ Τρύφων πρὸς ταῦτα ἔφη· Εἶπον πρὸς σέ, ὦ ἄνθρωπε, ὅτι ἀσφαλὴς ἐν πᾶσι σπουδάζεις εἶναι ταῖς γραφαῖς προσπλεκόμενος. Εἰπὲ δέ μοι, [1] ἀληθῶς ὑμεῖς ἀνοικοδομηθῆναι τὸν τόπον Ἱερουσαλὴμ τοῦτον ὁμολογεῖτε, καὶ συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν καὶ εὐφρανθῆναι σὺν τῷ Χριστῷ, ἅμα τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις καὶ [2] τοῖς ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων πρὶν ἐλθεῖν ὑμῶν τὸν Χριστόν, προσδοκᾶτε, C
ἤ, ἵνα δόξῃς περικρατεῖν ἡμῶν ἐν ταῖς ζητήσεσι, πρὸς τὸ ταῦτα ὁμολογεῖν ἐχώρησας;

Κἀγὼ εἶπον· Οὐχ οὕτω τάλας ἐγώ, ὦ Τρύφων, ὡς ἕτερα λέγειν παρ' ἃ φρονῶ. [3] Ὡμολόγησα οὖν σοι καὶ πρότερον ὅτι ἐγὼ μὲν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ταῦτα φρονοῦμεν, [4] ὡς καὶ πάντως ἐπίστασθε τοῦτο γενησόμενον· [5] πολλοὺς δ' αὖ καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς

14. ἐν Αἰγύπτῳ ... θεοῦ] Coll. Exod. 7, 12. 22. 8, 7; sed non omnia miracula adaequare potuerunt: l. c. 8, 18. 9, 11. — Deinde pro vulg. ῄσαν reposui ἐπείρησαν. Maranus praeterea, quod improbo, ἐποίησαν commendavit; Exod. 8, 18: ἐποίησαν δὲ ὡσαύτως καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ἐξαγαγεῖν σκνίφα.

15. πιστοῦ θεράποντος] Coll. Numer. 12, 7.

16. Οἱ ... εἰσιν] Psalm. 95, 5.

1. ἀληθῶς] Editores ante Maranum retulerunt ad εἰπέ, vertentes: *Dic autem mihi verum.*

2. τοῖς ... προσδοκᾶτε] Langus προσδοκᾶτε refert male ad πρὶν ἐλθεῖν: *priusquam Christum adventurum exspectatis.* Thirlbius pro τῶν προσηλύτων γενομένων malebat τοῖς προσηλύτοις γενομένοις: sed genitivi a praepositione ἀπὸ antecedente pendent. Aut designantur Iudaei eorumque proselyti, qui ob fidem ante primum Christi adventum praestitam salvi erunt (c. 45. p. 264. A), aut Iudaei (ante Christi incarnationem) fideles indicantur Iudaeique Christianorum facti proselyti ante secundum Christi adventum (nam qui illum post quam advenit non agnoverunt, nulla iis salus erit: c. 47. p. 266. D). Tum προσήλυτοι in Christianorum numero habendi sunt. Quum autem Trypho antea dixerit τὸν λαὸν ὑμῶν, distinguens ab iis quos posthac nominat, prior interpretatio videtur praeferenda esse.

3. Ὡμολόγησα οὖν σοι καὶ πρότερον] Utrum iniuria temporum exciderunt quae Iustinus de Ierosolymorum instauratione disseruisse se

mus et *diris devotum*. Et novimus in Aegypto magos conatos esse imitari virtutem quam per fidelem famulum deus operabatur. Et Davidem scitis dixisse: *Dii gentium daemonia sunt*.

80. Et Trypho ad haec aiebat: Dixi tibi, o homo, te in omnibus providere ut in tuto verseris scripturis adhaerescens. Dic autem mihi: vere vos hunc Hierosolymorum locum instauratum iri fatemini, et populum vestrum congregatum iri beateque cum Christo victurum exspectatis, una cum patriarchis et prophetis et iis qui ex nostro genere fuerunt vel etiam proselyti facti sunt ante quam Christus vester venit, — an, ut videaris nos abunde in controversiis superare, eo confugisti ut haec fatereris?

Tum ego dixi: Non ita miser sum, Trypho, ut alia loquor atque sentio. Tibi igitur antea quoque confessus sum me et multos alios haec sentire, ut etiam plane scitis id futurum esse: at multos rursus, eosque ex illo Christianorum

narrat, an, cum sancto Martyri Dialogum scribenti hactenus in mentem non venissent, nunc oblata occasione commemorantur? Equidem locum non video, ex quo haec excidere potuerint; nihil enim mancum, nihil hiulcum in superiori parte Dialogi. Quamobrem multo malim ab ipso Iustino quam ab ipsis librariis praetermissa dicere. Quid enim mirum, si longa ac variis rebus implicata disputatio non eo semper ordine referatur quo habita fuerat? Atque huius rei exemplum non longe repetendum. Nam supra c. 79 referuntur Tryphonis de angelis dicta: sed non tam multa referuntur, quam multa ille dixerat. Ille enim Zachariae et Iobi testimonia citavit, quae Iustinus, dum illius verba refert, brevitatis causa praetermisit (c. 79. n. 8, coll. c. 67. n. 7). Videtur Iustinus de instauratione Ierosolymorum disseruisse in prima parte dialogi c. 45, ubi de iis agit qui ex gente Iudaeorum in resurrectione salvabuntur. *Maranus*.

4. ὡς καὶ πάντως ἐπίστασθε τοῦτο γενησόμενον] Hanc opinionem origine iudaicam esse inter omnes constat. Thirlbius vero legi vult: τοῦτο φρονοῦμεν, ὡς καὶ πάντως ἐπίστασθαι τοῦτο γενησόμενον. Maranus vocula ταῦτα non mutata tantum ἐπίστασθαι putat recipiendum esse (cf. Apol. I. c. 60. n. 12): *ita ut omnino perspectum habeamus sic futurum*.

5. πολλοὺς δ' αὖ καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς etc.] Paulo infra Iustinus: Ἐγὼ δέ, καὶ εἴ τινές εἰσιν ὀρθογνώμονες κατὰ πάντα Χριστιανοί, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα etc..

καὶ εὐσεβοῦς ὄντων Χριστιανῶν γνώμης τοῦτο μὴ γνωρίζειν ἐσή-
μανά σοι. Τοὺς γὰρ λεγομένους μὲν Χριστιανούς, ὄντας δὲ ἀθέ-
ους καὶ ἀσεβεῖς αἱρεσιώτας, ὅτι κατὰ πάντα βλάσφημα καὶ ἄθεα D
καὶ ἀνόητα διδάσκουσιν, [6] ἐδήλωσά σοι. [7] Ὅτι δ' οὐκ ἐφ' ὑμῶν
μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ἡμῖν λόγων
ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσομαι, ἐν οἷς καὶ τοῦ-
το ὁμολογοῦντά με, ὃ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁμολογῶ, ἐγγράψω. Οὐ
γὰρ ἀνθρώποις μᾶλλον ἢ ἀνθρωπίνοις διδάγμασιν αἱροῦμαι ἀκο-
λουθεῖν, ἀλλὰ θεῷ καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου διδάγμασιν. Εἰ γὰρ καὶ
συνεβάλετε ὑμεῖς τισὶ λεγομένοις Χριστιανοῖς, καὶ τοῦτο μὴ ὁμολο-
γοῦσιν, ἀλλὰ καὶ [8] βλασφημεῖν τολμῶσι τὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν 307
θεὸν Ἰσαὰκ καὶ τὸν θεὸν Ἰακώβ, οἳ καὶ λέγουσι μὴ εἶναι νεκρῶν
ἀνάστασιν, ἀλλ' [9] ἅμα τῷ ἀποθνήσκειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀνα-
λαμβάνεσθαι εἰς τὸν οὐρανόν, μὴ ὑπολάβητε αὐτοὺς Χριστιανούς,
ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους, ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι
τοὺς [10] Σαδδουκαίους ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις [11] Γενιστῶν καὶ Με-

Ne sententiarum repugnantia oriatur, Medus (Clavis apocalypt. Cantabr. 1649. 4. p. 277) et Tillotsonus (Reg. fidei P. III. p. 756 sqq.) legunt … τῶν οὐ τῆς καθαρᾶς etc., Dallaeus (De poenis et satisfactt. human. Amstelaed. 1649. 4. p. 498 sq.), Münscherus (*Handb. d. christl. Dogmengesch.* Tom. II. p. 455 sq.) aliique recentiores (vide Semisch. *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 469) τῶν μὴ τῆς καθαρᾶς. Sed Martyr aperte distinguit (Thirlb.) inter duas orthodoxorum partes: alii enim in *omnibus* (κατὰ πάντα) recte sentiunt, ideoque de regno millenario non dubitant; alii sequuntur quidem puram doctrinam, sed in hoc tamen ab ea recedunt quod *chiliasmum* reprobant.

6. ἐδήλωσά σοι] C. 35.

7. Ὅτι] H. e. *In Beziehung darauf dass.* Non igitur opus est ὥστε legere. C. 127: Καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι ὑπολαμβάνω, ὅτι …μὴ ἡγεῖσθε etc.. — Mox Sylburgius mallet ὡς δύναμίς μοι. Cf. Apol. I. c. 67. n. 8. — Morellus pro ποιήσομαι edidit ποιήσωμαι inepte. De formula σύνταξιν ποιεῖσθαι cf. Apol. II. c. 1. n. 5.

8. βλασφημ. τολμ. etc.] Quum Gnosticos notat tum Marcionitas.

9. ἅμα … οὐρανόν] Ergo putavit Iustinus animas non intrare coelum ante resurrectionem; cf. c. 5 (n. 8). Irenaeus adv. haer. V. c. 31. §. 2: „Haeretici, despicientes plasmationem dei et non suscipientes salutem carnis suae, contemnentes autem et repromissionem dei et totum supergredientes deum sensu, simulatque mortui fuerint, dicunt se supergredi coelos" etc..

10. Σαδδουκαίους … Βαπτιστῶν] Etiam Hegesippus apud Euseb. Hist. eccl. IV. c. 22 septem haereses (israeliticae originis)

genere quod puram et piam sequitur sententiam, id non agnoscere tibi significavi. Nam quod ad eos spectat qui Christiani quidem dicuntur, sed athei et impii sunt haeretici, blasphema istos in omnibus et impia et insana docere tibi demonstravi. Ut autem sciatis me non apud vos solos hoc praedicare, librum pro viribus componam omnium quos inter nos habuimus sermonum, in quibus, quod apud vos profiteor, idem me profitentem describam. Non enim hominibus potius aut humanis doctrinis statuo adhaerendum mihi esse, sed deo et iis quae ab illo tradita sunt. Nam etiamsi incidistis in quosdam qui Christiani dicuntur, hoc autem non confitentur, sed etiam deum Abrahami et deum Isaaci et deum Iacobi blasphemiis appetere audent, ac nullam dicunt esse mortuorum resurrectionem, sed statim atque moriantur animas suas in coelum suscipi: cavete ne eos existimetis Christianos, quemadmodum neque Iudaeos, si quis recte perpendat, esse fateatur Sadducaeos vel similes

recenset, sed aliis eas nominibus appellat. *Ἦσαν δὲ*, inquit, *γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ*, (scil.) *ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ, τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ αὗται· Ἐσσαῖοι, Γαλιλαῖοι, Ἡμεροβαπτισταί, Μασβωθαῖοι, Σαμαρεῖται, Σαδδουκαῖοι, Φαρισαῖοι.* Epiphanius quoque septem Iudaeorum haereses agnoscit, auctor vero Indiculi Haereseon apud Hieronymum decem numerat. Vide Vales. et Heinichen. ad Euseb. l. c.; adde Rothe *Die Anfänge der christl. Kirche und ihrer Verfassung*. Tom. I (Viteb. 1837) p. 327 sqq..

11. *Γενιστῶν καὶ Μεριστῶν*] Quinam illi fuerint, non satis liquet. Auctor Indiculi Haereseon putat Genistas ita dictos esse, quoniam e genere Abrahami sint, Meristas vero, quoniam separent scripturas, non credentes omnibus prophetis. Isidorus Origg. VIII. c. 4 dicit: „Genistae dicti eo quod de genere Abrahae esse se glorientur; nam cum in Babyloniam venisset populus dei, plerique, relinquentes uxores suas, babylonicis mulieribus adhaeserunt, quidam autem israeliticis tantum coniugiis contenti vel ex eis geniti, cum reversi essent de Babylonia, diviserunt se ab omni populo et assumserunt sibi hoc nomen iactantiae. Meristae appellati eo quod separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse; *μέρος* enim, graece, latine *pars* dicitur." Sylburgius *Μεριστὰς* fortasse Essaeos esse opinatur, quippe qui separatis locis habitarint omniaque communia inter se habuerint. Maranus, propterea quod Iudaeorum sectae de fato et providentia dissenserint, Genistas existimat dictos esse, qui mundum generatim a deo administrari, Meristas vero, qui fa-

ριστῶν καὶ [12]Γαλιλαίων καὶ Ἑλληνιανῶν καὶ [13]Φαρισαίων καὶ 313
Βαπτιστῶν (καὶ μὴ ἀηδῶς ἀκούσητέ μου πάντα ἃ φρονῶ λέγοντος), ἀλλὰ λεγομένους μὲν Ἰουδαίους καὶ τέκνα Ἀβραάμ, καὶ χείλεσιν ὁμολογοῦντας τὸν θεόν, ὡς αὐτὸς [14]κέκραγεν ὁ θεός, τὴν δὲ καρδίαν πόῤῥω [15]ἔχειν ἀπ' αὐτοῦ. Ἐγὼ δέ, καὶ εἴ τινές B
εἰσιν ὀρθογνώμονες κατὰ πάντα Χριστιανοί, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα [16]καὶ χίλια ἔτη ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομηθείσῃ καὶ κοσμηθείσῃ καὶ πλατυνθείσῃ, [17]ὡς οἱ προφῆται [18]Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἡσαΐας καὶ οἱ ἄλλοι ὁμολογοῦσιν.

81. Οὕτως γὰρ Ἡσαΐας περὶ τῆς χιλιονταετηρίδος ταύτης εἶπεν· [1]Ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή, καὶ οὐ μὴ μνησθῶσι τῶν προτέρων οὐδὲ μὴ ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, ἀλλ' εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ, ὅσα ἐγὼ κτίζω· ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀγαλλίαμα καὶ τὸν λαόν C
μου εὐφροσύνην, καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ λαῷ μου. Καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν αὐτῇ φωνὴ κλαυθμοῦ οὐδὲ φωνὴ κραυγῆς, καὶ οὐ μὴ γένηται ἔτι ἐκεῖ ἄωρος ἡμέραις, καὶ πρεσβύτης ὃς οὐκ ἐμπλήσει τὸν χρόνον αὐτοῦ· ἔσται γὰρ ὁ νέος υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν, ὁ δὲ ἀποθνήσκων ἁμαρτωλὸς υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν καὶ ἐπικατάρατος ἔσται. Καὶ οἰκοδομήσουσιν οἰκίας καὶ αὐτοὶ ἐνοικήσουσι, καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας καὶ αὐτοὶ [2]φάγονται τὰ γεννήματα αὐτῶν καὶ τὸν οἶνον πίονται. Οὐ μὴ [3]οἰκοδομήσωσι καὶ ἄλλοι κατοικήσουσι, καὶ οὐ μὴ [4]φυτεύ-

tum sive providentiam ad singulos homines pertinere censebant. Hoc est hariolari.

12. *Γαλιλαίων καὶ Ἑλληνιανῶν*] Sectae *Γαλιλαίων* auctor exstitit Iudas cognomine Galilaeus, qui post exilium regis Archelai, quum Romani in Iudaea censum agere vellent, populares suos ad retinendam pristinam libertatem excitavit. Cf. Actt. apost. 5, 37 et Iosephi Antiqq. iudd. XVIII. c. 1. Indiculus memoratus refert: „Galilaei dicunt Christum venisse et docuisse eos, ne dicerent dominum Caesarem neve eius monitis uterentur." Cf. Winer *Bibl. Realwörterb.* ed. 2. Tom. I. p. 751. Nemo autem ex veteribus scriptoribus praeter Iustinum *Ἑλληνιανῶν* mentionem fecit. Ios. Scaliger (De tribus Iudaeorum sectis syntagm. ed. Iac. Trigland. Delph. 1703. 4. P. I. p. 379) eos ab auctore sive haeresiarcha Hellenio deducit; Io. Drusius (Ad voces hebr. Ni Ti commentar. Franek. Fris. 1616. 4. p. 219) Herodianos putat designari. Thirlbius legi malit *Ἡλιακῶν* vel *Ἐλκεσαίων* vel, quod proprius ad vulgarem lectionem accedit, *Ἑλληλιανῶν*, ut intelligatur celebris illa schola R. Hillelis sive Hellelis.

sectas Genistarum et Meristarum et Galilaeorum et Hellenianorum et Pharisaeorum et Baptistarum (ne vobis ingratum sit quidquid sentiam eloquentem audire), sed nomine tenus Iudaeos et filios Abrahami, ac labiis deum confitentes, ut ipse clamat deus, corde autem longe ab eo remotos. Ego autem, et si qui recte in omnibus sentiunt Christiani, et carnis resurrectionem futuram scimus atque mille annos Hierosolymis aedificatis et ornatis et amplificatis, ut prophetae Ezechiel et Iesaias et caeteri promittunt.

81. Sic enim Iesaias de hoc mille annorum tempore locutus est: *Erit enim coelum novum et terra nova, et non recordabuntur priorum nec venient in cor eorum, sed gaudium et exsultationem invenient in ipsa, quae ego creo: quia ecce ego facio Hierosolyma exsultationem et populum meum laetitiam, et exsultabo in Hierosolymis et laetabor in populo meo. Et ulterius non audietur in iis vox fletus neque vox clamoris, et non erit amplius ibi immatura aliquis aetate, et senex qui non impleat tempus suum; erit enim adolescens filius centum annorum, moriens vero peccator filius centum annorum etiam maledictus erit. Et aedificabunt domos et ipsi inhabitabunt, et plantabunt vineas et ipsi edent genimina earum et vinum bibent. Non aedificabunt et alii inhabitabunt, et non plan-*

13. *Φαρισαίων καὶ Βαπτιστῶν*] Codd. msti et editi *Φαρισσαίων βαπτιστῶν*. At *καὶ* inserendum esse iam Langus vidit et Grotius (ad Marc. 7, 4) probavit. De forma *Φαρισαίων* cf. cc. 17. 51. 76. 100.

14. *κέκρ.*] Iesai. 29, 13.

15. *ἔχειν*] Refertur ad propinquius *κέκραγεν*: alioqui enim *ἔχοντας* esse debebat. *Sylburgius.*

16. *καὶ χίλια ἔτη*] Scil. *γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα*. Ergo non necessarium cum Clerico (Histor. eccles. p. 642) *εὐσεβεῖς βιώσεσθαι* omissum putare.

17. *ὡς*] In codd. mstis et editis particula ista (male: Thirlb., Maran.) deest; in causa esse videtur sequens *οἱ*. Cf. c. 57. n. 2.

18. *Ἰεζεκιήλ*] Coll. Ezech. 37, 12 sqq..

1. *Ἔσται ... κύριος*] Iesai. 65, 17—25.

2. *φάγονται τὰ γεννήματα ... πίονται*] Uterque cod. mstus et editi *φάγωνται τὰ γενήματα ... πίωνται*. De futuro hellenistico *φάγομαι* cf. Lobeck. ad Phryn. p. 327.

3. *οἰκοδομήσωσι*] Reg. in margine *οἰκοδομήσουσι*.

4. *φυτεύσωσι*] Reg. in margine *φυτεύσουσι*.

σωσι καὶ ἄλλοι φάγονται· κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς D ζωῆς αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται, τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν [5] πλεονάσουσιν. Οἱ ἐκλεκτοί μου οὐ μὴ πονέσουσιν εἰς κενὸν οὐδὲ τεκνοποιήσουσιν εἰς κατάραν· ὅτι σπέρμα δίκαιον καὶ εὐλογημένον ὑπὸ κυρίου ἔσονται, καὶ [6] ἔγγονα αὐτῶν μετ᾽ αὐτῶν. Καὶ ἔσται πρὶν ἢ κεκράξαι αὐτούς, ἐγὼ ἐπακούσομαι αὐτῶν· ἔτι λαλούντων αὐτῶν ἐρῶ· Τί ἐστι; Τότε λύκοι καὶ ἄρνες ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα, ὄφις δὲ γῆν ὡς 315 ἄρτον. Οὐκ ἀδικήσουσιν οὐδὲ λυμανοῦνται ἐπὶ τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ, λέγει κύριος. Τὸ οὖν εἰρημένον ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, ἔφην· [7] Κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσον- 308 ται, τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν· νενοήκαμεν ὅτι χίλια ἔτη ἐν μυστηρίῳ μηνύει. Ὡς γὰρ τῷ Ἀδὰμ εἴρητο, ὅτι [8] ᾗ δ᾽ ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐν ἐκείνῃ ἀποθανεῖται, [9] ἔγνωμεν αὐτὸν μὴ ἀναπληρώσαντα χίλια ἔτη. Συνήκαμεν καὶ τὸ εἰρημένον, ὅτι [10] ἡμέρα κυρίου ὡς χίλια ἔτη, εἰς τοῦτο [11] συνάγειν. Καὶ [12] ἔπειτα καὶ παρ᾽ ἡμῖν ἀνήρ τις, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, [13] εἷς τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἀποκαλύψει γενομένῃ αὐτῷ χίλια ἔτη ποιήσειν ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ πιστεύσαντας [14] προε- B

C. Norton, I. 209. Lardner, T. 136, sq.

5. πλεονάσουσιν] LXX: παλαιώσουσιν. Et sic apud Iustinum quoque legendum videtur.

6. ἔγγονα] Thirlbius ἔκγονα mallet. Sed illud saepe usurpatur a Septuaginta, ac nonnullis eorum codd. mstis hic quoque firmatur.

7. Κατὰ ... αὐτῶν] Iesai. 65, 22. — Sylburg. et Morell. τοῦ ξύλου [τῆς ζωῆς] ediderunt. Sed verba τῆς ζωῆς videntur ab ipso Iustino omissa esse, quum mox in loco Genes. 2, 17 huc spectante tantummodo τοῦ ξύλου legatur. — Post αὐτῶν autem fortasse addendum est πλεονάσουσιν vel rectius (n. 5) παλαιώσουσιν. Alioqui verba τὰ ἔ. τῶν π. αὐτῶν locum appositionis obtinerent ad αἱ ἡμέραι: dei populus illos sibi dies laboribus suis paravit (*qui sunt opus sive donum laborum*).

8. ᾗ ... ἀποθανεῖται] Genes. 2, 17.

9. ἔγνωμεν] Thirlbius καὶ ἔγνωμεν ... ἔτη, συνήκαμεν mallet. Locus ita explicandus videtur: Illa verba: *Dies populi dei erunt secundum dies ligni*, arcane designant mille annos. Nam deus dicit: *Adamum eodem die, quo de ligno edisset, moriturum esse;* is autem (μὴ ἀναπλ. = *non transgressus est tempus mille annorum*) fere mille annos vixit (Genes. 5, 5): dies igitur domini est tamquam mille anni, et per mille annos Christus Hierosolymis cum suis regnabit. Similiter Semischius explicuit: *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 50. — Ire-

tabunt et alii edent; nam secundum dies ligni vitae dies populi mei erunt, opera laborum eorum multiplicabuntur. Electi mei non laborabunt in vanum neque filios generabunt in maledictionem: quia semen iustum et benedictum a domino erunt, et nepotes eorum cum iis. Et erit ante quam ipsi clament, ego exaudiam eos; adhuc loquentibus iis dicam: Quid est? Tum lupi et agni simul pascentur, et leo sicut bos edet paleas, serpens autem terram velut panem. Non nocebunt neque corrumpent in monte sancto, dicit dominus. Quod igitur, inquam, his in verbis dicitur: *Nam secundum dies ligni dies populi mei erunt, opera laborum eorum:* intelligimus mille annos arcane designari. Ut enim Adamo dictum est, *quo die de ligno edisset, eo moriturum esse*, mille illum annos non implevisse scimus. Novimus illud etiam dictum: *Dies domini tamquam mille anni*, huc pertinere. Et deinde apud nos quoque vir quidam, cui nomen erat Ioannes, unus ex apostolis Christi, in revelatione ipsi facta mille annos Hierosolymis transacturos esse praedixit eos qui nostro Christo

naeus adv. haeres. V. c. 23. §. 2: „Quidam autem rursus in millesimum annum revocant mortem Adae: quoniam enim *dies domini sicut mille anni:* non superposuit (h. e. *excessit)* autem mille annos, sed intra eos mortuus est, transgressionis adimplens sententiam.“

10. *ἡμέρα ... ἔτη*] Psalm. 89, 4 (2 Petr. 3, 8). — Pro *κυρίου* Sylburg. vult *κυρίῳ*. Sed scripturam *dies domini* Irenaeus quoque l. c. agnoscit.

11. *συνάγειν*] Vitiose codd. msti et editi *συνάγει*. Cf. c. 70. n. 17. Sylburg. (cum Lango) mallet *Συνήκαμεν δὲ καὶ ὅτι τὸ εἰρημ.* etc..

12. *ἔπειτα*] Codd. msti et editi *ἐπειδή*. Utraque vox interdum confunditur: c. 78. n. 6. Lectionem vulgatam, id quod etiam nemo hucusque ausus est, noli ita forsitan defendere: *Et scimus futurum esse illud regnum mille annorum, quum etiam apud nos* —. Placuit Thirlbio edere: *Καὶ ἐπειδὴ ... κρίσιν* (*ὅπερ ... ὄντες*) *παρὰ γὰρ* etc.. Qua quidem interpunctione nihil lucramur.

13. *εἰς ... Χριστοῦ*] Hanc appositionem Rettigius in dubium vocavit, contra quem disputavit Lücke *Versuch einer vollständ. Einleitung in die Offenbarung Johannis* (Bonnae 1832) p. 280 sqq.. Eusebius Hist. eccl. IV. c. 18: *Μέμνηται δὲ* (Iustinus) *καὶ τῆς Ἰωάννου ἀποκαλύψεως, σαφῶς τοῦ ἀποστόλου αὐτὴν εἶναι λέγων.*

14. *προεφήτευσε*] Apocal. 20, 4—6. Verbum *ποιεῖν*, ad tempus

φήτευσε, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν καθολικὴν καί, συνελόντι φάναι, [15] αἰωνίαν ὁμοθυμαδὸν ἅμα πάντων ἀνάστασιν γενήσεσθαι καὶ κρίσιν. Ὅπερ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν εἶπεν, ὅτι [16] Οὔτε γαμήσουσιν οὔτε γαμηθήσονται, ἀλλὰ ἰσάγγελοι ἔσονται, τέκνα τοῦ θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες.

82. [1] Παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν, ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ συνιέναι ὀφείλετε, ὅτι τὰ πάλαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα εἰς ἡμᾶς μετετέθη. Ὅνπερ δὲ τρόπον καὶ ψευδοπροφῆται C ἐπὶ τῶν παρ' ὑμῖν γενομένων ἁγίων προφητῶν ἦσαν, [2] καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοί εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι, οὓς φυλάσσεσθαι προεῖπεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος κύριος, ὡς ἐν μηδενὶ ὑστερεῖσθαι ἡμᾶς, [3] ἐπισταμένους ὅτι προγνώστης ἦν τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν καὶ ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανὸν μελλόντων γίνεσθαι ἡμῖν. Εἶπε γὰρ ὅτι [4] φονεύεσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέλλομεν, καὶ ὅτι ψευδοπροφῆται καὶ ψευδόχριστοι πολλοὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ παρελεύσονται καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν· ὅπερ καὶ ἔστι. [5] Πολλοὶ γὰρ ἄθεα καὶ βλάσφημα καὶ ἄδικα ἐν ὀνόματι αὐτοῦ παραχαράσσοντες ἐδίδαξαν, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος διαβόλου ἐμβαλλόμενα D ταῖς διανοίαις αὐτῶν ἐδίδαξαν καὶ διδάσκουσι μέχρι νῦν·

relatum (ut interdum apud Ni Ti scriptores), pro *διατρίβειν*, *commorari*, dicitur. Hunc usum macedonicae dialecti esse putavit Sturz. De dialecto macedon. et alexandr. (Lips. 1818) p. 189.

15. *αἰωνίαν*] Heumannus (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 230 sq.) contendit scribi oportere *αἰώνων* (*postea universalem et* ... *aetatum communiter omnium resurrectionem futuram esse)*, quum *αἰὼν* sit *humanae vitae spatium* (Homer. Il. V. 685 et X. 415), quod alias Graeci *γενεὰν* vocant. Sed *αἰωνία ἀνάστασις* est *resurrectio in aeternum tempus (für die Ewigkeit)*. Sic Hebr. 6, 2: *ἀναστάσεώς τε νεκρῶν καὶ κρίματος αἰωνίου*: *Vergeltung für ewig*. Coll. Marc. 3, 29. Sis vide praeterea quae ad c. 113. p. 340. C. notavi. — Idem Heumannus (l. c.) quaerit, quid sibi velit *ὁμοθυμαδόν*, quum *ἅμα* sufficiat; verisimile ei fit Martyrem scripsisse *ὁμοθυμαδὸν πάντων*, et *ἅμα*, ad interpretandum *ὁμοθυμαδὸν* margini a docto quodam lectore inscriptum, irrepsisse postea in textum. Quid vero? Nonne utrumque vocabulum Iustino licuit coniungere ad sententiam fortius exprimendam? Sic et Plautus in Mostell. IV. 3. 43: „I mecum, obsecro, una simul.“ Illud *ὁμοθυμαδὸν* hic non est *unanimiter (einmüthig)*, ut omnes in-

crediderint, ac postea generalem et, ut verbo dicam, aeternam una simul omnium resurrectionem futuram esse et iudicium. Quod quidem etiam dominus noster dixit: *Neque nubent neque nubentur, sed aequales angelis erunt, quum filii dei resurrectionis sint.*

82. Apud nos enim hucusque etiam prophetica dona exstant, ex quo et ipsi intelligere debetis, quae olim in genere vestro fuere ea in nos translata esse. Quemadmodum autem, quum sancti apud vos versarentur prophetae, falsi quoque prophetae exstiterunt, pariter apud nos nunc multi sunt etiam falsi doctores, quos ut caveremus praemonuit nos dominus noster, ita ut nihil imparatis nobis eveniat, quippe quum praescium eum sciamus fuisse eorum quae post ipsius resurrectionem ex mortuis et adscensum in coelum eventura nobis erant. Futurum enim esse dixit ut occideremur et odio haberemur propter nomen ipsius, ac falsi prophetae et falsi Christi in nomine ipsius multi prodirent et plurimos seducerent: quod quidem etiam evenit. Multi enim impia et blasphema et iniusta in eius nomine adulterantes tradiderunt, et quae ab impuro spiritu diabolo mentibus ipsorum iniecta sunt docuerunt

terpretes male verterunt (Actt. martyrii S. Iust. et socc. c. 5), sed *una* (Sap. 18, 5. 12. Iob. 16, 10. 21, 26; coll. Actt. apost. 1, 14. 2, 1. 5, 12).

16. *Οὔτε ... ὄντες*] Luc. 20, 35. 36. — Ex hoc loco (*ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν, καὶ υἱοί εἰσιν τοῦ θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες*) Thirlbius nostrum opinatur emendandum esse.

1. *Παρὰ γὰρ ἡμῖν* etc.] Quia paulo ante dixerat Ioannem, unum ex duodecim, prophetae apud Christianos munere perfunctum esse, inde nata occasio loquendi de propheticis Christianorum donis. *Maranus.*

2. *καὶ*] Exspectabas *οὕτως* (c. 33) vel *ὁμοίως* (c. 27) vel *τὸν αὐτὸν τρόπον* (c. 39). Sed vulgata lectio genuina est. „Wie es aber unter euch falsche Propheten gegeben hat, sind ebenfalls (*καὶ*) unter uns auch Irrlehrer.“ De hoc particulae *καὶ* usu cf. Matth. 6, 10: *Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ* (sc. *γίνεται*), *καὶ ἐπὶ τῆς γῆς*. Ioann. 10, 15 (13, 15): *καθὼς γινώσκει ... κἀγὼ γινώσκω.*

3. *ἐπισταμένους* etc.] Cf. c. 35 et Apol. I. c. 12.

4. *φονεύεσθαι ... μέλλομεν — ψευδοπροφῆται ... παρελεύσονται*] Coll. Matth. 10, 21. 22. 24, 9; 24, 5. 11. 24.

5. *Πολλοὶ γὰρ* etc.] Cf. c. 35

*οὓς ὁμοίως ὑμῖν μεταπεἰθειν μὴ πλανᾶσθαι ἀγωνιζόμεθα, εἰδό-
τες ὅτι [6] πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὸ ἀληθὲς καὶ μὴ λέγων κρι-
θήσεται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὡς διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ διεμαρτύρατο ὁ θεός,
εἰπὼν ὅτι [7] Σκοπὸν τέθεικά σε τῷ οἴκῳ Ἰούδα. Ἐὰν ἁμάρτῃ
ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ μὴ διαμαρτύρῃ αὐτῷ, αὐτὸς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ
αὐτοῦ ἀπολεῖται, παρὰ σοῦ δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητήσω· ἐὰν δὲ
διαμαρτύρῃ αὐτῷ, ἀθῷος ἔσῃ. Διὰ δέος οὖν καὶ ἡμεῖς σπουδά-
ζομεν ὁμιλεῖν κατὰ τὰς γραφάς, ἀλλ' οὐ διὰ φιλοχρηματίαν ἢ φι- 309
λοδοξίαν ἢ φιληδονίαν· ἐν οὐδενὶ γὰρ τούτων ἐλέγξαι ἡμᾶς ὄντας
δύναταί τις. Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ τοῦ ὑμετέ-
ρου θέλομεν ζῆν, οὓς ὀνειδίζει ὁ θεὸς λέγων· [8] Οἱ ἄρχοντες ὑμῶν
κοινωνοὶ κλεπτῶν, φιλοῦντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα. Εἰ
δέ τινας καὶ ἐν ἡμῖν τοιούτους γνωρίζετε, ἀλλ' οὖν γε [9] τὰς γραφὰς
καὶ τὸν Χριστὸν διὰ τοὺς τοιούτους μὴ βλασφημῆτε καὶ παρεξ-
ηγεῖσθαι σπουδάζητε.*

83. *Καὶ γὰρ τὸ [1] Λέγει κύριος τῷ κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ
δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν
σου, εἰς Ἐζεκίαν εἰρῆσθαι ἐτόλμησαν ὑμῶν οἱ διδάσκαλοι ἐξηγήσα- B
σθαι, [2] ὡς κελευσθέντος αὐτοῦ ἐν δεξιᾷ τοῦ ναοῦ καθεσθῆναι,
ὅτε προσέπεμψεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἀπειλῶν, καὶ ἐσημάν-
θη αὐτῷ διὰ τοῦ Ἠσαΐου μὴ φοβεῖσθαι αὐτόν. Καὶ ὅτι μὲν γέ-
γονε τὰ λεχθέντα ὑπὸ [3] Ἠσαΐου οὕτως, καὶ ἀπεστράφη ὁ βασιλεὺς
Ἀσσυρίων τοῦ μὴ πολεμῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις τοῦ Ἐζε-
κίου, καὶ ἄγγελος κυρίου ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυ-
ρίων εἰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας, καὶ ἐπιστάμεθα καὶ
ὁμολογοῦμεν. Ὅτι δὲ εἰς αὐτὸν οὐκ εἴρηται ὁ ψαλμός, δῆλον.
Ἔχει γὰρ οὕτως· [4] Λέγει κύριος τῷ κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν C
μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

6. *πᾶς ... θεοῦ*] Citavit hunc locum Ioannes Damasc. in Sacr. Parall. (Opp. ed. Lequien. Tom. II) p. 857 et 754. — Cf. c. 88.

7. *Σκοπὸν ... ἐκζητήσω*] Ezech. 3, 17—19 (33, 7—9).

8. *Οἱ ... ἀνταπόδομα*] Iesai. 1, 23.

9. *τὰς γραφὰς καὶ τὸν Χριστὸν ... μὴ βλασφημῆτε καὶ παρεξηγ. σπουδάζητε*] Est *χιασμός*, quem grammatici dicere solent. Nam

et hucusque docent; quibus idem quod vobis persuadere conamur ut ab errore discedant, quippe quum perspectum habeamus quemvis qui verum possit dicere nec dicat a deo iudicatum iri, quemadmodum deus per Ezechielem testatus est, dicens: *Speculatorem posui te domui Iudae. Si peccaverit peccator et non testificatus ei fueris, ipse quidem peccato suo peribit, a te autem sanguinem eius requiram: si vero testificatus ei fueris, innocens eris.* Metu igitur ducti nos quoque sermones secundum scripturas conferre studemus, minime autem pecuniae aut gloriae aut voluptatis cupiditate; nullum enim ex his est vitiis cuius nos quisquam arguere possit. Neque enim similiter ac principes populi vestri vivere volumus, quos probro incessit deus dicens: *Principes vestri socii furum, diligentes dona, persequentes retributionem.* Quodsi aliquos etiam inter nos tales noveritis, tamen ne scripturas et Christum propter tales blasphemiis appetatis aut prave interpretari studeatis.

83. Etenim illud *Dicit dominus domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum,* ita interpretari ausi sunt magistri vestri ut in Ezechiam dictum esse contenderent, quasi is iussus sit in dextra templi parte sedere, quum ad eum misit rex Assyriorum minitans, et ei per Iesaiam significatum est ne hunc timeret. Atque Iesaiae quidem dicta sic evenisse ut dicta fuerant, et regem Assyriorum aversum fuisse quo minus Hierosolyma diebus Ezechiae oppugnaret, et angelum domini occidisse in castris Assyriorum ad centum octoginta quinque millia hominum, et novimus et confitemur. Psalmum autem in eum dictum non fuisse apertum est. Sic enim habet: *Dicit dominus domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos sca-*

blasphemiae ad Christum pertinent, pravae interpretationes ad scripturas.

1. *Λέγει ... ποδῶν σου*] Psalm. 109, 1.

2. *ὡς ... καθεσθῆναι*] Transtulit haec Tertullianus: vide c. 35. n. 1.

3. *Ἡσαΐου*] Iesai. 37, 33—38 et 4 Regg. 19, 32—37.

4. *Λέγει ... Μελχισεδέκ*] Psalm. 109, 1—4.

Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ κατακυριεύσει
[5] ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Ἐν λαμπρότητι τῶν ἁγίων, πρὸ ἑωσ-
φόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσε κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ
ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Ὅτι οὖν Ἐζε-
κίας οὐκ ἔστιν ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ,
τίς οὐχ ὁμολογεῖ; Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λυτρούμενος τὴν Ἱερουσα-
λήμ, τίς οὐκ ἐπίσταται; Καὶ ὅτι ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέ- D
στειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ κατεκυρίευσεν ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν αὐ-
τοῦ, ἀλλ' ὁ θεὸς ἦν ὁ ἀποστρέψας ἀπ' αὐτοῦ κλαίοντος καὶ ὀδυ-
ρομένου τοὺς πολεμίους, τίς οὐ γινώσκει; Ὁ δὲ ἡμέτερος Ἰησοῦς,
οὐδέπω ἐνδόξως ἐλθών, [6] ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξα-
πέστειλε, τὸν λόγον τῆς κλήσεως καὶ τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη
ἅπαντα, ὅπου τὰ δαιμόνια ἀπεκυρίευεν αὐτῶν, ὥς φησι Δαυίδ·
[7] Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Καὶ ἰσχυρὸς ὁ λόγος αὐτοῦ πέ-
πεικε πολλοὺς καταλιπεῖν δαιμόνια, οἷς ἐδούλευον, καὶ ἐπὶ τὸν 310
παντοκράτορα θεὸν δι' αὐτοῦ πιστεύειν, [8] ὅτι δαιμόνιά εἰσιν οἱ
θεοὶ τῶν ἐθνῶν. Καὶ τὸ [9] Ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, ἐκ
γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, τῷ Χριστῷ εἴρηται, [10] ὡς
προέφημεν.

84. Καὶ τὸ [1] Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν εἰς τοῦτον προείρητο. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ παρθένου οὗτος,

5. *ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου*] Haec obscura et dura sunt: *Virgam virtutis emittet* (Christus), *et* (illa) *dominabitur in medio inimicorum tuorum*. Videtur ergo legendum *ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ (inimicorum suorum)*, ut paulo post, ubi Ezechiae haec aptari non posse demonstrat Iustinus. *Maranus*.

6. *ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε*] Sic etiam paulo ante de Ezechia dicebat: *ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλήμ*. In ipso psalmo, qualem recitat Iustinus, habemus *ἐπὶ Ἱερουσαλήμ*. Nemo est sane qui non hic facinus aliquod suspicetur librariorum. Nullum enim exstat exemplum eiusmodi lectionis non solum apud alios scriptores, sed etiam apud Iustinum, qui legit supra c. 33 *ἐκ Σιὼν* et Apol. I. c. 45 *ἐξ Ἱερουσαλήμ*, et legem novam Ierosolymis progressam dicit, ut iam vidimus c. 11 et 24. Praeterea durior videri possit haec verborum constructio: *εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε τὸν λόγον τῆς κλήσεως καὶ τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα*. Commodius et aptius diceretur verbum evangelii Ierosolymis missum esse ad omnes gentes. Sed cum semel habeamus *ἐπὶ Ἱερουσαλήμ*, bis eodem sensu *εἰς Ἱερουσαλήμ*, non

bellum pedum tuorum. Virgam potentiae emittet super Hierosolyma, et dominabitur in mediis inimicis tuis. In splendore sanctorum, ex utero ante luciferum te genui. Iuravit dominus et non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedeci. Ezechiam igitur non esse sacerdotem in aeternum secundum ordinem Melchisedeci, quis non fatetur? Neque eum esse Hierosolymorum liberatorem, quis nescit? Neque eum virgam potentiae Hierosolyma misisse quae dominata sit in mediis inimicis suis, sed deum esse qui ab eo flente et lugente hostes avertit, quis non novit? Noster autem Iesus, qui nondum gloriose advenit, virgam potentiae Hierosolyma emisit, verbum vocationis et poenitentiae ad gentes omnes, ubi daemonia suo eas imperio tenebant, quemadmodum ait David: *Dii gentium daemonia.* Ac validum eius verbum multis persuasit ut daemonia desererent, quibus serviebant, et per eum in omnipotentem deum crederent, quoniam daemonia sunt dii gentium. Et illud *In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum te genui,* Christo dictum est, ut iam memoravimus.

84. Etiam illud *Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium* in hunc praedictum erat. Nam si iste, de quo Iesaias

temere reiicienda tribus locis repetita scriptura. Illud πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα minus durum videbitur, si referatur ad nomen κλήσεως. Sed praecipue nobis observanda ratiocinatio Iustini. *Virgam virtutis* interpretatur *verbum vocationis et poenitentiae ad omnes gentes*, sive donum spiritus sancti apostolis immissum, cum omnes essent Ierosolymis in eodem loco. Quare haec virga virtutis ante emissa est in urbem Ierosolymam, quam ex ea egrederetur. Illam autem Ierosolyma missam dicere Iustini proposito conducebat. Nam ne Iudaei dicerent Ezechiam precibus suis impetrasse et emisisse ex urbe virgam virtutis, qua profligati hostes: occurrit Iustinus, et observat virgam virtutis non solum Ierosolymis emissam esse, sed etiam Ierosolyma, quod Ezechiae aptari non poterat. *Maranus.*

7. Οἱ . . . δαιμόνια] Psalm. 95, 5.

8. ὅτι . . . ἐθνῶν] Haec verba censet Thirlbius forte ex margine irrepsisse in orationem

9. Ἐν . . . σε] Psalm. 109, 3.

10. ὡς προέφημεν] Cf. cc. 63 et 76.

1. Ἰδοὺ . . . υἱὸν] Iesai. 7, 14.

περὶ οὗ Ἡσαΐας ἔλεγεν, ἔμελλεν γεννᾶσθαι, [2] εἰς ὃν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐβόα· [3] Ἰδοὺ κύριος αὐτὸς δώσει σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν; [4] Εἰ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρωτοτόκοις καὶ οὗτος γεννᾶσθαι ἐκ συνουσίας ἔμελλε, τί B
καὶ ὁ θεὸς σημεῖον, ὃ μὴ πᾶσι τοῖς πρωτοτόκοις κοινόν ἐστιν, [5] ἔλεγε ποιεῖν; Ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς σημεῖον καὶ πιστὸν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἔμελλε γίνεσθαι, τουτέστι διὰ παρθενικῆς μήτρας [6] τὸν πρωτότοκον τῶν πάντων ποιημάτων σαρκοποιηθέντα ἀληθῶς παιδίον γενέσθαι, προλαβὼν αὐτὸ διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον, [7] ὡς ἀνιστόρησα ὑμῖν, προεκήρυξεν, ἵνα ὅταν γένηται δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ γενόμενον γνωσθῇ· ὡς καὶ ἀπὸ πλευρᾶς μιᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἡ Εὔα γέγονε, καὶ ὥσπερ τἆλλα πάντα ζῶα λόγῳ θεοῦ τὴν C
ἀρχὴν ἐγεννήθη. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐν τούτοις [8] παραγράφειν τὰς ἐξηγήσεις, ἃς ἐξηγήσαντο οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ [9] γενομένῳ, τολμᾶτε, λέγοντες μὴ ἔχειν τὴν γραφὴν ὡς ἐκεῖνοι ἐξηγήσαντο, ἀλλ'· Ἰδού, φησίν, ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει, [10] ὡς μεγάλων πραγμάτων σημαινομένων, εἰ γυνὴ ἀπὸ συνουσίας τίκτειν ἔμελλεν, ὅπερ πᾶσαι αἱ νεάνιδες γυναῖκες ποιοῦσι πλὴν τῶν στειρῶν, ἃς καὶ αὐτὰς βουληθεὶς ὁ θεὸς γεννᾶν ποιῆσαι δυνατός. [11] Ἡ μήτηρ γὰρ τοῦ Σαμουὴλ μὴ τίκτουσα διὰ βουλὴν θεοῦ τέτοκε, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἁγίου πατριάρχου Ἀβραάμ, D

2. *εἰς ὃν*] Interrogative capias pro *εἰς τίνα*. Cf. Winer *Grammatik d. neutest. Sprachidioms* (ed. 4) p. 155. Thirlbius legi vult *εἰς ὅ*.

3. *Ἰδοὺ . . . υἱόν*] Iesai. 7, 14. — Maranus *αὐτὸς ἡμῖν* (sic LXX) edidit.

4. *Εἰ γὰρ . . . ἐμ. γίνεσθαι*] Similiter Tertullianus adv. Iud. c. 9: „Sed et virginem, inquiunt (sc. *Iudaei*), parere natura non patitur, et tamen credendum est prophetae. Et merito. Praestruxit enim fidem incredibili rei, dicendo quod signum esset futurum. *Propterea*, inquit, *dabitur vobis signum: ecce virgo concipiet in utero et pariet filium.* Signum autem a deo, nisi novitas aliqua monstruosa fuisset, signum non videretur.“ Coll. adv. Marc. III. c. 13.

5. *ἔλεγε ποιεῖν*] Mallet fortasse aliquis *ἔμελλε ποιεῖν (facturus erat)*, ut antea et paulo post: sed non minus conveniens tamen *ἔλεγε*. *Sylburgius*.

6. *τ. πρωτότ. τ. πάντ. ποιημ.*] Coll. Coloss. 1, 15.

7. *ὡς ἀνιστ.*] In codd. mstis et editis *ὡς* non legitur (vide c. 80. n. 17), utique contra consuetudinem Iustinianam. — Ad verba *ἵνα ὅταν*

loquebatur, non erat ex virgine nasciturus, quis tandem est de quo spiritus sanctus clamabat: *Ecce dominus ipse dabit signum; ecce virgo in utero concipiet et pariet filium?* Nam si perinde atque alii omnes primogeniti iste quoque ex concubitu oriturus erat, cur ipse deus signum, quod non omnibus primogenitis commune esset, daturum se dicebat? Sed quod quidem vere signum est quodque certum generi hominum futurum erat, nempe ex virginali utero primogénitum omnium rerum conditarum, carnem factum, vere puerum fieri, id praeoccupans per spiritum propheticum alio atque alio modo, prout vobis exposui, praenuntiavit, ut quum evenisset potestate et voluntate creatoris universorum evenisse agnosceretur: quemadmodum ex una Adami costa Eva exstitit, ac caetera omnia animantia verbo dei initio genita sunt. Vos autem in his quoque interpretationes, quas seniores vestri apud Ptolemaeum Aegyptiorum regem adornaverunt, pervertere audetis, asserentes scripturam non habere ut illi exposuerunt, sed: *Ecce adolescentula in utero habebit*, quasi magnae res significarentur, si mulier ex concubitu paritura esset, quod quidem omnes adolescentulae mulieres faciunt exceptis sterilibus, quas et ipsae ut pariant deus quum vult potest efficere. Samuelis enim mater, quum non pareret, voluntate dei peperit: sic etiam uxor sancti patriarchae Abrahami,

γένηται etc. cf. Apol. I. c. 33. p. 74. E.

8. *παραγράφειν*] Vide c. 71. n. 7.

9. *γενομένῳ*] Fortasse *γενόμενοι*. C. 68: *ἣν ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδ. ὑ. πρεσβύτεροι παρὰ Πτ. τῷ τ. Αἰγ. βασιλεῖ γενόμενοι.* Sed non muto. C. 71: *τὰ ὑπὸ τῶν παρὰ Πτ. τῷ Α. γενομένῳ βασιλεῖ ἑβδ. πρεσβυτέρων.*

10. *ὡς . . . στειρῶν*] Irenaeus adv. haeres. III. c. 27: „Quid enim magnum aut quod signum fieret in eo quod adolescentula concipiens ex viro peperisset, quod evenit omnibus quae pariunt muliebribus?" Tertullianus adv. Iud. l. c.: „Denique si, quando ad deiiciendos aliquos ab hac divina praedicatione vel convertere [singulos] simplices quosque gestitis, mentiri audetis, quasi non virginem sed iuvenculam concepturam et parituram scriptura contineat: hinc quoque revincimini quod nihil signi videri possit res quotidiana, iuvenculae scilicet praegnatus et partus." Coll. adv. Marc. l. c..

11. *Ἡ μήτηρ . . . τεκοῦσα*] Cf. 1 Regg. 1, 20. Gen. 21, 2. Luc. 1,

καὶ Ἐλισάβετ ἡ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην τεκοῦσα, καὶ ἄλλαι τινὲς ὁμοίως. Ὥστε οὐκ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν δεῖ ὑμᾶς πάντα δύνασθαι τὸν θεὸν ὅσα βούλεται. Καὶ μάλιστα, ἐπειδὴ ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι, μὴ [12]παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι τολμᾶτε τὰς προφητείας, ἐπεὶ ἑαυτοὺς μόνους ἀδικήσετε, τὸν δὲ θεὸν οὐ βλάψετε.

85. Καὶ γὰρ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· [1]Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ 311
βασιλεὺς τῆς δόξης, ὁμοίως εἰς τὸν Ἐζεκίαν τολμῶσί τινες ἐξ ὑμῶν ἐξηγεῖσθαι εἰρῆσθαι, ἄλλοι δὲ εἰς Σολομῶνα· οὐδὲ εἰς τοῦτον οὐδὲ εἰς ἐκεῖνον οὔτε εἰς ἄλλον ἁπλῶς λεγόμενον ὑμῶν βασιλέα δυνατὸν ἀποδειχθῆναι εἰρῆσθαι, εἰς δὲ μόνον τοῦτον τὸν ἡμέτερον Χριστόν, [2]τὸν ἀειδῆ καὶ ἄτιμον φανέντα, ὡς Ἡσαΐας ἔφη καὶ Δαυὶδ καὶ πᾶσαι αἱ γραφαί, ὅς ἐστι κύριος τῶν δυνάμεων διὰ τὸ θέλημα τοῦ δόντος αὐτῷ πατρός, ὃς καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς καὶ ὁ ψαλμὸς καὶ αἱ ἄλλαι γρα- B
φαὶ ἐδήλουν, καὶ κύριον αὐτὸν τῶν δυνάμεων κατήγγελλον, [3]ὡς καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων ῥᾷον ὑμᾶς πεισθῆναι, ἐὰν θέλητε. [4]Κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τούτου τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ [5]πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, καὶ διὰ παρθένου γεννηθέντος καὶ παθητοῦ γενομένου ἀνθρώπου, καὶ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ ἀποθανόντος, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν καὶ ἀναβάντος εἰς τὸν οὐρανόν, πᾶν δαιμόνιον ἐξορκιζόμενον νικᾶται καὶ ὑποτάσσεται. [6]Ἐὰν δὲ κατὰ παντὸς ὀνόματος τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων ἢ δικαίων C
ἢ προφητῶν ἢ πατριαρχῶν ἐξορκίζητε ὑμεῖς, οὐχ ὑποταγήσεται

57. — Maranus male Ἐλισάβετ dedit.

12. παραγράφειν] Scribendo videlicet νεᾶνις pro παρθένος: vide paulo ante (n. 8). Atque παρεξηγεῖσθαι (c. 82. p. 309. A) est *perverse interpretari*: v. c. ita ut oraculum Ies. 7, 14 non in Christum sed in Ezechiam (c. 83) dictum esse opinarentur. Sic etiam c. 68. p. 294. B. C. tantummodo haec duo Iudaeis obiicit artificia: quod testimonia, quibus premebantur, aut non ita scripta esse ut a Christianis proferebantur, aut in Christum dicta non esse contenderent.

1. Ἄρατε . . . δόξης] Psalm. 23, 7.

2. τὸν ἀειδῆ κ. ἄτιμον φανέντα] Frustra quaereremus quorsum haec spectarent, aut quomodo ad ea quae psalmo 23 de aperiendis regi gloriae portis aeternis dicuntur pertinere possent, nisi haec eius loci expositio supra [c. 36] exstaret: Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐν οὐρανῷ ἄρχοντες ἑώρων ἀειδῆ καὶ ἄτιμον τὸ εἶδος

et Elisabetha quae Ioannem baptistam genuit, et aliae quaedam similiter. Quapropter minime suspicari debetis deum non posse omnia facere quae vult. Ac praecipue, quum praedictum sit ita eventurum esse, ne prophetias pervertere aut prave interpretari audeatis, siquidem vobis iniuriam solis facietis, deum autem non laedetis.

85. Prophetiam quoque dicentem: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portae aeternae, ut ingrediatur rex gloriae*, quidam ex vobis itidem ad Ezechiam interpretando detorquere audent, alii ad Salomonem; eam neque in hunc neque in illum neque in ullum omnino alium ex vestris regibus pronuntiatam esse demonstrari potest, sed solum in nostrum hunc Christum, qui informis et inglorius apparuit, ut Iesaias dixit et David et scripturae omnes, qui dominus est virtutum per voluntatem patris hoc ei dantis, qui ex mortuis etiam resurrexit et adscendit in coelum, ut et psalmus et caeterae scripturae declararunt, eumque dominum virtutum praedicarunt, ut etiam nunc ex iis quae sub adspectu vestro fiunt facile est vobis perspicere, si velitis. Nam per nomen ipsius huius filii dei et primogeniti omnis creaturae, qui per virginem natus et homo perpessionibus obnoxius factus, et sub Pontio Pilato a populo vestro crucifixus et mortuus est, et resurrexit ex mortuis et adscendit in coelum, quodlibet daemonium adiuratum vincitur et subiicitur. Si vero per nomen quodlibet eorum qui apud vos fuerunt aut regum aut iustorum aut prophetarum aut patriarcharum adiuretis, nullum subiicietur

καὶ ἄδοξον ἔχοντα αὐτόν, οὐ γνωρίζοντες αὐτόν, ἐπυνθάνοντο· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; *Thirlbius.*

3. *ὡς καὶ νῦν* etc.] Cf. Apol. II. c. 6. p. 45. A.

4. *Κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος... ὑποτάσσεται*] Brevis haec Christi historia non videtur temere addita esse; respiciuntur fortasse antiquae formulae exorcizandi. Origenes c. Cels. I. c. 6: *Οὐ γὰρ κατακηλήσεσιν ἰσχύειν δοκοῦσιν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ μετὰ τῆς ἀπαγγελίας τῶν περὶ αὐτὸν ἱστοριῶν.*

5. *πρωτοτόκου πάσ. κτίσεως*] Coll. Coloss. 1, 15.

6. *Ἐὰν δὲ ... οὐδὲν τῶν δαιμονίων*] Iudaei ap. Leontium Constantinop. (Auctuar. nov. Biblioth. Patr. Tom. I) p. 724: *Τί οὖν; Ὁ Σολομὼν οὐκ ἐδεσπότευσε τῶν δαιμόνων; Οὐχὶ πάντας ὑφ' ἓν ὡς ἕνα συνέκλεισεν; Οὐχὶ μέχρι τῆς σήμερον τοῦτον δεδοίκασιν;* Adde Iosephi Antiqq. iudd. VIII. c. 2.

οὐδὲν τῶν δαιμονίων· [7] ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζοι τις ὑμῶν κατὰ τοῦ
θεοῦ Ἀβραὰμ καὶ θεοῦ Ἰσαὰκ καὶ θεοῦ Ἰακώβ, ἴσως ὑποταγήσε-
ται. Ἤδη μέντοι οἱ ἐξ ὑμῶν [8] ἐπορκισταὶ τῇ τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ 322
ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι καὶ θυμιάμασι καὶ [9] καταδέσμοις χρῶν-
ται, εἶπον. Ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ δυνάμεις εἰσίν, οἷς ὁ λόγος
ὁ τῆς προφητείας τῆς διὰ Δαυὶδ [10] ἐπᾶραι τὰς πύλας, ἵνα εἰσέλ- 323
θῃ οὗτος ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς κύριος τῶν δυνάμεων κατὰ τὸ
θέλημα τοῦ πατρός, Ἰησοῦς Χριστός, ὁ λόγος τοῦ Δαυὶδ ὁμοίως D
ἀπέδειξεν, οὗ καὶ πάλιν ἐπιμνησθήσομαι διὰ τούτους τοὺς μὴ καὶ
χθὲς συνόντας ἡμῖν, δι' οὓς καὶ πολλὰ τῶν χθὲς εἰρημένων ἐπὶ
κεφαλαίων λέγω. Καὶ νῦν πρὸς ὑμᾶς ἐὰν τοῦτο λέγω, εἰ καὶ
[11] ἐταυτολόγησα πολλάκις, οὐκ ἄτοπον εἰπεῖν ἐπίσταμαι· γελοῖον
μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ὁρᾶν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ
[12] ἄλλα ἄστρα τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀεὶ καὶ τὰς τροπὰς τῶν ὡρῶν
ποιεῖσθαι, καὶ τὸν ψηφιστικὸν ἄνδρα, εἰ [13] ἐξετάζοιτο τὰ δὶς δύο
πόσα ἐστί, διὰ τὸ πολλάκις εἰρηκέναι ὅτι τέσσαρα, [14] οὐ παύ- 312
σεσθαι τοῦ πάλιν λέγειν ὅτι τέσσαρα, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ὅσα 324

7. *ἀλλ' εἰ . . . ὑποταγήσεται*] Idem docent Irenaeus adv. haeres. II. c. 6. §. 2 et Origenes l. c. I. c. 22. IV. c. 33. al.; is testatur ll. cc. Abrahami et Isaaci et Iacobi nomina in incantationibus et magicis operationibus ab ipsis ethnicis usurpata esse.

8. *ἐπορκισταὶ*] Sunt fortasse qui *ἐξορκισταὶ* legerint. Antea enim: *ἐξορκιζόμενον*, *ἐξορκίζητε*, *ἐξορκίζοι*. Mox: *ἐξορκίζουσι*. Sed vide Apol. II. c. 6. n. 13.

9. *καταδέσμοις χρῶνται, εἶπον*] Casaubonus ad Marc. Anton. I. §. 6 nostrum locum emendare et interpretari conatur legendo *καταδέσμοις χρῶνται ἐπῳδῶν*. Optimo iure (cf. c. 78. p. 304. A) hanc coniecturam Thirlbius et Maranus reprobant. Ille Londinensis editor, non multum a Casauboniana explicatione recedens, *καταδέσμους* opinatur carmina fuisse, quibus daemonium, suffimentis (*θυμιάμασι*) ex daemoniaco fugatum, ita vinciretur ut redire non posset; editor Benedictinus *καταδέσμους* (Apol. II. c. 6: *ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν καὶ ἐπᾳστῶν καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας* etc.) aliquam esse credit *φαρμακείας* speciem. Videntur vero *κατάδεσμοι* vincula magica esse sive ligaturae magicae, quibus daemones constringuntur, ne post quam expulsi sunt redeant neve noceant. Sic apud Iustinum. Istis vinculis daemones etiam constringuntur, ut eorum auxilio magi ad arbitrium utantur. Sic apud Euseb. de laud. Constant. p. 644. D. ed. Vales.: *Αὐτοὺς* (sc. *δαίμονας*) *καταδέσμοις τισὶν . . . παρέδρους ἑαυτοῖς ἐφειλκύσαντο*. Coll. Plat. de republ. II. p. 364. C. ed. Steph.: *ἐπαγωγαῖς τισι καὶ καταδέσμοις* (*defixionibus magicis*: de legg. p. 933. A.D. *κα-*

daemonium; si quis tamen vestrum adiuret per deum Abrahami et deum Isaaci et deum Iacobi, fortasse subiicietur. Iam vero adiuratores vestri (dixi) arte adhibita, perinde atque gentiles, adiurant ac suffitibus et vinculis utuntur. Angelos autem et virtutes esse, quos effatum prophetiae Davidis portas iubet attollere, ut ingrediatur iste redivivus ex mortuis dominus virtutum secundum voluntatem patris, Iesus Christus, effatum Davidis similiter demonstravit, quod iterum quoque commemorabo propter eos qui heri nobiscum non erant, quorum gratia etiam multa hesterno die dicta summatim refero. Ac nunc quidem si id vobis dixero, etsi saepe eadem inculcavi, nihil tamen absurdi dicturum me esse scio; ridiculum enim fuerit, solem et lunam videre et caetera sidera eamdem semper viam insistere tempestatumque vices reducere, ac rationum computatorem, si rogetur bis duo quot faciant, etsi saepe dixerit quatuor, non tamen idcirco desinere quatuor dicere, et alia eiusmodi quaecunque certo asseverantur eo-

ταδέσεις dicuntur) τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν.

10. ἐπᾶραι] Ante hanc vocem vel post legendum vel subaudiendum κελεύει [vel simile verbum]. Saepe a Iustino praetermissa eiusmodi verba. Vide c. 89 et 90. [Coll. c. 38. n. 6 et c. 70. n. 15.] Supra Iustinus, nempe c. 36, probavit Christum esse regem gloriae ac dominum virtutum et coelestibus principibus praecipi ut portas suas attollant. Sed ibidem non legimus haec verba: *Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius* — quibus tamen Iustinus mox dicet usum se fuisse, ut probaret angelos esse, quibus mandatum est ut portas attollerent. Non tamen mancus aut hiulcus ille locus est, neque alius assignari potest, in quo id praestiterit Iustinus. Immerito ergo culpentur librarii, quod omiserint haec verba: sed ipsi Iustino hoc tribuendum, qui in scribendo Dialogo nonnulla interdum omittit, quae postea opportune occurrunt, sive id arte et data opera factum sive quod memoria nonnumquam effluat ac postea res praetermissas revocet. *Maranus.*

11. ἐπαντολόγησα] Codd. msti et Stephan. ἐπαντολόγησα. — Mox pro εἰπεῖν Thirlbius coniecit ποιεῖν.

12. ἄλλα] Hanc vocem, quae deerat in editis, Maranus ex codd. mstis reposuit. — Tum fortasse τὰς αὐτὰς τρόπας legendum est: *easdem conversiones.* Non muto.

13. ἐξετάζοιτο] Codd. msti et editi ἐξετάζοι τὸ mendose.

14. οὐ] Hanc negationem textui inserui utpote necessariam ad sententiarum nexum. Iam Langus verum vidit.

παγίως ὁμολογεῖται ἀεὶ ὡσαύτως λέγεσθαι καὶ [15] ὁμολογεῖσθαι,
τὸν δὲ ἀπὸ τῶν γραφῶν τῶν προφητικῶν ὁμιλίας ποιούμενον ἐᾶν
καὶ μὴ τὰς αὐτὰς ἀεὶ λέγειν γραφάς, ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἑαυτὸν [16] βέλ-
τιον τῆς γραφῆς γεννήσαντα εἰπεῖν. Ἔστιν οὖν ὁ λόγος, δι' οὗ
[17] ἐσήμανα τὸν θεὸν δηλοῦν ὅτι καὶ ἄγγελοί εἰσιν ἐν οὐρανῷ καὶ
δυνάμεις, οὗτος· [18] Αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε
αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ,
αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. B

Καὶ Μνασέας δέ τις ὀνόματι τῶν συνελθόντων αὐτοῖς τῇ
δευτέρᾳ ἡμέρᾳ εἶπε· Καὶ ἡμεῖς χαίρομεν πάλιν πειρωμένου σου
τὰ αὐτὰ λέγειν δι' ἡμᾶς.

Κἀγὼ εἶπον· Ἀκούσατε, φίλοι, τίνι γραφῇ πειθόμενος ταῦτα
πράττω. Ἰησοῦς ἐκέλευσεν [19] ἀγαπᾶν καὶ τοὺς ἐχθρούς, ὅπερ καὶ
διὰ Ἡσαΐου ἐκεκήρυκτο διὰ πλειόνων, ἐν οἷς καὶ τὸ μυστήριον
[20] τῆς πάλιν γενέσεως ἡμῶν, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν τὸν Χρι-
στὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ φανήσεσθαι προσδοκώντων καὶ δι' ἔργων εὐα-
ρεστεῖν αὐτῷ σπουδαζόντων. Εἰσὶ δὲ οἱ διὰ Ἡσαΐου λόγοι οὗτοι· 325
[21] Ἀκούσατε τὸ ῥῆμα κυρίου, οἱ τρέμοντες τὸ ῥῆμα αὐτοῦ. Εἴπα- C
τε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις τὸ ὄνο-
μα κυρίου δοξασθῆναι. Ὤφθη ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν, κἀκεῖ-
νοι αἰσχυνθήσονται. Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, [22] φωνὴ λαοῦ,
φωνὴ κυρίου ἀποδιδόντος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Πρὶν
ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων,
ἐξέτεκεν ἄρσεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως,
εἰ ὤδινεν ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, εἰ δὲ καὶ τέκοι ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι
ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς; Ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσ-
δοκίαν ταύτην καὶ [23] οὐ γεννώσῃ, εἶπε κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ γεννῶ-
σαν καὶ στεῖραν ἐποίησα, λέγει κύριος. Εὐφράνθητι, Ἱερουσα- D
λήμ, καὶ πανηγυρίσατε, πάντες οἱ ἀγαπῶντες αὐτήν· χαίρετε, πάν-

15. ὁμολογεῖσθαι] Minime placet Thirlbii coniectatio legentis ποιεῖσθαι. (Thirlb., Maran.) Iustinum ea repetere quae pridie dixerat. Pearsonus autem mox δηλῶν legit.

16. βέλτιον τῆς] Thirlbius βέλτιόν τι legendum suspicatur.

17. ἐσήμανα] Codd. msti et editi ἐσήμανε. Male. Liquet enim

18. Αἰνεῖτε ... αὐτοῦ] Psalm. 148, 1. 2.

19. ἀγαπᾶν κ. τοὺς ἐχθρούς] Matth. 5, 44. Luc. 6, 27.

dem semper modo dici et asseverari: eum autem qui ex scripturis propheticis disserendi rationem depromat missas scripturas facere neque easdem semper referre, sed melius aliquid scriptura pariturum se et locuturum existimare. Itaque effatum, quo deum declarare dixi et angelos et virtutes in coelo esse, sic habet: *Laudate dominum de coelis, laudate eum in excelsis; laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.*

Hic Mnaseas quidam nomine, unus ex iis qui altero die venerant, dixit: Et nobis gratum facis quod eadem instituas nostra causa referre.

Tum ego dixi: Audite, amici, qua scriptura adductus haec faciam. Iesus praecepit ut etiam inimicos diligamus: quod quidem et per Iesaiam praedicatum erat pluribus verbis, in quibus iteratae quoque nativitatis nostrae mysterium continetur, et omnium omnino qui Christum Hierosolymis visum iri exspectant eique operibus placere student. Sunt verba Iesaiae haecce: *Audite verbum domini, qui tremitis sermonem eius. Dicite, fratres nostri, iis qui oderunt vos et abominantur, ut nomen domini glorificetur. Visus est in laetitia eorum, et illi confundentur. Vox clamoris ex urbe, vox populi, vox domini retribuentis retributionem superbis. Ante quam parturiens pareret, et ante quam veniret labor dolorum, peperit masculum. Quis audivit tale, et quis vidit sic: si parturivit terra uno die, si vero etiam peperit gentem nixu uno, quia parturivit et peperit Sion filios suos? Ego autem dedi exspectationem hanc etiam non parienti, dixit dominus: ecce ego parientem et sterilem feci, dicit dominus. Laetare, Hierosolyma, et conventus agite, omnes qui dili-*

20. *τῆς πάλιν γενέσεως*] H. e. *iteratae* seu *alterae nativitatis*, qua incipit nova vita. Confidenter illud edidi pro vulg. *πάλιν τῆς γενέσεως*. C. 118: *ἐν τῇ πάλιν παρουσίᾳ*. Alius (Sylburg.) *τῆς παλιγγενεσίας* fecerit.

21. *Ἀκούσατε ... αὐτοῦ*] Iesai. 66, 5—11.

22. *φωνὴ λαοῦ*] Sic ex utroque cod. msto reposui; in editis cum LXX *φωνὴ ἐκ ναοῦ* legitur.

23. *οὐ γεννώσῃ*] Mallet Thirlb. *οὐ γεννήσω*. Nil mutandum est.

τες ὅσοι πενθεῖτε ἐπ' αὐτήν, ἵνα θηλάσητε καὶ ἐμπλησθῆτε ἀπὸ
μασθοῦ παρακλήσεως αὐτῆς, ἵνα ἐκθηλάσαντες τρυφήσητε ἀπὸ
εἰσόδου δόξης [24] αὐτοῦ.

86. Καὶ ταῦτα εἰπὼν προσέθηκα· Ὅτι δέ, [1] μετὰ τὸ σταυρω-
θῆναι τοῦτον ὃν ἔνδοξον πάλιν παραγενήσεσθαι ἀποδεικνύουσιν
αἱ γραφαί, σύμβολον εἶχε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὃν ἐν τῷ παραδεί-
σῳ πεφυτεῦσθαι ἐλέλεκτο, καὶ τῶν γενησομένων πᾶσι τοῖς δι- 226
καίοις, ἀκούσατε. [2] Μωυσῆς μετὰ ῥάβδου ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ ἀπο- 813
λύτρωσιν ἐπέμφθη, καὶ ταύτην ἔχων μετὰ χεῖρας ἐν ἀρχῇ τοῦ
λαοῦ διέτεμε τὴν θάλασσαν, διὰ ταύτης ἀπὸ τῆς πέτρας ὕδωρ
ἀναβλύσαν ἑώρα· καὶ ξύλον βαλὼν εἰς τὸ ἐν Μεῤῥᾷ ὕδωρ, πι-
κρὸν ὄν, γλυκὺ ἐποίησε. [3] Ῥάβδους βαλὼν Ἰακὼβ εἰς τὰς ληνοὺς
τῶν ὑδάτων ἐγκισσῆσαι τὰ πρόβατα τοῦ μητραδέλφου, ἵνα τὰ
γεννώμενα ἐξ αὐτῶν κτήσηται, ἐπέτυχεν· ἐν ῥάβδῳ αὐτοῦ διε-
ληλυθέναι τὸν ποταμὸν ὁ αὐτὸς Ἰακὼβ καυχᾶται. [4] Κλίμακα ἔφη
ἑωρᾶσθαι αὐτῷ, καὶ τὸν θεὸν ἐπ' αὐτῆς ἐστηρίχθαι ἡ γραφὴ δε-
δήλωκε· καὶ ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ ἦν, ἀπὸ τῶν γραφῶν [5] ἀπεδείξαμεν. B
Καὶ [6] ἐπὶ λίθου καταχέας ἔλαιον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ Ἰακὼβ στήλην
τῷ ὀφθέντι αὐτῷ θεῷ ἀληλιφέναι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ὀφθέντος αὐ-
τῷ θεοῦ μαρτυρεῖται. Καὶ ὅτι λίθος Χριστὸς διὰ πολλῶν γραφῶν
συμβολικῶς ἐκηρύσσετο, ὁμοίως [7] ἀπεδείξαμεν· καὶ ὅτι τὸ χρίσμα
πᾶν, εἴτε ἐλαίου εἴτε στακτῆς εἴτε τῶν ἄλλων τῶν τῆς συνθέσεως
τοῦ μύρου χρισμάτων, τούτου ἦν, ὁμοίως [8] ἀπεδείξαμεν, τοῦ λό-
γου λέγοντος· [9] Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός, ὁ θεός σου, ἔλαιον
ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Καὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς πάν- C

24. αὐτοῦ] Legitur αὐτῆς in Bibliis, idque ipsi fonti consentaneum: sed libenter crediderim Iustinum scripsisse αὐτοῦ, quod ad Christum referri potest. Hunc enim ex hoc loco concludit visum iri Ierosolymis, idque satis congruit cum his verbis: *ab ingressu gloriae eius. Maranus.*

1. μετὰ τὸ σταυρωθῆναι] Sylburgius, cui Iebb. et Thirlb. adstipulari videntur, aptius legi mallet καὶ τὸ σταυρωθῆναι. Maranus retinet vulgatam lectionem, quum manifestum sit illa verba referri ad ea quae sequuntur, nempe ad πάλιν παραγενήσεσθαι. In margine codd. mstorum apposita est haec nota, quae hominis est locum male interpretantis: οἶμαι σύμβολον ἔχοντα τὸν σταυρὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς θέλει: *Videtur mihi dicere* Christum rediturum *habentem crucem ut signum ligni vitae.* Vide c. 43. n.

gitis eam; gaudete, omnes quicunque lugetis super eam, ut sugatis et impleamini ab ubere consolationis eius, ut post quam suxeritis affluatis deliciis ab introitu gloriae eius.

86. Quibus recitatis adieci: Quem autem scripturae post, quam crucifixus esset, rursus gloriose venturum demonstrant, eius symbolum fuisse tum lignum vitae, quod dictum fuerat in paradiso plantatum fuisse, tum ea quae omnibus iustis eventura erant, audite. Moses cum virga ad populum liberandum missus est, eamque manibus gestans, quum populo antecederet, mare dissecuit, per eam ex petra aquam scaturientem vidit; ac ligno in aquam Merrae iniecto dulcem ex amara fecit. Virgis Iacobus in canales aquarum iniectis consecutus est ut materni avunculi oves foetae fierent, quo foetus earum ipse possideret; virga sua transiisse se fluvium idem Iacobus gloriatur. Scalam dixit a se visam esse, eique deum innixum fuisse scriptura demonstrat; et patrem non fuisse ex scripturis demonstravimus. Et quum Iacobus lapidi oleum infudisset in eodem loco, testimonium accepit ab ipso illo qui ei visus erat deo, quod columnam deo sibi viso inunxisset. Christum autem lapidis nomine per multas scripturas arcane praedicari similiter demonstravimus; et quodcunque unguentum, sive olei sive stactae sive aliarum ex unguenti compositione unctionum, huius fuisse itidem demonstravimus, effato dicente: *Propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exsultationis prae consortibus tuis.* Etenim reges omnes et uncti

1. — Pro *γενησομένων* Thirlbius legi *γενομένων* mallet.

2. *Μωυσῆς ... ἐποίησε*] Coll. Exod. 4, 17. 14, 16. 21. 17, 5. 6. 15, 23—25.

3. *Ῥάβδους ... καυχᾶται*] Coll. Genes. 30, 37. 38. 32, 10.

4. *Κλίμακα ... δεδήλωκε*] Coll. Genes. 28, 12. 13.

5. *ἀπεδείξαμεν*] C. 60. — Thirlbius verba *καὶ ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ ... τοιαῦτα ἔχει ἢ ἔσχε* parenthesi inclusit.

6. *ἐπὶ ... μαρτυρεῖται*] Coll. Genes. 28, 18 et 31, 13. — Maranus male *ἀληλειφέναι*.

7. *ἀπεδείξαμεν*] Cf. cc. 70 et 76.

8. *ἀπεδείξαμεν*] Cf. c. 63, coll. c. 56. p. 277. C.

9. *Διὰ ... σου*] Psalm. 44, 7.

τες καὶ οἱ χριστοὶ ἀπὸ τούτου μετέσχον καὶ βασιλεῖς καλεῖσθαι καὶ χριστοί· ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔλαβε [10] τὸ βασιλεὺς καὶ Χριστὸς καὶ ἱερεὺς καὶ ἄγγελος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἔχει ἢ ἔσχε. [11] Ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν βλαστὸν κομίσασα ἀρχιερέα αὐτὸν ἀπέδειξε. [12] Ῥάβδον ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ γενήσεσθαι τὸν Χριστὸν Ἡσαΐας προεφήτευσε. Καὶ Δαυὶδ [13] ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσειν ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεσθαι, φησὶν εἶναι τὸν δίκαιον. Καὶ [14] ὡς φοῖνιξ ἀνθήσειν ὁ δίκαιος εἴρηται. D
[15] Ἀπὸ ξύλου τῷ Ἀβραὰμ ὤφθη ὁ θεός, ὡς γέγραπται, πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ. [16] Ἑβδομήκοντα ἰτέας καὶ δώδεκα πηγὰς εὗρεν ὁ λαὸς [17] διαβὰς τὸν Ἰορδάνην. [18] Ἐν ῥάβδῳ καὶ βακτηρίᾳ παρακεκλῆσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ Δαυὶδ λέγει. [19] Ξύλον Ἐλισσαῖος βαλὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἀνήνεγκε τὸν σίδηρον τῆς ἀξίνης, ἐν ᾗ πεπορευμένοι ἦσαν οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν κόψαι ξύλα εἰς οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου, ἐν ᾧ τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα τοῦ θεοῦ λέγειν καὶ μελετᾶν ἐβούλοντο· ὡς καὶ ἡμᾶς βεβαπτισμένους ταῖς βαρυτάταις ἁμαρτίαις, ἃς ἐπράξαμεν, διὰ τοῦ σταυρω- 314
θῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ δι᾽ ὕδατος ἁγνίσαι ὁ Χριστὸς ἡμῶν ἐλυτρώσατο καὶ οἶκον εὐχῆς καὶ προσκυνήσεως ἐποίησε. Καὶ [20] ῥάβδος ἦν ἡ δείξασα Ἰούδαν πατέρα τῶν ἀπὸ Θάμαρ [21] διὰ μέγα μυστήριον γεννηθέντων.

87. Καὶ ὁ Τρύφων, εἰπόντος μου ταῦτα, ἔφη· Μή με λοιπὸν

10. τὸ βασιλεὺς etc.] Subaudiendum εἶναι (Lang.) vel potius ex praecedentibus καλεῖσθαι. Idem cum ἔχει ἢ ἔσχε subaudias.

11. Ῥάβδος ... ἀπέδειξε] Coll. Numer. 17, 8.

12. Ῥάβδον ... προεφήτευσε] Iesai. 11, 1.

13. ὡς ... δίκαιον] Psalm. 1, 3. — Cum infinitivis δώσειν et ἀποῤῥυήσεσθαι subaudias μέλλει (Sylburg.) vel potius φησὶ (Maran. ἔφη) ex sequentibus.

14. ὡς ... εἴρηται] Coll. Psalm. 91, 13. — Pro vulg. ἀνθίσειν reposui ἀνθήσειν. Cf. c. 53. n. 11.

15. Ἀπὸ ... Μαμβρῇ] Genes. 18, 1. — Pro ἀπὸ ξύλου uterque cod. mstus in marg. ἐπὶ ξύλου habet (Sylburg. mallet ὑπὸ ξύλου: sub ligno), et pro τῇ Μαμβρῇ ibidem ἐν τῇ Μαμβρῇ.

16. Ἑβδομήκοντα ... Ἰορδά-

93. *Τὰ γὰρ ἀεὶ καὶ δι' ὅλου δίκαια καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην παρέχει ἐν παντὶ γένει ἀνθρώπων, καὶ ἔστι πᾶν γένος γνωρίζον* D *ὅτι μοιχεία κακὸν καὶ πορνεία καὶ [1] ἀνδροφονία καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Κἂν πάντες πράττωσιν αὐτά, ἀλλ' οὖν γε τοῦ ἐπίστασθαι ἀδικοῦντες, ὅταν πράττωσι ταῦτα, οὐκ ἀπηλλαγμένοι εἰσί, πλὴν*

7. *τόπον* etc.] Vide c. 22. n. 16. — Dein ante *ἵνα* Langus supplet *ἐγένετο*: *factum est*. Maranus male ad superiora *εἰ μὴ ἀποδείξετε ὅτι* refert.

8. *ὡς εἴρηται*] Cf. c. 19—22.

9. *τοῦτό*] H. e. si deus illas leges non dedit ad evitandam *εἰδωλολατρείαν*. Caeterum cf. c. 23: *Ἐὰν δὲ ταῦτα οὕτως μὴ ὁμολογήσωμεν, συμβήσεται ἡμῖν εἰς ἄτοπα ἐμπίπτειν νοήματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ μὴ ὄντος τοῦ κατὰ τὸν Ἐνὼχ* etc..

10. *καὶ οὐκ ἔστιν ... καὶ πᾶσαι*] Vulgo corrupte *καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων, ὡς οὐκ ἀληθὴς ὁ θεὸς* etc.. Equidem ita emendare studui, ut *ἀληθὴς* ante *λόγος* reponerem et *οὐκ* post *ὡς* delerem. Exspectaveris quoque *καὶ οὐκ ἔσται* ob antecedens *συκοφαντηθήσεται*, sed *ἔστι* ferri potest. Praeterea Thirlbius coniecit: *καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ὁ λόγος ὁ λέγων ὡς δίκαιος ὁ θεός, καὶ πᾶσαι*, aut... *ὡς εὐθὺς* (ψ' 91, 15) *ὁ θεὸς καὶ δίκαιος*, aut ... *θεὸς ἀληθὴς καὶ δίκαιος*. Maranus similiter legi voluit: *καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθὴς λόγος ὁ λέγων ὡς ἀληθὴς* (vel *ἀληθινὸς* vel *εὐθὺς*) *ὁ κύριος καὶ δίκαιος*.

11. *ἀληθὴς ... κρίσεις* — *καὶ*

cum de nomine dei vocari dominus sustinuit, [factum est] ne, ut dictum est, ad simulacrorum cultum delapsi ac dei immemores, impii et athei essetis, quales vos semper patet fuisse. Atque hanc fuisse causam cur deus de sabbatis et oblationibus leges sanciret, iam a me demonstratum est iis quae antea dicta sunt; propter eos autem qui hodie venerunt eadem paene omnia volo repetere. Nam si hoc ita non est, calumniis appetetur deus, quasi neque futurorum praescius sit neque eamdem iustitiam omnes et noscere et observare docuerit (multas enim generationes hominum ante Mosen fuisse liquet), neque verum est effatum, quod dicit *deum esse verum et iustum et omnes vias eius iudicia, neque esse iniquitatem in eo.* Sed quia verum est effatum, etiam deus vos tales semper esse non vult, insipientes et vestri amantes, ut cum Christo salvemini, qui placuit deo et ab eo testimonium accepit, ut antea ex sanctis propheticis effatis demonstravi.

93. Nam semper et ubique iusta ac totam iustitiam in omni hominum genere exhibet, et omne genus novit adulterium esse malum et fornicationem et homicidium et quaecunque alia similia. Etiamsi omnes ista faciant, non tamen assequuntur ut, quum ea faciunt, inique a se fieri ignorent, iis exceptis

... *αὐτῷ*] Deuteron. 32, 4 coll. Psalm. 24, 10; 91, 15.

12. *θεὸς*] Maranus *ὁ θεός*.

13. *μετὰ τοῦ Χριστοῦ*] H. e. coniuncti cum Christo, aut eius auxilio, ut beatitudinis auctor sit. Sic *μετὰ* (= *mittels*) saepe usurpatur; cf. Actt. apost. 13, 17. Supersedemus igitur Thirlbii coniectura: *ὅπως σωθῆτε μετὰ τῶν* (vel *μεθ᾽ ἡμῶν τῶν*, vel *μετὰ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν*) *διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου εὐαρεστούντων τῷ θεῷ καὶ μεμαρτυρημένων*. Ipsum V. D. mutationis istius magnitudo valde movisse videtur; vulgarem enim scripturam scite explicuit in hunc modum: „ut salvemini et proinde *ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ μερίδι ἦτε*, et *ubi ille est et vos sitis.*“ C. 80: *συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν καὶ εὐφρανθῆναι σὺν τῷ Χριστῷ*. C. 139: *ἅμα αὐτῷ* (sc. *Χριστῷ*) *ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ γενησόμενοι καὶ τὰ αἰώνια καὶ ἄφθαρτα κληρονομήσειν*. Apol. I. c. 8: *τῆς μετὰ θεοῦ ... διαγωγῆς*. C. 11: *ὑμεῖς ... ἀκρίτως ἀνθρώπινον* (sc. *βασιλείαν*) *λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ θεοῦ λεγόντων*.

1. *ἀνδροφονία*] Codd. msti *ἀνδρομανία* in margine.

ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι [2] καὶ ἀνατροφῆς καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν, μᾶλλον δὲ ἔσβεσαν ἢ [3] ἐπεσχημένας ἔχουσιν. Ἰδεῖν γάρ ἐστι καὶ τοὺς [4] τοιούτους μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν βουλομένους ἅπερ αὐτοὶ τοὺς ἄλλους διατιθέασι, καὶ ἐν συνειδήσεσιν ἐχθραῖς ταῦτα ὀνειδίζοντας ἀλλήλοις ἅπερ ἐργάζονται. Ὅθεν μοι δοκεῖ καλῶς εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ 321
Χριστοῦ, [5] ἐν δυσὶν ἐντολαῖς πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν πληροῦσθαι· εἰσὶ δὲ αὗται· [6] Ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. [7] Ὁ γὰρ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος ἀγαπῶν τὸν θεόν, πλήρης θεοσεβοῦς γνώμης ὑπάρχων, οὐδένα ἄλλον τιμήσει θεόν· καὶ ἄγγελον ἐκεῖνον [8] ἂν τιμήσῃ θεοῦ βουλομένου, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ. Καὶ ὁ B
τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῶν, ἅπερ [9] ἑαυτῷ βούλεται ἀγαθά, κἀκείνῳ βουλήσεται· οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται. [10] Ταῦτα οὖν τῷ πλησίον καὶ εὔξαιτ' ἂν καὶ ἐργάσαιτο γενέσθαι, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ, ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν· πλησίον δὲ ἀνθρώπου οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ λογικὸν ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. Διχῇ οὖν τῆς πάσης δικαιοσύνης τετμημένης, πρός τε θεὸν καὶ ἀνθρώπους, ὅστις, φησὶν ὁ λόγος, ἀγαπᾷ κύριον τὸν θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, δίκαιος C
ἀληθῶς ἂν εἴη. Ὑμεῖς δὲ οὔτε πρὸς θεὸν οὔτε πρὸς τοὺς προφήτας οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν ἢ ἀγάπην ἔχοντες οὐδέποτε ἐδείχθητε, ἀλλ', ὡς δείκνυται, καὶ εἰδωλολάτραι πάντοτε καὶ φονεῖς τῶν

2. *καὶ ἀνατροφῆς*] Facile ex antecedentibus *ὑπὸ* suppletur. Nec necesse erat ut *ἀνατροφὴ* accuratius designaretur. Itaque H. Stephani (in edit. Epist. ad Diogn. p. 54) coniecturis supersedemus: *καὶ* (Thirlb. mallet *ἢ*) *ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς* vel *ὑπὸ κακῆς ἀνατροφῆς*. Concinnius saltem scripsisset: *καὶ ὑπ' ἀνατροφῆς κακῆς*.

3. *ἐπεσχημένας ἔχ.*] Nulla enim est legis naturalis ignoratio.

4. *τοιούτους*] Hoc Maranus ex codd. mstis textui inseruit. Thirlbius coniecerat *αὐτούς*.

5. *ἐν ... πληροῦσθαι*] Matth. 22, 40.

6. *Ἀγαπήσεις ... σεαυτόν*] Luc. 10, 27 coll. Marc. 12, 30. 31.

7. *Ὁ γὰρ ... καὶ θεοῦ*] Cf. c. 65. n. 6.

8. *ἂν τιμήσῃ*] Schnitzerus (*Neue Jen. Allgem. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 281) voluit scribi *τιμήσει*

quicunque impuro spiritu pleni vel institutione et moribus malis et legibus nefariis corrupti naturales notiones amiserunt, immo potius exstinxerunt aut inhibitas tenent. Videre enim licet etiam eiusmodi homines eadem pati nolle quae ipsi aliis faciunt, ac sibi invicem conscientia inimica ea exprobrare quae perpetrant. Unde mihi praeclare a domino nostro et salvatore Iesu Christo dictum videtur, *duobus praeceptis iustitiam omnem et pietatem impleri*; sunt autem haec: *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex totis viribus tuis et proximum tuum ut te ipsum.* Nam qui ex toto corde et ex totis viribus diligit deum, piae sententiae plenus quum sit, nullum alium colet deum; et angelum illum deo volente colet, quem ipse dominus et deus diligit. Et qui proximum diligit ut se ipsum eadem illi bona, atque ipse sibi, optabit; nemo autem sibi mala optabit. Igitur qui proximum diligit eadem ei, atque ipse sibi, precabitur ac navabit: proximus autem hominis non alius est nisi similibus perpessionibus obnoxium et ratione praeditum animal, homo. Bifariam igitur distributa omni iustitia, in deum et homines, quicunque, ait effatum, diligit dominum deum ex toto corde et ex totis viribus et proximum ut se ipsum, is vere iustus fuerit. Vos autem neque in deum neque in prophetas neque in vos ipsos amorem unquam aut caritatem declarastis, sed, ut manifestum est, et simulacrorum cultores semper et iustorum interfectores vos prae-

pro *τιμήσῃ*. Sed, ut iam Sylburg. advertit, convenientius esset potentiali modo *ἂν τιμῆσαι* seu *ἂν τιμήσειε*: *honoraverit*, ut infra *εὔξαιτ' ἂν* et *ἂν εἴη*. Quamquam caremus mutatione. Etiam apud alios scriptores *ἂν* particula interdum cum coniunctivo (pro futuro) ponitur. Cf. Hom. Il. I. 137. 184. 205. III. 54.

9. *ἑαυτῷ*] Codd. msti et editi *αὐτῷ*. Gallandius *αὑτῷ* edidit. Mox: *ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται*. Et: *ἅπερ καὶ ἑαυτῷ*. Cf. Apol. I. c. 3. n. 6.

10. *Ταὐτὰ*] Codd. msti et editi *Ταῦτ'*. Cf. c. 48. n. 12. — Recte Thirlbius de constructione huius argumenti: „Qui vicinum, inquit Iustinus, diligit tamquam se, quae sibi ipsi bona, illi quoque exoptabit. Nemo autem sibi mala exoptat. Ergo quid? Ergo qui vicinum amat, eadem illi optabit quae sibi. Minus erit ridiculus syllogismus, si transferas istud *ἀγαθὰ* a propositione, ubi omnia turbat, ad complexionem, ubi desideratur.“

δικαίων εὑρίσκεσθε, ὡς καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν ὑμᾶς καὶ μέχρι νῦν ἐπιμένειν τῇ κακίᾳ ὑμῶν, [11] καταρωμένους καὶ τῶν τοῦτον τὸν ἐσταυρωμένον ὑφ' ὑμῶν ἀποδεικνύντων εἶναι τὸν Χριστόν· καὶ πρὸς τούτοις ἐκεῖνον μὲν ὡς ἐχθρὸν θεοῦ 34. καὶ κατηραμένον ἀξιοῦτε ἀποδεικνύναι ἐσταυρῶσθαι, ὅπερ τῆς ἀλογίστου ὑμῶν γνώμης ἔργον ἐστίν. Ἔχοντες γὰρ ἀφορμὰς ἀπὸ D τῶν γενομένων [12] σημείων διὰ Μωυσέως συνιέναι ὅτι οὗτός ἐστιν, οὐ βούλεσθε, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις, ἡμᾶς ἀλογεῖν δύνασθαι ὑπολαμβάνοντες, συζητεῖτε ὅπερ ὑμῖν συμβαίνει, καὶ ὑμεῖς ἀπορεῖτε λόγων, ὅταν εὐτόνῳ τινὶ Χριστιανῷ συμβάλητε.

94. Εἴπατε γάρ μοι, οὐχὶ θεὸς ἦν ὁ ἐντειλάμενος διὰ Μωυσέως [1] μήτε εἰκόνα μήτε ὁμοίωμα μήτε τῶν ἐν οὐρανῷ ἄνω μήτε τῶν ἐπὶ γῆς ὅλως ποιῆσαι, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ [2] διὰ τοῦ Μωυσέως τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐνήργησε γενέσθαι καὶ [3] ἐπὶ σημεῖον 322 ἔστησε, δι' οὗ σημείου ἐσώζοντο οἱ ὀφιόδηκτοι, καὶ ἀναίτιός ἐστιν ἀδικίας; [4] Μυστήριον γὰρ διὰ τούτου, [5] ὡς προέφην, ἐκήρυσσε, δι' οὗ καταλύειν μὲν τὴν δύναμιν τοῦ ὄφεως, τοῦ καὶ τὴν παράβασιν ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ γενέσθαι ἐργασαμένου, ἐκήρυσσε, σωτηρίαν δὲ τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν διὰ τοῦ σημείου τούτου, [6] τουτέστι τοῦ σταυροῦ, θανατοῦσθαι μέλλοντα ἀπὸ τῶν δηγμάτων τοῦ ὄφεως, ἅπερ εἰσὶν αἱ κακαὶ πράξεις, εἰδωλολατρεῖαι καὶ ἄλλαι ἀδι-

11. *καταρωμένους ... Χριστόν*] Vide c. 16. n. 9.

12. *σημείων δ. Μωυσέως*] Spectat ad aeneum serpentem et manus contra Amalecum in crucis figuram extensas (c. 90).

1. *μήτε εἰκόνα ... ποιῆσαι — αὐτὸς ... ὀφιόδηκτοι*] Coll. Exod. 20, 4; Numer. 21, 8. 9.

2. *διὰ τοῦ Μωυσέως*] Fortasse (Thirlb.) *δι' αὐτοῦ* vel *διὰ τοῦ αὐτοῦ Μωυσέως*. Non muto.

3. *ἐπὶ σημεῖον ἔστησε*] *Signo imposuit*, id est cruci. Nam signi nomine crucem intelligit Iustinus et serpentem aeneum cruci impositum fuisse existimat. [Vide Apol. I. c. 60. n. 4, Dial. c. Tr. c. 72. n. 3, c. 91. n. 14, c. 111. p. 338. D.] Hoc ipso in loco idem declarat his verbis: *in eum qui per hoc signum, id est per crucem, erat passurus.* Eadem habet vetus Barnabae interpres c. 12: *et posuit in cruce* [in textu *ἐνδόξως*, ed. 3. Hefel. *ἐν δοκῷ*]. Iustini verborum imitatorem habemus Tertullianum, qui adv. Iud. c. 10 [comp. adv. Marc. III. c. 18] sic loquitur: „Idem rursus Moyses, post interdictam omnis rei similitudinem, cur aeneum serpentem ligno impositum pendentis habitu in spectacu-

buistis, ita ut et ipsi Christo manus intuleritis et hucusque in vestra permaneatis nequitia, diris etiam eos voventes qui hunc a vobis crucifixum demonstrant esse Christum; et ad haec illum ut inimicum dei et maledictum in crucem actum esse conamini demonstrare: quod quidem alieni a ratione animi vestri opus est. Nam quum ex signis a Mose factis intelligendi copiam habeatis eum esse Christum, non vultis, sed etiam insuper, in angustias nos coniici posse existimantes, quaestiones ponitis quaecunque in mentem vobis veniunt, nec tamen ipsi habetis quod dicatis, quando in firmum aliquem Christianum incideritis.

94. Dicite enim mihi: nonne deus erat qui per Mosen praecepit ne qua omnino effingeretur imago aut similitudo sive eorum quae in coelo sunt sursum sive eorum quae in terra sunt, et tamen ipse in solitudine per Mosen ut serpens aeneus fieret effecit eumque signo imposuit, quo signo servabantur qui a serpentibus morsi fuerant, et extra iniustitiae culpam est? Mysterium enim per hanc rem, ut antea dixi, nuntiabat, quo serpentis quidem, qui etiam praevaricationis ab Adamo commissae auctor fuerat, potestatem se dissoluturum nuntiabat, credentibus autem in istum qui per hoc signum, id est crucem, moriturus erat nuntiabat salutem ex morsibus serpentis, qui sunt pravae actiones, simulacrorum cultus et aliae

lum Israeli salutare proposuit eo tempore, quo a serpentibus post idololatriam exterminabantur, nisi quod hic dominicam crucem intentabat, qua serpens diabolus designabatur, et laeso cuique ab eiusmodi colubris, id est angelis eius, a delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur? Nam qui in illam tunc respiciebat, a morsu serpentium liberabatur.“ Vix dubium est quin legendum non sit „serpentem l i g n o impositum,“ sed, ut apud Iustinum, „serpentem s i g n o impositum“: *ἐπὶ σημείου* (Num. 21, 8); crux autem aenea erat (Apol. I. c. 60). *Maranus.*

4. *Μυστήριον ... ἀδικίαι*] Coll. Ioann. 3, 14. 15. — Vide Apol. I. c. 60. n. 5.

5. *ὡς προέφην*] C. 91. p. 319. A.

6. *τουτέστι τοῦ σταυροῦ, θανατοῦσθαι μέλλοντα*] Codd. msti et editi *τουτέστι τὸν σταυροῦσθαι μέλλοντα, ἀπὸ* etc.. Causa erroris facile cernitur. Thirlbius etiam legendum commendavit: *τουτέστι τοῦ σταυροῦσθαι, θανατοῦσθαι μέλλοντα.*

κίαι. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο νοηθήσεται, δότε μοι λόγον ὅτου χάριν τὸν χαλκοῦν ὄφιν Μωυσῆς [7] ἐπὶ σημείου ἔστησε, καὶ προσβλέπειν B
[8] αὐτὸν τοὺς δακνομένους ἐκέλευσε, καὶ ἐθεραπεύοντο οἱ δακνόμενοι, καὶ ταῦτα αὐτὸς κελεύσας μηδενὸς ὅλως ὁμοίωμα ποιεῖν.

Καὶ ὁ ἕτερος τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων εἶπεν· Ἀληθῶς εἶπας· οὐκ ἔχομεν λόγον διδόναι· καὶ γὰρ ἐγὼ περὶ τούτου πολλάκις τοὺς διδασκάλους ἠρώτησα, καὶ οὐδείς μοι λόγον ἀπέδωκεν. Ὥστε λέγε σὺ ἃ λέγεις· προσέχομεν γάρ σοι μυστήριον ἀποκαλύπτοντι, [9] δι' ὧν καὶ τὰ τῶν προφητῶν διδάγματα συκοφαν- C
τητά ἐστι.

Κἀγώ· Ὅνπερ οὖν τρόπον τὸ σημεῖον διὰ τοῦ χαλκοῦ ὄφεως γενέσθαι ὁ Θεὸς ἐκέλευσε καὶ ἀναίτιός ἐστιν, οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ νόμῳ κατάρα κεῖται κατὰ τῶν σταυρουμένων ἀνθρώπων· οὐκ ἔτι δὲ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κατάρα κεῖται, δι' οὗ σώζει πάντας τοὺς κατάρας ἄξια πράξαντας.

95. [1] *Καὶ γὰρ πᾶν γένος ἀνθρώπων εὑρεθήσεται ὑπὸ κατάραν ὂν κατὰ τὸν νόμον Μωυσέως. [2] Ἐπικατάρατος γάρ, εἴρηται, πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. Καὶ οὐδεὶς ἀκριβῶς πάντα ἐποίησεν ([3] οὐδ' ὑμεῖς* D
τολμήσετε ἀντειπεῖν), ἀλλ' εἰσὶν οἳ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλήλων τὰ ἐντεταλμένα ἐφύλαξαν. Εἰ δὲ οἱ ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον ὑπὸ κατάραν

7. *ἐπὶ σημείου*] Ita Maran. ex codd. mstis edidit. Caeteri *ἐπὶ σημεῖον*, ut supra. — Mox pro *προσβλέπειν* (sic et Apol. I. c. 60. p. 93. A) codd. msti, Iebb., Thirlb. praebuerunt *προβλέπειν*. Male. Saepiuscule *προ* et *προς* confunduntur: Apol. I. c. 3. n. 4.

8. *αὐτὸν*] Codd. msti in margine *αὐτῷ*. Apol. I. c. 60: *Ἐὰν προσβλέπητε τῷ τύπῳ τούτῳ.*

9. *δι' ὧν*] H. e. *τούτων δι' ἅ.*

1. *Καὶ* etc.] Cfr. Neander *Allg. Geschichte der christl. Religion und Kirche*, Sect. I. Tom. II. ed. 2. p. 1108: „Bei Justin lässt sich die Idee von einer leidenden Genugthuung Christi als eine zum Grunde liegende, wenngleich nicht mit klarem Bewusstsein entwickelte und vestgehaltene erkennen; denn Justin sagt: „ „Das Gesetz sprach über alle Menschen den Fluch aus, weil kein Mensch dasselbe im ganzen Umfange erfüllen konnte (Deut. 27, 26); Christus befreite uns von diesem Fluche, indem er ihn für uns trug." " Es kann hier bei ihm kein andrer Ideenzusammenhang als dieser sein: Die Kreuzigung bezeichnet die Verfluchung, die Verdammung; ihn selbst, den Sohn Gottes, den voll-

iniquitates. Nisi enim ita res intelligatur, date mihi rationem cur Moses aeneum serpentem signo imposuerit, et iusserit ut eum intuerentur qui morsibus petiti fuerant, ex quo etiam illi sanabantur, idque quum ipse sanxisset ne ullius omnino rei similitudo fieret.

Et alter eorum qui postridie venerunt dixit: Vera locutus es: rationem non possumus afferre; nam et ego hac de re saepe magistros interrogavi, nec quisquam mihi rationem reddidit. Quapropter perge quod dicere instituisti; attendimus enim tibi mysterium revelanti, qua de causa etiam prophetarum praecepta calumniis pateant.

Atque ego: Quemadmodum ergo deus signum per serpentem aeneum fieri iussit et tamen extra culpam est, sic etiam in lege maledictio posita est in homines crucifixos; non vero itidem in Christum dei maledictio posita est, per quem deus omnes salvat qui res maledictione dignas gesserunt.

95. Etenim omne hominum genus maledictioni obnoxium reperietur secundum legem Mosis. *Maledictus* enim, dicitur, *quisque qui non permanet in omnibus quae scripta sunt in libro legis ut faciat ea.* Nemo certe accurate omnia praestitit (neque vos audebitis contradicere), sed alii aliis plus minusve praecepta observarunt. Quodsi huic legi subditos sub maledi-

kommen Heiligen, konnte keine solche treffen; in Beziehung auf ihn selbst war dies nur Scheinbares (δοκοῦσα κατάρα, c. 90). Die Bedeutung dieses Fluches bezog sich auf die Menschheit, welche der Gesetzesverletzung schuldig und dadurch der Verdammniss anheimgefallen war. Christus nahm in seinen Leiden diese an der Menschheit verwürkte Verdammniss über sich, um die Menschheit davon zu befreien. Das *für* geht hier von selbst in das *statt* über."

2. Ἐπικατάρατος ... αὐτά] Deuteron. 27, 26 coll. Galat. 3, 10. — Maranus inepte sic distinxit: ... κατάραν ὄν. κατὰ τὸν νόμον Μωυσέως ἐπικατάρατος γὰρ εἴρηται πᾶς etc.. Caeteri: Μωυσέως· ἐπικατάρατος γὰρ εἴρηται πᾶς etc.. Mox codd. msti et editi ἐν τοῖς γεγραμμένοις, omisso vocabulo πᾶσι. Sed ll. cc. legitur. Et mox Iustinus: οὐδεὶς ἀκριβῶς πάντα ἐποίησεν. Quocirca reposui.

3. οὐδ' ... ἀντειπεῖν] Haec verba uncis includenda putavi (Apol. I. c. 19. n. 4); alioquin ante οὐδεὶς coniunctio ὅτι collocanda esset (c. 83. p. 250. E).

φαίνονται εἶναι, διὰ τὸ μὴ πάντα φυλάξαι, οὐχὶ πολὺ μᾶλλον πάντα
τὰ ἔθνη φανήσονται ὑπὸ κατάραν ὄντα, καὶ εἰδωλολατροῦντα καὶ
παιδοφθοροῦντα καὶ τὰ ἄλλα κακὰ ἐργαζόμενα; Εἰ οὖν καὶ τὸν ἑαυ-
τοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ πατὴρ τῶν
ὅλων τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη, εἰδὼς ὅτι ἀνα- 323 34
στήσει αὐτὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, διὰ τί ὡς κεκατηραμέ-
νου τοῦ ὑπομείναντος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ταῦτα παθεῖν
τὸν λόγον ποιεῖτε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς θρηνεῖτε; Εἰ γὰρ καὶ ὁ
πατὴρ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς παθεῖν ταῦτα αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου
γένους ἐνήργησεν, ὑμεῖς οὐχ ὡς γνώμῃ θεοῦ ὑπηρετοῦντες τοῦτο
ἐπράξατε· οὐδὲ γὰρ τοὺς προφήτας ἀναιροῦντες εὐσέβειαν εἰργά-
σασθε. Καὶ μή τις ὑμῶν λεγέτω· Εἰ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἠθέλησε ταῦτα
παθεῖν, [4] *ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἴασις γένηται τῷ γένει τῶν ἀν-*
θρώπων, ἡμεῖς οὐδὲν ἠδικήσαμεν. [5] *Εἰ μὲν οὖν μετανοοῦντες ἐπὶ* B
τοῖς ἡμαρτημένοις καὶ ἐπιγνόντες τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν καὶ
φυλάσσοντες αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς [6] *ταῦτα φήσετε, ἄφεσις ὑμῖν τῶν*
ἁμαρτιῶν ὅτι ἔσται [7] *προεῖπον. Εἰ δὲ* [8] *αὐτοῦ τε ἐκείνου καὶ τῶν*
εἰς ἐκεῖνον πιστευόντων καταρᾶσθε καί, ὁπόταν ἐξουσίαν ἔχητε,
ἀναιρεῖτε, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἐκείνῳ ἐπιβεβληκέναι τὰς χεῖρας ὑμῶν,
ὡς παρ' ἀδίκων καὶ ἁμαρτωλῶν καὶ μέχρις ὅλου σκληροκαρδίων
καὶ ἀσυνέτων, ἐκζητηθήσεται;

96. *Καὶ γὰρ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι* [1] *Ἐπικατάρατος* C
πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ καταρωμένου τού-
του τοῦ ἐσταυρωμένου, ἡμῶν τονοῖ τὴν ἐλπίδα ἐκκρεμαμένην ἀπὸ
τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ, [2] *ἀλλ' ὡς προειπόντος τοῦ θεοῦ* [3] *τὸ*

4. *ἵνα ... ἀνθρώπων*] Coll. Ies. 53, 5.

5. *Εἰ μὲν οὖν* etc.] Sis inspice Apol. I. c. 61. n. 2.

6. *ταῦτα φήσετε*] Nempe deum patrem voluisse Christum haec pati, ut livore eius sanaremur. At nequaquam Iudaeis concedit ut se occidendo Christo nihil peccasse dicant. *Maranus.*

7. *προεῖπον*] Cf. cc. 44 et 47.

8. *αὐτοῦ ... ἀναιρεῖτε*] Vide c. 16. n. 10 sq..

1. *Ἐπικατάρατος . . . ξύλου*] Deuteron. 21, 23 coll. Galat. 3, 13.

2. *ἀλλ' ὡς προειπόντος τ. θεοῦ* etc.] Iam duas explicationes testimonii a Iudaeis obiecti subiecerat, nunc tertiam adiungit. 1°. Contendebat illud *Maledictus omnis qui pendet a ligno*, itidem ut mosaica instituta, ita exponendum esse, ut nequaquam in sola litera haereamus. 2°. Fatetur ad Christum referri posse, qua-

ctione esse patet, quod non omnia observaverint: nonne multo magis patebit omnes gentes, quae et simulacra colunt et pueros stuprant et alia mala perpetrant, sub maledictione esse? Igitur si pro hominibus ex omni genere suum etiam Christum pater universorum maledictiones omnium in se suscipere voluit, quum futurum sciret ut eum crucifixum et mortuum excitaret ad vitam: cur de eo qui secundum patris voluntatem haec pati sustinuit ita loquimini quasi is maledictus fuisset, ac non potius vos ipsos lugetis? Etsi enim ab ipso etiam illius patre perfectum est ut haec pro humano genere pateretur, non tamen vos id fecistis ut dei consilio inserviretis: neque enim prophetis occidendis pietatem coluistis. Nec quisquam vestrum dicat: Si pater voluit haec eum pati, ut eius livore genus hominum sanaretur, nihil nos iniqui fecimus. Quodsi haec ita dicetis ut peccatorum poenitentiam agatis et hunc Christum esse agnoscatis eiusque mandata servetis, remissionem peccatorum vobis futuram esse iam dixi. Sed si et ipsum illum et in illum credentes diris voveatis et, quum facultas aderit, occidatis: quomodo non etiam ob illatas ei manus poenae a vobis, ut ab iniustis et peccatoribus et corde omnino obduratis et insipientibus, repetentur?

96. Etenim quod in lege dictum est: *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, non quod deus maledicat huic crucifixo, spem nostram ex Christo crucifixo suspensam confirmat, sed quod deus id praedixerit quod vos omnes et vestri similes,

tenus in se suscepit maledictionem, in quam Iudaei et gentes inciderant. 3°. Nunc iisdem verbis praedictionem eorum quae Iudaei in Christianos commissuri erant contineri demonstrat. *Maranus.*

8. *τὸ ὑφ' ὑμῶν ... μὴ ἐπισταμένων ... μέλλον γίνεσθαι*] Codd. msti et editi admodum vitiose *τὸ ὑφ' ὑμῶν ... μὴ ἐπιστάμενον ... μέλλοντα γίνεσθαι.* Quae verba Sylburgius ita reddidit: *quod praedixerit deus (id quod a vobis omnibus et a vestri similibus ignoratur) hunc esse qui ante omnia fuerit, eundemque aeternum dei sacerdotem ac regem esse Christumque futurum esse.* Idem V. D. et Pearsonus *τὸν* pro *τὸ* commendarunt: *hunc qui a vobis ... eum esse qui ante omnia* etc.. Haec contra moneo: 1°. Participio *ἐπιστάμενον* passivam obtrudunt significationem. 2°. Sententia ista nimis est a Martyris

ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ὁμοίων ὑμῖν, μὴ ἐπισταμένων τοῦτον εἶναι τὸν πρὸ πάντων ὄντα καὶ αἰώνιον τοῦ θεοῦ ἱερέα καὶ βασιλέα καὶ Χριστόν, μέλλον γίνεσθαι. Ὅπερ καὶ ὄψει ἰδεῖν ὑμῖν ἔστι γινόμενον· [4] ὑμεῖς γὰρ ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν καταρᾶσθε πάντων τῶν ἀπ' ἐκείνου γενομένων Χριστιανῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη, ἃ καὶ ἐνεργῆ τὴν κατάραν ἐργάζονται, ἀναιροῦντα τοὺς μόνον ὁμολογοῦντας ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανούς· οἷς ἡμεῖς ἅπασι λέγομεν, ὅτι [5] Ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ, ἐπίγνωτε μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ. Καὶ μὴ πειθομένων ἡμῖν μήτε ἐκείνων μήτε ὑμῶν, ἀλλὰ ἀρνεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἀγωνιζομένων, θανατοῦσθαι μᾶλλον αἱρούμεθα καὶ ὑπομένομεν, πεπεισμένοι ὅτι πάνθ' ὅσα ὑπέσχηται ὁ θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀγαθὰ ἀποδώσει ἡμῖν. Καὶ πρὸς τούτοις πᾶσιν εὐχόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα ἐλεηθῆτε ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Οὗτος γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι, εἰπών· [6] Γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Καὶ γὰρ τὸν παντοκράτορα θεὸν χρηστὸν καὶ οἰκτίρμονα ὁρῶμεν, [7] τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντα ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους, καὶ βρέχοντα ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς, οὓς πάντας ὅτι καὶ κρίνειν μέλλει ἐδίδαξε.

97. Καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ [1] μέχρις ἑσπέρας μεῖναι τὸν προφήτην Μωυσῆν, ὅτε τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὑπεβάσταζον Ὢρ καὶ Ἀαρών, ἐπὶ τοῦ σχήματος τούτου εἰκῇ γέγονε. Καὶ γὰρ ὁ κύριος σχεδὸν μέχρις ἑσπέρας ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔθαψαν αὐτόν· εἶτα ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Τοῦτο διὰ Δαυὶδ οὕτως ἐκπεφώνητο· [2] Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντελάβετό μου. Καὶ διὰ Ἠσαΐου ὁμοίως εἴρητο περὶ τούτου, δι' οὗ τρόπου ἀποθνήσκειν ἔμελλεν, οὕτως· [3] Ἐξεπέτασά μου τὰς χεῖρας ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, τοῖς πορευομένοις ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. Καὶ ὅτι ἔμελλεν ἀνίστασθαι, αὐ-

proposito remota. Ansam autem corruptionis facile vides. Idcirco non dubitavi Thirlbii emendationem, Marano probatam, orationi inserere.

4. ὑμεῖς ... Χριστιανῶν] Vide c. 16. n. 9. — Pro γενομένων observat Sylburg. legi posse λεγομένων. Sed cf. c. 63. n. 16.

5. Ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ] Iesai. 66, 5.

6. Γίνεσθε ... οὐράνιος] Luc. 6, 36.

ignorantes hunc esse qui ante omnia est et aeternus dei sacerdos et rex et Christus, facturi eratis. Quod quidem licet ipsis oculis factum cernere; vos enim in synagogis vestris omnes diris vovetis qui ab illo facti sunt Christiani, idemque faciunt caeterae gentes, quae ipsam maledictionem in rem conferunt, necem iis inferentes qui se tantummodo fatentur esse Christianos; quibus nos omnibus dicimus: *Fratres nostri estis*, quin potius cognoscite dei veritatem. Quum autem neque illos neque vos flectamus, sed ut nomen Christi negemus intente agatis: mortem potius eligimus et perferimus, minime dubii quin deus quaecunque bona per Christum promisit ea nobis praestiturus sit. Et ad haec omnia pro vobis oramus, ut Christus vestri misereatur. Nam is etiam pro inimicis precari nos docuit, dicens: *Estote benigni et misericordes, sicut etiam pater vester coelestis.* Etenim omnipotentem deum videmus benignum esse et misericordem, solem suum super ingratos et iustos oriri facientem ac super sanctos et improbos pluentem: quos omnes iudicaturum quoque se esse docuit.

97. Neque etiam temere factum est ut propheta Moses, quum manus eius sustinuerunt Or et Aaron, in hac figura ad vesperam usque maneret. Nam et dominus fere ad vesperam usque in ligno mansit, et ad vesperam sepeliverunt eum; deinde resurrexit tertio die. Hoc per Davidem sic praedicatum erat: *Voce mea ad dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormivi et soporatus sum: exsurrexi, quia dominus me suscepit.* Atque per Iesaiam de ipso similiter dictum est, quo mortis genere obiturus esset, sic: *Ego expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, incedentes in via non bona.* Eum autem re-

7. τὸν ἥλιον . . . πονηρούς] Coll. Matth. 5, 45.

1. μέχρις ἑσπέρας] Coll. Exod. 17, 12.

2. Φωνῇ ... μου] Ps. 3, 5. 6.

3. Ἐξεπέτασα ... καλῇ] Iesai. 65, 2. — Pro πορευομένοις (Septuaginta, c. 24, Apol. I. cc. 35. 38. 49) uterque cod. mstus πονηρευομένοις praebet, culpa librariorum: vide c. 79. n. 7. Iam Stephanus errorem merito emendavit.

τὸς Ἠσαΐας ἔφη· [4]Ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου. Καί· [5]Δώσω τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν λόγοις Δαυὶδ εἰς τὸ πάθος καὶ τὸν σταυρὸν ἐν παραβολῇ μυ- C
στηριώδει οὕτως εἶπεν ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· [6]Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. [7]Ὅτε γὰρ ἐσταύρωσαν αὐτόν, ἐμπήσσοντες τοὺς ἥλους τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὤρυξαν, καὶ οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν ἐμέρισαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἑαυτοῖς, λαχμὸν βάλλοντες ἕκαστος κατὰ τὴν τοῦ κλήρου ἐπιβολὴν [8]ὃ ἐκλέξασθαι ἐβεβούλητο. [9]Καὶ τοῦτον αὐ- D
τὸν τὸν ψαλμὸν οὐκ εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγετε, κατὰ πάντα τυφλώττοντες, καὶ μὴ συνιέντες ὅτι οὐδεὶς ἐν τῷ γένει ὑμῶν λεχθεὶς ποτε [10]βασιλεύς, Χριστός, πόδας καὶ χεῖρας ὠρύγη ζῶν καὶ διὰ τούτου τοῦ μυστηρίου ἀποθανών, τουτέστι τοῦ σταυρωθῆναι, εἰ μὴ μόνος οὗτος ὁ Ἰησοῦς.

98. Καὶ τὸν πάντα δὲ ψαλμὸν εἴποιμι ἄν, ὅπως καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα εὐσεβὲς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ ὡς εἰς ἐκεῖνον πάντα ἀναφέρει, ὡς αὐτὸς δι' ἐκείνου καὶ σωθῆναι ἀπὸ τοῦ θανάτου τούτου αἰτῶν, ἅμα τε δηλῶν ἐν τῷ ψαλμῷ ὁποῖοι ἦσαν οἱ ἐπισυνιστάμενοι 325
κατ' αὐτοῦ, καὶ ἀποδεικνύων ὅτι ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος [1]ἀντιληπτικὸς παθῶν. Ἔστι δὲ οὗτος· [2]Ὁ θεός, ὁ θεός μου, πρόσχες μοι. Ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Ὁ θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας

4. *Ἡ ... μέσου*] Iesai. 57, 2. — Illud c. 118 repetitur. Sed c. 16 et Apol. I. c. 48: *Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου*. Eodem modo Septuaginta. — Tertullianus adv. Marc. III. c. 19: „Et mortem autem et sepulturam et resurrectionem Christi mei una voce Esaiae volo ostendere dicentis: *Sepultura eius sublata de medio est.* Nec sepultus enim esset nisi mortuus, nec sepultura eius sublata de medio nisi per resurrectionem.“

5. *Δώσω ... αὐτοῦ*] Iesai. 53, 9. — Vulgo male: *μέσου, καὶ δώσω* etc. (... *ex medio, et dabo* etc.).

6. *Ὤρυξαν ... κλῆρον*] Psalm. 21, 16—18. — Antea Morellus: *ἐν ἄλλοις πάλιν λόγος Δαβίδ*, citra codd. auctoritatem.

7. *Ὅτε ... βάλλοντες*] Coll. Ioann. 20, 25 et Matth. 27, 35. — Pro *ἐμπήσσοντες* Arcerius *ἐμπήξαντες* commendavit.

8. *ὃ*] Maranus censet *ἐφ' ὃ*

surrecturum esse idem Iesaias dixit: *Sepultura eius sublata est ex medio.* Et: *Dabo divites pro morte ipsius.* Et alibi rursus David de passione et cruce per similitudinem arcanam sic locutus est in psalmo vicesimo primo: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea; ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestimentum meum iecerunt sortem.* Nam quum eum crucifixerunt, clavis infixis manus eius et pedes foderunt, et qui eum crucifixerant diviserunt sibi vestimenta eius, et alea iacta, quod quisque eligere voluerat, id sorti subiecerunt. Atque hunc ipsum psalmum in Christum negatis dictum esse, in omnibus caecutientes, neque intelligentes nullum unquam in genere vestro regem, id est Christum, appellatum fuisse, qui pedes et manus perfoderetur vivus et per hoc mysterium moreretur, id est crucifigeretur, praeter solum hunc Iesum.

98. Ac totum quidem psalmum proferam, ut et illius in patrem pietatem audiatis, et quomodo omnia ad eum referat, et se per eum etiam ab hac morte servari petat, simul in psalmo declarans quales essent qui in eum insurrexerunt, seque demonstrans vere hominem factum fuisse perpessiones sentientem. Est autem hic: *Deus, deus meus, respice in me. Quare dereliquisti me? Longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus, clamabo ad te per diem et*

scribendum esse, ut in psalmo: ἐπὶ τὸν ἱματ. μου ἔβαλον κλῆρον.

9. *Καὶ τοῦτ. αὐτ. τ. ψ.* etc.] Haec imitatur Tertullianus l. c. et adv. Iud. c. 10.

10. *βασιλεύς, Χριστός*] Legendum (Thirlb.) aut *βασιλεὺς καὶ Χριστὸς* aut, id quod praeferendum, *βασιλεὺς ἢ Χριστός*. Nam *Χριστὸς* (*unctus*) explicationis causa additum est. Quid? Fortasse *Χριστός*, supra lineam positum vel margini adscriptum, postea irrepsit in textum. Sic sane liquet, cur utique contra Martyris consuetudinem particula sit omissa. Tertullian. ll. cc.: „Quem crucem nec ipse David passus est nec ullus r e x Iudaeorum."

1. *ἀντιληπτικὸς παθῶν*] Sic c. 103. p. 331. D. *ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν παθῶν.* Vulgo *ἀντιληπτικῶς παθῶν.* Stephanus (in edit. calce) malebat *ἀντιληπτικῶς παθών.*

2. *Ὁ θεός . . . Ἰσραήλ*] Psalm. 21, 1—23.

πρὸς σὲ καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ νυκτὸς καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί.
Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν
οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν καὶ [3] ἐρύσω αὐτούς· πρὸς σὲ ἐκέκρα-
ξαν καὶ ἐσώθησαν, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ἐγὼ
δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξου- B
θένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, καὶ
ἐλάλησαν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσά-
σθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκ-
σπάσας με [4] ἐκ γαστρός, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μασθῶν τῆς μητρός μου·
ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου θεός μου
εἶ σύ. Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ
βοηθῶν μοι. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες
περιέσχον με· ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν ὡς λέων ἁρπάζων
καὶ ὠρυόμενος. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ C
ὀστᾶ μου. [5] Ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέ-
σῳ τῆς κοιλίας μου· ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ
γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, καὶ εἰς χοῦν θανάτου
κατήγαγές με· ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονη-
ρευομένων περιέσχον με. Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξη-
ρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με.
Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου
ἔβαλον κλῆρον. Σὺ δέ, κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου
ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας D
τὴν ψυχήν μου καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με
ἐκ στόματος λέοντος καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν
μου. Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκ-
κλησίας ὑμνήσω σε. Οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, αἰνέσατε αὐτόν·
ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακώβ, δοξάσατε αὐτόν· φοβηθήτωσαν ἀπ' αὐ-
τοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ.

99. Καὶ εἰπὼν ταῦτα ἐπήνεγκα· Ὅλον οὖν τὸν ψαλμὸν οὕτως ἀποδείξω ὑμῖν εἰς τὸν Χριστὸν εἰρημένον, [1] πάλιν αὐτὸν δι' ὧν

3. ἐρύσω] Usitatius ἐῤῥύσω, ut in Bibliis et infra c. 101. Illud ἐρύσω est quoque in aliquot codd. mstis τῶν ο' (ap. Holm.-Pars.).

4. ἐκ γαστρός] Thirlbius fecit ἐκ τῆς γαστρός, contra codices.

non exaudies, et nocte et non ad ignorantiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israelis. In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos; ad te clamaverunt et salvi facti sunt, in te speraverunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio populi. Omnes conspicientes me subsannaverunt me, et locuti sunt labiis, moverunt caput: Speravit in dominum, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum. Nam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae; in te proiectus sum ex utero, a ventre matris meae deus meus es tu. Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuvet me. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me; aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusa sunt et dispersa omnia ossa mea. Factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventre meo; exaruit sicut testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis, et in pulverem mortis deduxisti me: quoniam circumdederunt me canes multi, caterva malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea; ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestimentum meum iecerunt sortem. Tu autem, domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam respice. Erue a framea animam meam et de manu canis unigenitam meam; serva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in media ecclesia laudabo te. Qui timetis dominum, laudate eum: universum semen Iacobi, glorificate eum: timeat eum omne semen Israelis.

99. His recitatis intuli: Totum ergo psalmum hac ratione in Christum dictum esse demonstrabo: quare rursus eum enar-

5. *'Εγενήθη*] Legitur in utroque cod. msto *ἐγεννήθη*, quod quidem Stephanus emendavit.

1. *πάλιν αὐτὸν δι' ὧν ἐξ.*] Convenientius: *δι' ὧν πάλιν αὐτὸν ἐξηγοῦμαι.*

ἐξηγοῦμαι. Ὃ οὖν εὐθὺς λέγει· [2]Ὁ θεός, ὁ θεός μου, πρόσχες
μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; τοῦτο ἄνωθεν προεῖπεν ὅπερ ἐπὶ 326
Χριστοῦ ἔμελλε [3]λέγεσθαι. Σταυρωθεὶς γὰρ εἶπεν· [4]Ὁ θεός, ὁ
θεός, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; Καὶ τὰ ἑξῆς· [5]Μακρὰν ἀπὸ τῆς
σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου· ὁ θεός μου,
κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ νυκτὸς καὶ οὐκ
εἰς [6]ἄνοιαν ἐμοί, ὥσπερ καὶ αὐτὰ ἃ ποιεῖν ἔμελλε, ἐλέλεκτο. Τῇ
γὰρ ἡμέρᾳ, ᾗπερ ἔμελλε σταυροῦσθαι, τρεῖς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ
παραλαβὼν εἰς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον [7]Ἐλαιών, παρακείμενον εὐ-
θὺς τῷ ναῷ τῷ ἐν Ἱερουσαλήμ, ηὔχετο λέγων· [8]Πάτερ, εἰ δυνα- B
τόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ μετὰ τοῦτο
εὐχόμενος λέγει· Μὴ ὡς ἐγὼ βούλομαι, ἀλλ' ὡς σὺ θέλεις· δηλῶν
διὰ τούτων ὅτι ἀληθῶς παθητὸς ἄνθρωπος γεγένηται. Ἀλλ' ἵνα
μή τις λέγῃ· Ἠγνόει οὖν ὅτι μέλλει πάσχειν· ἐπάγει ἐν τῷ ψαλμῷ
εὐθύς· Καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Ὃνπερ τρόπον οὐδὲ τῷ θεῷ εἰς
ἄνοιαν ἦν τὸ [9]ἐρωτᾶν τὸν Ἀδὰμ ποῦ ἔστιν, οὐδὲ τὸν Κάϊν ποῦ
Ἄβελ, ἀλλ' εἰς τὸ ἕκαστον ἐλέγξαι ὁποῖός ἐστι, καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν C
γνῶσιν πάντων διὰ τοῦ ἀναγραφῆναι ἐλθεῖν, [10]καὶ οὗτος ἐσήμαι-
νεν οὐκ εἰς ἄνοιαν τὴν ἑαυτοῦ ἀλλὰ τῶν νομιζόντων μὴ εἶναι αὐ-
τὸν Χριστόν, ἀλλ' ἡγουμένων θανατώσειν αὐτὸν καὶ ὡς κοινὸν
ἄνθρωπον ἐν ᾅδου μενεῖν.

100. Τὸ δὲ ἀκόλουθον· [1]Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ· ἐσήμαινεν ὅτι ἐπαίνου ἄξιον καὶ θαυμασμοῦ μέλλει ποιεῖν, μετὰ τὸ σταυρωθῆναι [2]ἀνίστασθαι μέλλων τῇ τρίτῃ ἡ-

2. Ὁ θεός ... με] Psalm. 21, 1. et 119. *Maranus.*

3. λέγεσθαι] Frustra Sylburgius obtrudit γενέσθαι. Mox enim aget Iustinus de iis quae Christus facturus erat, nunc de iis quae dicturus. Neque etiam legendum, ut idem se ab Arcerio monitum fuisse dicit, ὑπὸ Χριστοῦ ἔμελλε λέγεσθαι. Illud enim ἐπὶ Χρ. *tempus* designat et opponitur praecedenti voci ἄνωθεν, quae idem valet ac *olim* et *antiquitus*. Vide infra c. 111. 115.

4. Ὁ θεός ... με] Matth. 27, 46 et Marc. 15, 34.

5. Μακρὰν ... ἐμοί] Psalm. 21, 1. 2.

6. ἄνοιαν] Sic etiam c. 98 et in sequentibus legitur aliquoties. Quum vero Iustinus paulo infra dicat: Ἠγνόει οὖν ὅτι μέλλει πάσχειν, videtur Sylburgio non ἄνοιαν legisse sed ἄγνοιαν, aut certe ἄνοιαν pro ἄγνοιαν accepisse. Illud

ro. Quod igitur statim dicit: *Deus, deus meus, respice in me: quare dereliquisti me?* hoc effato antiquitus id praedicabatur quod Christi tempore erat dicendum. Cruci enim affixus dicebat: *Deus, deus, quare dereliquisti me?* Et quae sequuntur: *Longe a salute mea verba delictorum meorum; deus meus, clamabo ad te per diem et non exaudies, et nocte et non ad ignorantiam mihi:* quemadmodum et ea quae Christus facturus erat, ita dicta sunt. Quo enim die crucifigendus erat, quum tres discipulorum suorum in montem qui dicitur Olivetum, templo Hierosolymitano ex adverso situm, secum perduxisset, precatus est sic: *Pater, si fieri potest, abeat a me calix iste.* Deinde hanc precem addidit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* iis verbis declarans se vere perpessioni obnoxium hominem factum esse. Sed ne quis dicat: Ignorabat igitur se passurum esse: statim in psalmo addit: *Et non ad ignorantiam mihi.* Quemadmodum enim minime deo ad ignorantiam fuit quod vel Adamum interrogavit ubi esset, vel Cainum ubi Abel, sed ut unumquemque argueret qualis esset, et omnium cognitio ad nos scripto consignata perveniret: pariter hic declarabat non ad suam esse sed ad eorum ignorantiam qui eum opinabantur non esse Christum, verum existimabant se eum interfecturos esse eumque ut communem hominem in orco mansurum.

100. Quod autem sequitur: *Tu autem in sancto habitas, laus Israelis:* declarabat eum rem laude dignam et admiratione facturum, utpote qui tertio die post crucis supplicium resur-

οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοὶ significat Christum bene intellexisse quid sibi esset eventurum.

7. *'Ελαιών*] Thirlbius voluit *ἐλαιῶν*: *olivarum*. Sed illud probat Lucas 19, 29. 21, 37. Acta apost. 1, 12 ed. Lachm.; cf. Fritzsche ad Marc. p. 794 sqq..

8. *Πάτερ ... θέλεις*] Matth. 26, 39. 42.

9. *ἐρωτᾶν ... Ἄβελ*] Coll. Genes. 3, 9 et 4, 9.

10. *καὶ οὗτος*] H. e. *ebenfalls dieser* (Christus). Cf. c. 82. n. 2. Codd. msti et editi *καὶ οὕτως*. Saltem debebat esse *οὕτως καί*: cc. 113. 130. Apol. I. cc. 7. 32. — Iidem in fine commatii *μένειν*. Cf. c. 76. n. 7.

1. *Σὺ ... 'Ισραήλ*] Psalm. 21, 3.

2. *ἀνίστασθαι ... ἔχει*] Coll. Ioann. 10, 18.

μέρᾳ ἐκ νεκρῶν, ὃ ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ λαβὼν ἔχει. Ὅτι γὰρ καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ καλεῖται ὁ Χριστός, [3] ἀπέδειξα· καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ εὐλογίᾳ καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰούδα τὰ περὶ αὐτοῦ κεκηρύχθαι D ἐν μυστηρίῳ [4] ἀπέδειξα· καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ γέγραπται εἰπών· [5] Πάντα μοι παραδέδοται ὑπὸ τοῦ πατρός, καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ οἷς ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Ἀπεκάλυψεν οὖν ἡμῖν πάντα ὅσα καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ νενοήκαμεν, γνόντες αὐτὸν [6] πρωτότοκον μὲν τοῦ θεοῦ καὶ πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων, καὶ τῶν πατριαρχῶν υἱόν, ἐπειδή, διὰ τῆς ἀπὸ γένους αὐτῶν παρθένου σαρκοποιηθείς, [7] ἄνθρωπος ἀειδὴς καὶ ἄτιμος καὶ παθητὸς ὑπέμεινε γενέσθαι. Ὅθεν καὶ ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἔφη, ὅτε περὶ τοῦ 327 πάσχειν αὐτὸν μέλλειν διελέγετο, ὅτι [8] Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ γραμματέων, καὶ σταυρωθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Υἱὸν οὖν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἤτοι ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς διὰ παρθένου, ἥτις ἦν, [9] ὡς ἔφην, ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἀβραὰμ γένους, ἢ διὰ τὸ εἶναι [10] αὐτὸν τὸν Ἀβραὰμ πατέρα καὶ τούτων τῶν κατηριθμημένων, ἐξ ὧν κατάγει ἡ Μαρία τὸ γένος· καὶ γὰρ πατέρας τῶν γεννωμένων ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν τέκνων τοὺς τῶν θηλειῶν γεννήτορας ἐπιστάμεθα. [11] Καὶ γὰρ υἱὸν B θεοῦ, Χριστόν, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀποκάλυψιν ἐπιγνόντα αὐτὸν ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Σίμωνα πρότερον καλούμενον, ἐπωνόμασε Πέτρον. Καὶ υἱὸν θεοῦ γεγραμμένον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἔχοντες καὶ υἱὸν αὐτὸν λέγοντες νενοήκαμεν [12] ὄντα καὶ πρὸ πάντων ποιημάτων ἀπὸ τοῦ πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προελθόντα, ὃς καὶ σοφία καὶ

3. ἀπέδειξα] Cf. cc. 36 et 75. — Infra c. 123 rationem addit, cur per Iacobum et Israelem fuerit repraesentatus.

4. ἀπέδειξα] Cf. cc. 52 et 91. — De sequenti καὶ ... δὲ adeas c. 40. n. 10.

5. Πάντα ... ἀποκαλύψῃ] Matth. 11, 27.

6. πρωτότοκον ... κτισμάτων] Coll. Coloss. 1, 15. 17.

7. ἄνθρ. ἀειδὴς καὶ ἄτιμος] Codd. msti et editi: καὶ ἄνθρ. ἀειδής, ἄτιμος —. Illud autem, quod Thirlbio debetur, recepi utpote consuetudini Iustinianae accommodatum. Tales voculae καὶ transpositiones, librariorum incuria natae, haud in-

recturus esset ex mortuis, id quod a patre acceptum habet. Christum enim et Iacobum et Israelem vocari demonstravi; eiusque res non in sola Iosephi et Iudae benedictione arcane praedicatas esse demonstravi: etiam in evangelio dixisse scribitur: *Omnia mihi tradita sunt a patre, et nemo novit patrem nisi filius, neque filium nisi pater et quibus filius revelaverit.* Nobis igitur revelavit omnia quaecunque etiam ex scripturis per eius gratiam intelleximus, eum agnoscentes primogenitum dei esse et ante res omnes creatas, et patriarcharum filium, quandoquidem, per virginem ab iis ortam caro factus, homo informis et inglorius et perpessionibus obnoxius fieri sustinuit. Hinc quoque in sermonibus suis dicebat, quum de futura sua passione dissereret: *Oportet filium hominis multa pati et reiici a Pharisaeis et scribis, et crucifigi et tertio die resurgere.* Filium igitur hominis seipsum dicebat, vel quia genitus erat ex virgine, quae, ut dixi, ex Davidis et Iacobi et Isaaci et Abrahami genere orta erat, vel quia ipse Abrahamus pater exstitit etiam eorum qui recensiti sunt, ex quibus Maria genus ducit; etenim qui feminas genuerunt, eos liberorum, quos filiae suscipiunt, genitores esse scimus. Nam et unum ex discipulis suis, qui eum revelante ipsius patre filium dei, Christum, esse agnoverat, appellavit Petrum, quum Simon prius vocaretur. Et quum eum filium dei esse in commentariis apostolorum eius scriptum legamus, eum et filium dicimus et esse intelligimus et ex patre ante omnes res creatas virtute eius ac voluntate prodiisse, qui et sapientia et dies

frequentes sunt.

8. *Δεῖ... ἀναστῆναι*] Marc. 8, 31 et Luc. 9, 22. — Vulgo *Φαρισσαίων*. Sed vide c. 80. n. 13.

9. *ὡς ἔφην*] Cf. c. 23.

10. *αὐτὸν τ. Ἀβραὰμ πατέρα*] Coniectavit Thirlbius *αὐτὸν τὸν Ἀδὰμ πατέρα*, Maranus *αὐτοῦ τὸν Ἀδὰμ πατέρα*. *Filius hominis, quia filius Adami.* C. 124: *τῶν ἀνθρώπων, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας.* Etsi non mala, tamen non valde necessaria coniectura. Si emendare velis, legas *αὐτοῦ τὸν Ἀβρ. πατέρα*: *quia ipsius pater fuit Abrahamus et istorum quos recensui.*

11. *Καὶ... ἔχοντες*] Matth. 16, 15—18.

12. *ὄντα*] Excidit in editione Benedictina.

[13] ἡμέρα καὶ ἀνατολὴ καὶ μάχαιρα καὶ λίθος καὶ ῥάβδος καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἐν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις προσηγόρευται, καὶ διὰ τῆς παρθένου [14] ἄνθρωπον γεγονέ- C
ναι, [15] ἵνα καὶ δι' ἧς ὁδοῦ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ καὶ κατάλυσιν λάβῃ. Παρθένος γὰρ οὖσα [16] Εὔα καὶ ἄφθορος, τὸν λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ ὄφεως συλ- 354
λαβοῦσα, παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε· πίστιν δὲ καὶ χαρὰν λαβοῦσα Μαρία ἡ παρθένος, εὐαγγελιζομένου αὐτῇ Γαβριὴλ ἀγγέλου ὅτι [17] πνεῦμα κυρίου ἐπ' αὐτὴν ἐπελεύσεται καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει αὐτήν, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς ἅγιόν ἐστιν υἱὸς θεοῦ, ἀπεκρίνατο· Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ διὰ ταύτης γεγέννηται οὗτος, περὶ οὗ τὰς τοσαύτας γραφὰς ἀπεδείξαμεν εἰρῆσθαι, δι' οὗ ὁ θεὸς τόν τε ὄφιν καὶ τοὺς ὁμοιω- D
θέντας ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους καταλύει, ἀπαλλαγὴν δὲ τοῦ θανάτου τοῖς μεταγινώσκουσιν ἀπὸ τῶν φαύλων καὶ πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἐργάζεται.

101. Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ ταῦτα ἐν οἷς λέγει· [1] Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς· πρὸς σὲ ἐκέκραξαν [2] καὶ ἐσώθησαν, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν καὶ οὐ κατῃσχύν-

13. ἡμέρα] Caeteras appellationes quibus ex locis deducat Iustinus, non difficile est animadvertere. Quo autem in scripturae loco Christum appellari *diem* existimaverit, non ita facile est pronuntiare. Sed tamen videtur in animo habuisse illud Psalmi 117, 24: Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. *Maranus.*

14. ἄνθρωπον γεγονέναι] Sic edidi ex Grabii ad Iren. adv. haer. V. c. 19. p. 429 coniectura pro vulg. ἄνθρωπος γεγονέναι. Referas ad praecedens verbum νενοήκαμεν. Similiter multoties Iustinus. Minus belle Sylburgius cum ἄνθρωπος γεγονέναι subaudiendum opinatur προείρηται, ὑπέμεινε vel simile quid, aut indicative legendum γέγονε.

15. ἵνα καὶ δι' ἧς ὁδοῦ etc.] Occurrit (Iebb.) eadem comparatio apud Irenaeum l. c. III. c. 22. §. 4. p. 219 sq. ed. Mass.: „Quemadmodum illa *(Eva)* virum quidem habens Adam, virgo tamen adhuc exsistens, ... inobediens facta et sibi et universo generi humano causa facta est mortis: sic et Maria habens praedestinatum virum, et tamen virgo, obediens et sibi et universo generi humano causa facta est salutis." Item V. c. 19. §. 1. p. 316: „Quemadmodum enim illa *(Eva)* per angeli sermonem seducta est, ut effugeret deum, praevaricata verbum eius: ita et haec *(Maria)* per angelicum sermonem evangelizata est, ut portaret deum, obediens eius verbo.... Et quemadmodum adstrictum est

et oriens et gladius et lapis et virga et Iacobus et Israel alio atque alio modo in prophetarum libris appellatus est, et per virginem hominem factum esse, ut qua via initium orta a serpente inobedientia accepit, eadem via etiam dissolutionem acciperet. Eva enim, quum virgo esset et incorrupta, sermone serpentis concepto inobedientiam et mortem peperit; Maria autem virgo, quum fidem et gaudium percepisset, angelo Gabrieli laetum nuntium ei afferenti, nempe *spiritum domini in ipsam superventurum et virtutem altissimi ipsam obumbraturam, quapropter id quod nascetur ex ea sanctum sit filius dei*, respondit: ***Fiat mihi secundum verbum tuum.*** Et per hanc ille genitus est, de quo tot scripturas dictas esse demonstravimus, per quem deus et serpentem et assimilatos ei angelos hominesque profligat, prave factorum autem poenitentiam agentes et in eum credentes a morte liberat.

101. Quae autem in psalmo sequuntur his verbis: *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos; ad te clamaverunt et salvi facti sunt, in te speraverunt et non sunt*

morti genus humanum per virginem, salvatur per virginem.“ Locus geminus est apud Tertullianum de carne Christi c. 17: „Ante omnia autem commendanda erit ratio, quae praefuit, ut dei filius de virgine nasceretur.... In virginem enim adhuc Evam irrepserat verbum aedificatorium mortis; in virginem aeque introducendum erat dei verbum exstructorium vitae, ut, quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eva serpenti, credidit Maria Gabrieli; quod illa credendo deliquit, haec credendo delevit.“ Adde Epiphan. Haeres. LXXVIII. c. 18 (ed. Petav. Tom. I) p. 1050. Cf. etiam librum meum De Iustini Mart. scriptt. et doctr. p. 157 et 155. n. 41, atque Semischium *Justin d. Märt.* P. II. p. 407 et 401 sq. n. 2. — Verbis διὰ ταύτης Maranus καὶ praemisit.

16. *Εὔα* ... ἔτεκε] Coll. Iacob. 1, 15.

17. πνεῦμα ... θεοῦ — Γένοιτο ... σου] Luc. 1, 35. 38. — Mavult Sylburgius ἔσται (Luc. κληθήσεται) υἱὸς θεοῦ. Vide c. 28. n. 7.

1. *Ἐπί* ... λαοῦ] Psalm. 21, 4—6.

2. καὶ ἐσώθησαν, ἐπὶ σοὶ ηλπισαν] Haec verba, quae incuria librariorum interciderunt, censui reponenda esse, quum propterea quod in Bibliis et supra c. 98 exstant, tum quod statim ad ea respicitur: τοὺς ἐλπίσαντας ἐπὶ τὸν θεὸν καὶ σωθέντας ὑπ' αὐτοῦ.

θησαν, ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουδένωμα λαοῦ· δηλωτικά ἐστι τοῦ καὶ πατέρας αὐτὸν ὁμολογεῖν τοὺς ἐλπίσαντας ἐπὶ τὸν θεὸν καὶ σωθέντας ὑπ' αὐτοῦ, 328
οἵτινες καὶ πατέρες ἦσαν τῆς παρθένου, δι' ἧς ἐγεννήθη ἄνθρωπος γενόμενος, καὶ αὐτὸς σωθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ μηνύων, ἀλλ' οὐ τῇ αὐτοῦ βουλῇ ἢ ἰσχύϊ πράττειν τι καυχώμενος. Καὶ γὰρ ἐπὶ γῆς τὸ αὐτὸ ἔπραξε· [3]λέγοντος αὐτῷ τινος [4]Διδάσκαλε ἀγαθέ! ἀπεκρίνατο· Τί με λέγεις ἀγαθόν; Εἷς ἐστιν ἀγαθός, ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τὸ δὲ εἰπεῖν Ἐγώ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ, ἅπερ φαίνεται καὶ ὄντα καὶ [5]γινόμενα αὐτῷ προέλεγεν. 355
Ὄνειδος μὲν γὰρ ἡμῖν, τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἀνθρώποις, πανταχοῦ ἐστιν· ἐξουθένημα δὲ τοῦ λαοῦ, ὅτι ὑπὸ τοῦ λαοῦ B
ὑμῶν ἐξουθενωθεὶς καὶ ἀτιμωθεὶς ταῦτα ἔπαθεν ἅπερ διεθήκατε αὐτόν. Καί τὰ ἀκόλουθα· [6]Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, καὶ ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, [7]ῥυσάσθω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν· τὰ αὐτὰ ὁμοίως ἐγγίνεσθαι αὐτῷ προεῖπεν. [8]Οἱ γὰρ θεωροῦντες αὐτὸν ἐσταυρωμένον καὶ κεφαλὰς ἕκαστος ἐκίνουν καὶ τὰ χείλη διέστρεφον, καὶ τοῖς μυξωτῆρσιν [9]ἐν ἀλλήλοις διερινοῦντες ἔλεγον εἰρωνευόμενοι ταῦτα ἃ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται· Υἱὸν θεοῦ ἑαυτὸν ἔλεγε, καταβὰς περιπατείτω· σωσάτω C
αὐτὸν ὁ θεός.

102. Καὶ τὰ ἑξῆς· [1]Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μασθῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου θεός μου εἶ σύ, [2]ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με· ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα

3. *λέγοντος*] Morellus edidit *καὶ λέγοντος*. Thirlbius mavult *λέγοντος γὰρ* etc.. Non muto.

4. *Διδάσκαλε . . . οὐρανοῖς*] Matth. 19, 16 sq. et Marc. 10, 17 sq. coll. Luc. 18, 18 sq..

5. *γινόμενα*] Frustra hic *γενόμενα* obtrudit Sylburgius, cum manifeste Iustinus loquatur de iis quae tunc Christianis eveniebant. *Maranus.*

6. *Πάντες ... αὐτόν*] Psalm. 21, 7. 8.

7. *ῥυσάσθω αὐτόν*] Omissum videtur potius a librario quam a Iustino *σωσάτω αὐτόν*, quod et in Bibliis et c. 98 legitur. Infra quoque: *σωσάτω αὐτὸν ὁ θεός*. Ve-

confusi, *ego autem sum vermis et non homo*, *opprobrium hominum et abiectio populi:* declarant patres ab ipso agnosci eos qui speraverunt in deum et ab eo salvati sunt, qui quidem et patres erant virginis, ex qua genitus est homo factus: simul ipse demonstrans se ab eodem deo salvatum iri, nec se voluntate sua aut viribus quidquam facere glorians. Nam et idem in terris faciebat; quum ei quidam diceret *Magister bone!* respondit: *Quid me appellas bonum? Unus bonus est*, *pater meus qui in coelis est.* Verbis autem *Ego sum vermis et non homo*, *opprobrium hominum et abiectio populi*, ea praedicebantur quae et adesse et evenire ipsi manifestum est. *Opprobrium* enim nobis, hominibus in eum credentibus, ubique est; *abiectio* autem *populi*, quia a populo vestro contemtus et ignominia affectus ea passus est quae in eum consuluistis. Et quae sequuntur: *Omnes conspicientes me subsannaverunt me*, *et locuti sunt labiis, moverunt caput: Speravit in dominum: eripiat eum*, *quoniam vult eum:* pariter praedicebant eadem haec illi eventura. Nam qui eum crucifixum videbant non solum capita quisque movebant sed etiam labia distorquebant, ac naribus inter se certantes ea per iocum dicebant quae etiam in commentariis apostolorum eius scripta sunt: *Filium dei seipsum dixit*, *descendat et ambulet*; *salvet eum deus.*

102. Et quae sequuntur: *Spes mea ab uberibus matris meae; in te proiectus sum ex utero*, *a ventre matris meae deus meus es tu*, *quoniam non est qui me adiuvet. Circumdederunt me vituli multi*, *tauri pingues obsederunt me; ape-*

rumtamen hic non muto in textu, quum ferri possit.

8. *Οἱ γὰρ ... θεός*] Matth. 27, 39. 40. 43. Luc. 23, 35.

9. *ἐν ἀλλήλοις διερινοῦντες*] Pro *ἐν ἀλλήλοις*, quod edidi, codd. msti et editi habent *ἐν ἄλλοις*. Sylburgius *ἐναμίλλοις* vel *ἐναύλοις* coniecit; Maranus *ἐναλλάξ*. Pro *διερινοῦντες* Arcerio *διεῤῥινοῦντες* placuit, Sylburgio *διαρινοῦντες* seu *διαῤῥινοῦντες*.

1. *Ἡ ἐλπίς ... λάρυγγί μου*] Psalm. 21, 9—15.

2. *ὅτι οὐκ ἔστ. ὁ βοηθ. μοι*] Biblia et Iustinus supra c. 98: *Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν* etc.. Sed ni-

αὐτῶν ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου· ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί D *μου· τῶν* [3] *γεγενημένων τὴν προαγγελίαν ἐποιεῖτο.* [4] *Τὸ γὰρ Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μασθῶν τῆς μητρός μου. Ἅμα γὰρ* [5] *τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν ἐν Βηθλεέμ,* [6] *ὡς προέφην, παρὰ τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγων μαθὼν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐπεβούλευσεν ἀνελεῖν αὐτόν, καὶ κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ κέλευσιν Ἰωσὴφ λαβὼν αὐτὸν ἅμα τῇ Μαρίᾳ ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον· μετὰ γὰρ τὸ κηρύξαι αὐτὸν τὸν παρ᾽ αὐτοῦ λόγον ἀνδρωθέντα ὁ πατὴρ θανατωθήσεσθαι αὐτὸν ἐκεκρίκει ὃν ἐγεγεννήκει. Ἐὰν δέ τις ἡμῖν λέγῃ· Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ θεὸς μᾶλλον τὸν Ἡρώδην ἀποκτεῖναι; προλαβὼν* 329 *λέγω· Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ θεὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν ὄφιν ἐξᾶραι τοῦ μὴ εἶναι, καὶ μὴ εἰπεῖν ὅτι* [7] *Καὶ ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον αὐτοῦ καὶ τῆς γυναικός, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῆς; Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο εὐθὺς πλῆθος ἀνθρώπων ποιῆσαι; Ἀλλ᾽, ὡς ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι γενέσθαι, ἐποίησεν αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους, καὶ χρόνους ὥρισε μέχρις οὗ ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι τὸ αὐτεξούσιον ἔχειν αὐτούς· καὶ* [8] *ὅτι καλὸν εἶναι ὁμοίως ἐγνώριζε, καὶ καθολικὰς καὶ μερικὰς κρίσεις ἐποίει, πεφυλαγμένου μέντοι τοῦ αὐτεξουσίου.* B *Ὅθεν φησὶν ὁ λόγος καὶ* [9] *ἐν τῇ ἐπὶ τοῦ πύργου καταβολῇ καὶ τῇ τῶν γλωσσῶν πολυφθογγίᾳ καὶ ἐξαλλοιώσει ταῦτα·* [10] *Καὶ εἶπε κύριος· Ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων, καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι· καὶ νῦν οὐκ ἐκλείψει ἐξ αὐτῶν πάντα ὅσα ἂν ἐπίθωνται ποιεῖν.* [11] *Καὶ τό τε Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, ὁμοίως τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ*

hil nostro loco addendum videtur; nam forte Iustinus ipse omisit.

3. *γεγενημένων*] Sylburg. admisit etiam *γενησομένων*, licet illud ferri possit.

4. *Τὸ γὰρ*] Scil. *τ. γεγ. τὴν προαγγελίαν ἐποιεῖτο.* Spectat ad antecedens *καὶ τὰ ἑξῆς.*

5. *τῷ*] Stephan. *τὸ* mendose.

6. *ὡς προέφην*] Cf. c. 78.

7. *Καὶ ... αὐτῆς*] Genes. 3, 15.

8. *ὅτι*] Thirlbius (in Add.) *ὅτε* suspicatus est legendum.

9. *ἐν τῇ ἐπὶ τοῦ πύργου καταβολῇ*] Fortasse vult *ἐν τῇ κρίσει τῇ ἐπὶ τοῦ πύργου καταβολῇ.*

ruerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusa sunt et dispersa omnia ossa mea. Factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventre meo; exaruit sicut testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis: — eorum quae evenerunt praenuntiationem habebant. Illud enim *Spes mea ab uberibus matris meae.* Nam statim atque Bethlehemi natus est, rex Herodes, ut iam dixi, qui a magis ex Arabia venientibus de eo didicerat, insidias eius vitae molitus est, sed Iosephus dei iussu eum cum Maria assumens in Aegyptum abiit: statuerat enim pater ut quem genuerat non ante occideretur quam ipsius verbum vir factus praedicasset. Si quis autem nobis dicat: Nonne poterat deus Herodem potius interficere? huic quaestioni sic occurro: Nonne poterat deus initio etiam serpentem e medio tollere, ac non dicere: *Inimicitiam ponam inter eum et mulierem, et inter semen illius et semen huius?* Nonne poterat statim multitudinem hominum creare? Sed, ut praeclarum esse noverat, liberos ad iustitiae operationem et angelos et homines creavit, ac tempora definivit quoad bonum esse novisset eos libero uti arbitrio; atque quia pariter praeclarum esse iudicabat, et generalia et particularia iudicia fecit, manente utique libero arbitrio. Unde effatum in turris exstructione et linguarum multiplici divisione ac mutatione haec dicit: *Et dixit dominus: Ecce genus unum et labium unum omnium, et hoc coeperunt facere; et nunc non deficient ab iis quaecunque tentaverint facere.* Illud autem *Exaruit sicut testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis*, similiter eorum quae secundum voluntatem pa-

quod tamen durum. Non male dixisset *ἐπὶ τῇ τοῦ πύργου κατασκευῇ*, quemadmodum de eadem re Cyrillus c. Iul. VII. p. 268. Et erunt fortasse qui legendum putent eodem sensu *ἐπὶ τῇ τοῦ πύργου καταβολῇ*: nam *ἐν τῇ ἐπὶ τὸν πύργον καταβάσει* nimis magna mutatio videretur. *Thirlbius.*

10. *Καὶ ... ποιεῖν*] Genes. 11, 6.

11. *Καὶ ... τε*] Alterutrum ut redundans expungi potest, vel *καὶ* vel *τε*, nisi forte *τό γε* malis, quod tamen minus huc quadrat. *Sylburgius.* — Nil expungo; cf. Homer. Il. I. 521 et IX. 159.

μελλόντων γίνεσθαι κατὰ τὸ τοῦ πατρὸς θέλημα προαγγελία ἦν. Ἡ γὰρ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτοῦ λόγου δύναμις, δι' ἧς ἀεὶ ἤλεγχε τοὺς C
συζητοῦντας αὐτῷ [12] Φαρισαίους καὶ γραμματεῖς καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν διδασκάλους, ἐποχὴν ἔσχε δίκην πολυΰδρου καὶ ἰσχυρᾶς πηγῆς, ἧς τὸ ὕδωρ ἀπεστράφη, [13] σιγήσαντος αὐτοῦ καὶ μηκέτι ἐπὶ Πιλάτου ἀποκρίνασθαι μηδὲν μηδενὶ βουλομένου, ὡς ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ [14] δεδήλωται, ὅπως καὶ τὸ διὰ Ἡσαΐου εἰρημένον καρπὸν ἐνεργῆ ἔχῃ, ὅπου εἴρηται· [15] Κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν τοῦ γνῶναι ἡνίκα με δεῖ εἰπεῖν λόγον. Τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν αὐτόν· [16] Θεός μου εἶ σύ, μὴ ἀποστῇς D
ἀπ' ἐμοῦ, διδάσκοντος ἅμα ὅτι ἐπὶ θεὸν τὸν πάντα ποιήσαντα ἐλπίζειν δεῖ πάντας καὶ παρ' ἐκείνου μόνου σωτηρίαν καὶ βοήθειαν ζητεῖν, ἀλλὰ μή, ὡς τοὺς [17] λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, διὰ γένος ἢ πλοῦτον ἢ ἰσχὺν ἢ σοφίαν νομίζειν δύνασθαι σώζεσθαι· ὁποῖον καὶ ὑμεῖς [18] ἀεὶ ἐπράξατε, ποτὲ μὲν μοσχοποιήσαντες, ἀεὶ δὲ ἀχάριστοι καὶ φονεῖς τῶν δικαίων καὶ τετυφωμένοι διὰ τὸ γένος φαινόμενοι. Εἰ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ φαίνεται [19] μήτε διὰ τὸ εἶναι υἱὸς μήτε κατὰ τὸ εἶναι ἰσχυρὸς μήτε διὰ τὸ σοφὸς λέγων δύ- 330
νασθαι σώζεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναμάρτητος εἶναι, ὡς Ἡσαΐας φησὶν μηδὲ μέχρι φωνῆς ἡμαρτηκέναι αὐτόν ([20] ἀνομίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν οὐδὲ δόλον τῷ στόματι), ἄνευ τοῦ θεοῦ σωθήσεσθαι μὴ δύνασθαι, πῶς ὑμεῖς ἢ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἄνευ τῆς ἐλπίδος ταύτης σωθήσεσθαι προσδοκῶντες οὐχ ἑαυτοὺς ἀπατᾶν λογίζεσθε;

103. Τὰ δὲ ἑξῆς εἰρημένα ἐν τῷ ψαλμῷ· [1] Ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με· ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος· ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπί- B

12. *Φαρισαίους*] Sic scripsi pro vulg. *Φαρισσαίους*. Vide c. 100. n. 8.

13. *σιγήσαντος αὐτοῦ* etc.] Similia profert Tertullianus adv. Marc. V. c. 42: „Tamquam agnus enim coram tondente, sic non aperuit os suum, quia dominus dederat illi linguam disciplinae, ut sciret quomodo (Thirlb. legit *quando*) eum oporteret proferre sermonem (Ies. 50, 4), illam scilicet linguam, quam in psalmo (21, 16) adglutinatam gutturi suo tunc probabat non loquendo."

14. *δεδήλωται*] Coll. Matth. 27, 13. 14. Marc. 15, 4. 5. Luc. 23, 9.

15. *Κύριος . . . λόγον*] Iesai. 50, 4.

16. *Θεός . . . ἐμοῦ*] Psalm. 21, 10. 11.

tris facturus erat praenuntiatio fuit. Potentis enim eius verbi vis, per quam semper Pharisaeos et scribas cum eo disputantes et omnino magistros in genere vestro arguebat, suspensa constitit instar exuberantis et validi fontis, cuius aqua aversa est, quum sileret ipse ac nemini quidquam coram Pilato respondere vellet, quemadmodum in commentariis apostolorum eius demonstratum est, ut Iesaiae quoque dicti fructus efficax exstaret: *Dominus dat mihi linguam ut norim quando me oporteat verbum perloqui.* Quod autem dicit: *Deus meus es tu, ne discedas a me,* simul verbum est docentis in deum, qui omnia creavit, sperare omnes debere et ab eo solo salutem auxiliumque quaerere, nec, caeterorum hominum more, salutem propter genus aut divitias aut robur aut sapientiam assequi se posse opinari; quale est quod vos quoque semper fecistis, qui aliquando quidem vitulum conflastis, semper autem ingratos et iustorum interfectores et arrogantia ob genus vestrum inflatos vos exhibuistis. Nam si filius dei, nec quia filius est nec quia fortis est nec quia sapiens, servari se posse manifeste dicit, sed, quum peccato immunis sit, quemadmodum ait Iesaias eum nec voce tenus peccasse (*iniquitatem enim non commisit neque dolum ore*), sine deo servari se non posse declarat: quomodo vos et caeteri, qui sine illa spe salutem exspectatis, non existimemini vos ipsos decipere?

103. Quae deinde in psalmo dicuntur: *Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuvet me. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me; aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens: sicut*

17. *λοιποὺς*] Sunt qui legerent *πλείους*, *πλείστους*, *πολλούς*, *ἀλόγους*, quidvis denique potius quam haec ferrent. Tu, si me audies, nihil mutabis. *Thirlbius* (in Add.).

18. *ἀεὶ*] Maranus falso *ἀεὶ δέ*.

19. *μήτε*] Sic Sylburg., Morell., Thirlb. recte legunt. Reliqui editores illam vocem admodum necessariam non receperunt; deest quoque in codd. mstis. — Tres illi editores post *σοφὸς* adiecerunt *εἶναι*, quod quidem expunxi ut prorsus inutile.

20. *ἀνομίαν ... στόματι*] Iesai. 53, 9.

1. *Ὅτι ... μου*] Psalm. 21, 11—14.

σθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· τῶν ὁμοίως αὐτῷ συμβάντων προαγγελία ἦν. Ἐκείνης γὰρ τῆς νυκτός, ὅτε [2] ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν ἐπῆλθον αὐτῷ οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ γραμματέων [3] κατὰ τὴν διδασκαλίαν ἐπιπεμφθέντες, ἐκύκλωσαν αὐτὸν οὓς μόσχους κερατιστὰς καὶ προώλεις ὁ λόγος ἔλεγε. Καὶ τὸ Ταῦροι πίονες περιέσχον με εἰπεῖν τοὺς καὶ αὐτοὺς μὲν τὰ ὅμοια τοῖς μόσχοις ποιήσαντας, ὅτε ἤχθη [4] πρὸς τοὺς διδασκάλους ὑμῶν, προέλεγεν· οὓς ὡς ταύρους διὰ τοῦτο ὁ λόγος εἶπεν, ἐπειδὴ τοὺς ταύρους τοῦ εἶναι [5] μόσχους αἰτίους οἴδαμεν. Ὡς οὖν C πατέρες εἰσὶ τῶν μόσχων οἱ ταῦροι, οὕτως οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν αἴτιοι ἦσαν τοῦ ἐξελθόντας εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν συλλαβεῖν αὐτὸν καὶ ἄγειν ἐπ' αὐτούς. Καὶ τὸ εἰπεῖν Ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν δηλωτικὸν καὶ αὐτὸ τοῦ γενομένου. [6] Οὐδεὶς γὰρ οὐδὲ μέχρις ἑνὸς ἀνθρώπου βοηθεῖν αὐτῷ ὡς ἀναμαρτήτῳ βοηθὸς ὑπῆρχε. Καὶ τὸ Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν ὡς λέων ὠρυόμενος δηλοῖ τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων τότε ὄντα, καὶ αὐτὸν Ἡρώδην λεγόμενον, διάδοχον γεγενημένον Ἡρώδου τοῦ, ὅτε ἐγεγέννητο, ἀνελόντος πάντας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἐκείνου τοῦ D καιροῦ γεννηθέντας παῖδας, διὰ τὸ ὑπονοεῖν ἐν αὐτοῖς πάντως εἶναι τὸν περὶ οὗ εἰρήκεισαν αὐτῷ οἱ ἀπὸ Ἀῤῥαβίας ἐλθόντες μάγοι· [7] μὴ ἐπιστάμενος τὴν τοῦ ἰσχυροτέρου πάντων βουλήν, ὡς εἰς Αἴγυπτον τῷ Ἰωσὴφ καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκεκελεύκει ἀπαλλαγῆναι λαβοῦσι τὸ παιδίον, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἄχρις ἂν πάλιν αὐτοῖς ἀποκαλυφθῇ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· [8] κἀκεῖ ἦσαν ἀπελθόντες ἄχρις ἂν ἀπέθανεν ὁ ἀποκτείνας τὰ ἐν Βηθλεὲμ παιδία Ἡρώδης καὶ Ἀρχέλαος αὐτὸν διεδέξατο· καὶ οὗτος ἐτελεύτα πρὶν τὸν 331 Χριστὸν [9] τὴν οἰκονομίαν τὴν κατὰ τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς γεγε-

2. ἀπὸ τοῦ ὄρους] Legendum ἐπὶ τοῦ ὄρους monet Thirlbius. Sed, si quid mutandum esset, legi oporteret ἐπὶ τὸ ὄρος. Sic enim infra εἰς τὸ ὄρος bis repetitur. [Sic et c. 99. p. 326. A.] Videtur supponere Iustinus Iudaeos ex aliqua montis parte in Christum, qui erat in valle monti subjecta, irruisse. *Maranus.* — Coll. Matth. 26, 30. Marc. 14, 26. Luc. 22, 39. — Mox vulgo Φαρισσαίων. Vide c. 102. n. 12.

3. κατὰ τὴν διδασκαλίαν] Thirlbius καὶ τῶν διδασκάλων legendum coniecit. Non muto. Valet illud: *iuxta iussionem eorum* sive *praeceptis eorum incitati.* Infra: οὕτως

aqua effusa sunt et dispersa omnia ossa mea: — similiter eorum quae ipsi evenerunt vaticinium fuerunt. Illa enim nocte, quando ex monte olivarum in eum irruerunt qui ex populo vestro a Pharisaeis et scribis iuxta mandatum submissi erant, circumdederunt eum illi quos vitulos cornupetas et praemature exitiosos effatum vocavit. Et illud *Tauri pingues obsederunt me* eos ipsos qui eadem ac vituli fecerunt, quum duceretur ad magistros vestros, praenuntiavit: quos quidem ut tauros effatum designat, quia tauros in causa esse scimus cur exsistant vituli. Quemadmodum ergo tauri vitulorum patres sunt, sic magistri vestri filiis suis auctores fuerunt ut in montem olivarum egressi eum comprehenderent et ad se ducerent. Et illud *Quoniam non est qui adiuvet* id demonstrat quod factum est. Nam ne unus quidem ex omnibus qui opem ei ut innocenti ferret opitulator praesto affuit. Et illud *Aperuerunt super me os suum sicut leo rugiens* eum designat qui tum Iudaeorum rex erat, Herodes et ipse dictus, successor Herodis, qui, quum ille natus est, omnes infantes circa illud tempus Bethlehemi natos sustulit, quod suspicaretur inter eos omnino ipsum esse de quo ex magis ab Arabia venientibus audierat; at consilium eius qui omnibus fortior est ignorabat, quomodo Iosepho et Mariae praecepisset ut in Aegyptum assumto puero abirent, ibique manerent donec iis iterum revelaretur ut in patriam suam redirent: et ibi commorati sunt, donec moreretur Herodes, qui puerulos Bethlehemi occidit, eique Archelaus succederet; is autem ante mortuus est quam Christus susceptam ex patris voluntate dispen-

οἱ διδ. ὑμῶν τ. τέκνοις αὐτῶν αἴτιοι ἦσαν etc..

4. πρὸς τοὺς διδ. ὑμῶν] Thirlbius suspicatur πρὸς αὐτούς, τοὺς διδ. ὑμῶν.

5. μόσχους] Mavult Thirlbius μόσχοις.

6. Οὐδεὶς] Coll. Matth. 26, 56. — Pro βοηθὸς non male coniecit Pearsonus βουληθεὶς legendum.

7. μὴ ἐπιστάμενος] Exspectabas μὴ ἐπισταμένου (δὲ) τὴν etc.. Cf. n. 13 et c. 55 n. 11.

8. κἀκεῖ... ἐλθεῖν] Coll. Matth. 2, 19—23.

9. τὴν οἰκονομίαν] Thirlbius (in Add.) dicit hic aliquid deesse. Legendum εἰς τὴν οἰκονομίαν opi-

νημένην ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ σταυρωθῆναι ἐλθεῖν. [10] Ἡρώδου δέ, τὸν Ἀρχέλαον διαδεξαμένου, λαβόντος τὴν ἐξουσίαν τὴν ἀπονεμηθεῖσαν αὐτῷ, ᾧ καὶ Πιλάτος χαριζόμενος δεδεμένον τὸν Ἰησοῦν ἔπεμψε, καὶ τοῦτο γενησόμενον προειδὼς ὁ θεὸς εἰρήκει οὕτως· [11] Καί γε αὐτὸν εἰς Ἀσσυρίου ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ. Ἢ λέοντα τὸν ὠρυόμενον ἐπ᾽ αὐτὸν ἔλεγε τὸν διάβολον, [12] ὃν Μωυσῆς μὲν ὄφιν καλεῖ, ἐν δὲ τῷ Ἰὼβ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ διάβολος κέκληται, B
καὶ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ σατανᾶς προσηγόρευται, ὄνομα ἀπὸ τῆς πράξεως ἧς ἔπραξε σύνθετον κτησάμενον αὐτὸν [13] μηνύων· τὸ γὰρ [14] σατᾶ ἐν τῇ Ἰουδαίων καὶ Σύρων φωνῇ ἀποστάτης ἐστί, τὸ δὲ νᾶς ὄνομα ἐξ οὗ [15] ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων ἓν ὄνομα γίνεται σατανᾶς. Καὶ γὰρ οὗτος ὁ διάβολος ἅμα τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰορδάνου, τῆς φωνῆς αὐτῷ λεχθείσης· [16] Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων γέγραπται προσελ- C
θὼν αὐτῷ καὶ πειράζων μέχρι τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ· [17] Προσκύνησόν μοι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὐτῷ τὸν Χριστόν· Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Ὡς γὰρ τὸν Ἀδὰμ ἐπλάνησεν, [18] ἔλεγε καὶ τοῦτον δυνηθῆναι

natur Maranus. Ea tamen coniectatione recte supersedemus. Homer. Il. III. 262 et 312: βήσατο δίφρον pro εἰς δίφρον. Od. I. 332: μνηστῆρας ἀφίκετο pro πρὸς μνηστῆρας. Eurip. Phoen. 110: ἦλθε Πολυνείκης χθόνα. — Deinde pro ἐπὶ τῷ σταυρ. Sylburgius admittit ἐπὶ τὸ σταυρ. praeter necessitatem.

10. Ἡρώδου ... ἔπεμψε] Coll. Luc. 23, 7. 8. — Tum (Sylburg.) pro τὸν Ἀρχ. διαδ. congruentius τοῦ Ἀρχ. διαδ. vel τοῦ τὸν Ἀρχ. διαδ. scriberetur. — Denique Maranus οὕτω pro οὕτως exhibuit.

11. Καί...βασιλεῖ] Hos. 10, 6. Eodem modo hunc locum interpretatus est Tertullianus adv. Marc. IV. c. 42: „Nam et Herodi velut munus a Pilato missus. Osee vocibus fidem reddidit; de Christo enim prophetaverat: *Et vinctum eum ducent xenium regi.*“ Addas Cyrilli Hieros. Catech. XIII. c. 7 sq., coll. Rufin. in Symbol. (Opp. Hieron. ed. Martian. Tom. V) p. 79. — Ad εἰς Ἀσσυρίου suppleas οἶκον.

12. ὃν etc.] Cf. Gen. 3. Iob. 1. 2. Zach. 3, 1. 2. — Vide Apol. I. c. 28 (n. 1).

13. μηνύων] Convenientius μηνύοντος. Vide n. 7.

14. σατᾶ ἐν] Morellus σατὰ (sic) legit, praepositione ἐν omissa. Caeteri editores cum codicibus mstis σατὰν (quod quidem rectius σατᾶν scripsissent) pro σατᾶ ἐν praebuerunt. Male. Nam vox illa, שָׂטָן, non significat *apostatam* sed *adversarium*: non ergo quadrat ad Martyris inter-

sationem in cruce adimpleret. Quum autem Herodes, qui Archelao successit, accepisset potestatem, quae ipsi tributa erat, Pilatus, ut gratum ei faceret, vinctum Iesum ad eum misit, quod etiam futurum praenoscens deus dixit sic: *Et ipsum abduxerunt ad Assyrii domum hospitale munus regi.* Aut leonem rugientem super eum dicebat diabolum, qui a Mose serpens, apud Iobum autem et Zachariam diabolus vocatus est, et a Iesu satanas appellatus, compositum nomen illi ab actione quam perpetravit datum declarante; nam „sata" in Iudaeorum et Syrorum lingua *apostata* est, illud autem „nas" nomen est ex quo interpretatio *serpens* dicta est: ex quibus utrisque unum nomen fit *satanas*. Etenim statim atque Iesus adscendit e fluvio Iordane, ubi vox in eum edita est: *Filius meus es tu, ego hodie te genui:* scriptum est in commentariis apostolorum ipsum diabolum ad eum accessisse et tentasse usque adeo ut ei diceret: *Adora me:* eique respondisse Christum: *Vade retro a me, satana; dominum deum tuum adorabis et ipsum solum coles.* Quemadmodum enim Adamum decepit, putabat se in hunc quoque aliquid moliri posse. Et

pretationem. Hic enim, si quid video, graeca terminatione motus vocem *σατανᾶς* compositam putavit ex שָׂטָה (cf. n. 15) h. e. *deflectere s. deficere* et נָחָשׁ h. e. *serpens*. Causa autem istius librariorum erroris facillime patescit. C. 125: *ἀποστάτης τῆς τοῦ θεοῦ γνώμης γεγενημένος.* — Irenaeus adv. haeres. V. c. 21. §. 2: „Satana (forte legendum *Sata*) enim verbum hebraicum apostatam significat."

15. *ἡ ἑρμηνεία*] Maranus mavult *τῇ ἑρμηνείᾳ.* — Verbis autem *ἐξ οὗ ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη* in codd. mstis et editis adiiciuntur haec: *ταὐτόν ἐστι σατᾶ τῇ Ἑβραίων ἑρμηνευθείσῃ φωνῇ.* Ille editor reponendum coniecit: *τοῦτ' ἐστὶ κατὰ τὴν Ἑβραίων ἑρμηνευθεῖσαν φωνήν* —: *nomen est, ex quo serpens dictus est per interpretationem, id est si Hebraeorum vocem interpreteris.* Nimis magna foret mutatio. Nihil porro lucramur Semischii (*Justin d. Märtyr.* P. I. p. 214) coniectura: *ταὐτόν ἐστι κατὰ τὴν Ἑβρ. ἑρμηνευθεῖσαν φωνήν.* Quid igitur? Verba ista *ταὐτόν ἐστι σατᾶ* etc. sunt glossa (unde orta sit, ipse illico vides), quae in textum obrepsit: ideoque expunxi.

16. *Υἱός ... σε*] Psalm. 2, 7 (Luc. 3, 22). Vide c. 88. n. 21. — p. 310. Pro *αὐτῷ* paulo ante Maranus *αὐτοῦ* dedit contra codices.

17. *Προσκ. μοι ... λατρεύσεις*] Matth. 4, 9. 10 et Luc. 4, 7. 8.

18. *ἔλεγε*] Sunt forte qui le-

ἐργάσασθαί τι. Καὶ τὸ [19]Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, ὅπερ γέγονεν αὐτῷ ἐκείνης τῆς νυκτός, ὅτε ἐπ' αὐτὸν ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν συλλαβεῖν αὐτόν,

Cf. Norton, I. 207, 3 f. (c).

προαγγελία ἦν. Ἐν γὰρ τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, ἅ φημι ὑπὸ τῶν D
ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχθαι, [20]ὅτι ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι κατεχεῖτο, αὐτοῦ εὐχομένου καὶ λέγοντος· [21]Παρελθέτω, εἰ δυνατόν, τὸ ποτήριον τοῦτο· ἐντρόμου τῆς καρδίας δηλονότι οὔσης καὶ τῶν ὀστῶν ὁμοίως [22]καὶ ἐοικυίας τῆς καρδίας κηρῷ τηκομένῳ εἰς τὴν κοιλίαν, ὅπως [23]εἴδωμεν ὅτι ὁ πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καὶ ἐν τοιούτοις πάθεσιν ἀληθῶς γεγονέναι δι' ἡμᾶς βεβούληται, καὶ μὴ λέγωμεν ὅτι ἐκεῖνος, τοῦ θεοῦ υἱὸς ὤν, οὐκ ἀντελαμβάνετο τῶν γινομένων καὶ συμβαινόντων αὐτῷ. Καὶ τὸ [24]Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, 333
καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, [25]ὅπερ προεῖπον, τῆς σιγῆς ([26]ἐν μηδενὶ μηδὲν ἀποκρινόμενος ὁ πάντας ἐλέγχων ἀσόφους τοὺς παρ' ὑμῖν διδασκάλους) προαγγελία ἦν.

104. Καὶ τὸ [1]Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με, ὅτι ἐκύκλωσάν με [2]κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, [3]ὡς προ- B

gendum putent ἔθελε: tu cave attingas verbum elegantissimum. Hom. Il. II. 87. III. 28. *Thirlbius.* — Mox idem καὶ κατὰ τοῦτον coniecit: sine causa; cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Sprache* s. v. (Tom. I. p. 846).

19. Ὡσεὶ ... μου] Psalm. 21, 14. — Lectio ἐξεχύθη, permultis τῶν ο' codd. mstis (ap. Pars.) firmata, iam supra et cc. 98. 102 occurrit. Sed Marano videtur Martyr legisse ἐξεχύθην, quod praecipue referat ad ipsum Christi cor; mox enim: ἐντρόμου τῆς καρδίας δηλονότι οὔσης καὶ τῶν ὀστῶν ὁμοίως etc.. Quamquam nihil mutandum esse censeo.

20. ὅτι] Deest γέγραπται (cc. 104. 105) vel simile quid. — Luc. 22, 44.

21. Παρελθέτω ... τοῦτο] Matth. 26, 39 coll. Luc. 22, 42.

22. καὶ] Omisit Maranus.

23. εἴδωμεν] Excusari potest haec lectio; si quis tamen εἰδῶμεν malit, nequaquam refragabor. *Sylburgius.* — Perstringit Iustinus Docetas, qui non veram sed putativam Iesu Christi passionem docebant.

illud *Sicut aqua effusa sunt et dispersa omnia ossa mea, factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventre meo*, rei quae ei illa nocte contigit, quum adversus eum in montem olivarum exierunt ut eum comprehenderent, praenuntiatio fuit. Nam in commentariis, quos ab eius apostolis eorumque sectatoribus scriptos dico, scriptum est *sudorem velut guttas sanguinis ex eo defluxisse*, eo precante et dicente: *Transeat, si fieri potest, calix hic:* quum videlicet cor contremisceret et ossa similiter ac cor speciem haberet liquescentis in ventrem cerae, ut sciremus patrem voluisse etiam in eiusmodi perpessionibus filium suum vere propter nos versari, neve diceremus illum, quum dei filius esset, non sensisse quae ei inflicta sunt quaeque ei acciderunt. Et illud *Exaruit sicut testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis*, ut iam dixi, praenuntiatio silentii fuit, quum nullum omnino verbum respondit qui omnes magistros vestros insipientes arguere solebat.

104. Et illud *In pulverem mortis deduxisti me, quoniam circumdederunt me canes multi, caterva malignantium obsedit me; foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea; ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, et super ve-*

24. Ἐξηράνθη ... μου] Psalm. 21, 15.

25. ὅπερ προεῖπον] Cf. c. 102.

26. ἐν μηδενὶ etc.] Sylburgius legi iubet ἐν ᾗ μηδενὶ μηδὲν ἀπεκρίνετο. Thirlbius ἣν ἐσίγησε vel ἣν ἐπὶ Πιλάτου ἐσίγησε, μηδενὶ etc.. Sed sunt hae mutationes nimis operosae. Satis est parenthesin apponere.

1. Εἰς ... κλῆρον] Psalm. 21, 15—18.

2. κύνες πολλοί] Legitur in editis κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί. Sed illud καὶ κυνηγοί, quum in utroque cod. msto desit, probe delevit Maranus. In margine codicis utriusque haec est nota adscripta: ἐν ἄλλοις, κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί. Stephanum, qui verba illa textui inseruit, insuper ea videntur decepisse quae infra exstant: οὓς καὶ κύνας καλεῖ καὶ κυνηγοὺς μηνύων ὅτι —, quae vulgo sic male distinguuntur, ut κυνηγοὺς referatur ad καλεῖ. Equidem comma post καλεῖ posui, referens illam vocem ad μηνύων. Itaque istud καὶ κυνηγοὶ non habet quo defendatur. Neque enim Septuaginta agnoscunt neque Iustinus supra c. 98.

3. ὡς προεῖπον] Cf. c. 97.

εἶπον, προαγγελία ἦν διὰ ποίου θανάτου καταδικάζειν αὐτὸν ἔμελλεν ἡ συναγωγὴ τῶν πονηρευομένων, οὓς καὶ κύνας καλεῖ, καὶ κυνηγοὺς μηνύων, ὅτι αὐτοὶ οἱ κυνηγήσαντες [4] καὶ συνήχθησαν οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐπὶ τῷ καταδικάσασθαι αὐτόν· ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται γενόμενον. Καὶ ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν ἐμέρισαν ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, [5] ἐδήλωσα.

105. *Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ· [1] Σὺ δέ, κύριε, μὴ μα- C
κρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες· ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς [2] τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου· ὁμοίως πάλιν διδασκαλία καὶ προαγγελία τῶν ὄντων αὐτῷ καὶ συμβαίνειν μελλόντων. [3] Μονογενὴς γὰρ ὅτι ἦν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων οὗτος, ἰδίως ἐξ αὐτοῦ [4] λόγος καὶ δύναμις γεγενημένος, καὶ ὕστερον ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου γενόμενος, ὡς ἀπὸ τῶν ἀπομνημονευμάτων ἐμάθομεν, [5] προεδήλωσα. Καὶ ὅτι σταυρωθεὶς ἀπέθανεν, ὁμοίως προεῖπε. Τὸ γὰρ Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου καὶ ἐκ χειρὸς D
κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου· ὁμοίως [6] μηνύοντος δι' οὗ πάθους ἔμελλεν ἀποθνήσκειν, τουτέστι σταυροῦσθαι· τὸ γὰρ Κεράτων μονοκερώτων ὅτι τὸ σχῆμα [7] τοῦ σταυροῦ ἐστι μόνου, προεξηγησάμην ὑμῖν. Καὶ τὸ ἀπὸ ῥομφαίας καὶ στόματος

4. *καὶ συνήχθησαν ... γενόμενον*] Coll. Matth. 26, 3. 4. — Sylburgius cum *κυνηγήσ.* subintelligendum dicit *ἦσαν* aut legendum *αὐτοὶ οἷον κυνηγήσοντες συνήχθησαν.* Male. Thirlbius tantummodo deleri vult alterum *οἱ*, concinnius tamen putat esse *καὶ αὐτοὶ οἱ κυνηγ. συνήχθησαν.* Sed inspice n. 2. Illud *καὶ* autem ante *συνήχθησαν* non est offensioni; Iustinus enim persaepe ea vocula utitur, ubi omitti poterat. — Mox ad *καταδικάσασθαι* codd. msti *καταδικασθῆναι* in margine.

5. *ἐδήλωσα*] Cf. c. 97.

1. *Σὺ ... ταπ. μου*] Psalm. 21, 19—21.

2. *τὴν μονογενῆ μου*] Sic et paulo infra; pariter LXX et supra c. 98. Mox vero *Μονογενὴς γὰρ ὅτι* etc.: inde Maranus censet Martyrem legisse *τὸν μονογενῆ σου.* Vide c. 103. n. 19.

3. *Μονογενὴς ... γεγεν.*] Coll. Ioann. 1, 18.

stimentum meum iecerunt sortem — ut iam dixi, praenuntiatio fuit quo mortis genere ipsum condemnatura esset synagoga improborum, quos vel canes appellat, etiam venatores indicans, quoniam ipsi canum ductores quoque congregati erant quippe operam dantes ut eum condemnarent; quod quidem factum esse in apostolorum eius commentariis scriptum est. Et post quam crucifixus est istos qui eum crucifixerunt inter se divisisse eius vestimenta, demonstravi.

105. Quae autem sequuntur in psalmo: *Tu autem, domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam respice: erue a framea animam meam et de manu canis unigenitam meam; serva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam:* — similiter sunt rursus documentum et praenuntiatio eorum quae ipsi insunt et eventura erant. Unigenitum enim illum patri universorum fuisse, proprie logon et virtutem ex eo ortum, atque postea hominem natum per virginem, ut ex commentariis didicimus, antea demonstravi. Quod autem crucifixus mortem oppetiit, id similiter praedixit. Illud enim *Erue a framea animam meam et de manu canis unigenitam meam; serva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam:* — similiter denuntiantis fuit quo supplicii genere moriturus esset, id est cruce; illud enim *A cornibus unicornium* formam solius crucis exhibere, vobis antea explicui. Et quod precatur animam

4. *λόγ. κ. δύν.*] Mallet Thirlbius *λόγ. κ. δύν. αὐτοῦ*. Apol. I. c. 22: *ἰδίως παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐκ θεοῦ λέγομεν λόγον θεοῦ*. Dial. c. 61: *λόγος ... καὶ δύναμις ... τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων*. Non muto. — Idem editor mox pro *γεγενημένος* coniecit *γεγεννημένος*. Sed vide Apol. I. l. c. et Dial. c. 78. n. 8.

5. *προεδήλωσα*] Cf. c. 100.

6. *μηνύοντος δι' οὗ πάθους* etc.] Tertullianus adv. Iud. c. 10 „Cum auxilium patris imploraret: *Salvum me fac*, inquit, *ex ore leonis*, utique mortis, *et de cornibus unicornuorum humilitatem meam*, de apicibus scilicet crucis."

7. *τ. σταυροῦ ἐστι μόνον*] Pro his mallet Thirlb. *τ. σταυροῦ ἐσήμαινε* vel *σημαίνει*. Sed patrocinatur voci *μόνον* locus, ad quem nos reiicit scriptor: c. 91. p. 318. C (n. 8).

λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς αἰτεῖν αὐτὸν τὴν ψυχὴν σωθῆναι, ἵνα μηδεὶς κυριεύσῃ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ αἴτησις ἦν, ἵνα, ἡνίκα ἡμεῖς πρὸς τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου γινόμεθα, τὰ αὐτὰ αἰτῶμεν τὸν θεόν, τὸν δυνάμενον ἀποστρέψαι πάντα ἀναιδῆ [8] καὶ πονηρὸν ἄγγελον μὴ λαβέσθαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς. Καὶ ὅτι μένουσιν αἱ ψυχαὶ [9] ἀπέδειξα 333 ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. Φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν οὕτως δικαίων καὶ προφητῶν ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὁποία δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖται. Ὅθεν καὶ [10] ὁ θεὸς διδάσκει ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τὸ πάντως [11] ἀγωνίζεσθαι, δι' οὓς γίνεσθαι, καὶ πρὸς τῇ ἐξόδῳ αἰτεῖν μὴ ὑπὸ τοιαύτην τινὰ δύναμιν ὑποπεσεῖν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, φαίνεται. Καὶ γὰρ ἀποδιδοὺς B τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ σταυρῷ εἶπε· [12] Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου· ὡς καὶ ἐκ τῶν ἀπομνημονευμάτων καὶ τοῦτο ἔμαθον. [13] Καὶ γὰρ πρὸς τὸ ὑπερβάλλειν τὴν Φαρισαίων πολιτείαν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ συνωθῶν, εἰ δὲ μή γε, ἐπίστασθαι ὅτι οὐ σωθήσονται, ταῦτα εἰρηκέναι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι γέγραπται· [14] Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

106. [1] Καὶ ὅτι ἠπίστατο τὸν πατέρα αὐτοῦ πάντα παρέχειν 33 αὐτῷ, ὡς ἠξίου, καὶ [2] ἀνήγειρεν αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ πάντας C τοὺς φοβουμένους τὸν θεὸν προέτρεπεν αἰνεῖν τὸν θεὸν διὰ τὸ ἐλεῆ-

8. καὶ] Deest in codicibus.

9. ἀπέδειξα] Deest haec demonstratio. — Coll. 1 Sam. 28, 7 sqq. et Apol. I. c. 18. n. 5. — Quemadmodum Iustinus etiam Origenes (Homil. in 1 Regg. 28), Sulpicius Sev. (Hist. sacr. I. c. 36), Anastasius Sin. (Quaestt. et Responss. de variis argum. 112) crediderunt ipsam Samuelis animam per pythonissam ab inferis evocatam fuisse. At vero Tertullianus (de anima c. 57), Hieronymus (Comm. in Matth. 6, 31), Pseudo-Iustinus (Quaestt. et Respp. ad Orthod. 52. n. 3), alii quos Semischius *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 463. n. 4 recensuit, dixerunt Samuelem non revera fuisse eductum sed tantummodo spectrum machinationibus daemonum sub Samuelis forma regi apparuisse. Praeterea cf. Guil. Gass in *Illgeni Zeitschrift für d. histor. Theologie* (Lips.) 1842. Fasc. IV. p. 111 sqq..

10. ὁ θεὸς] Codd. msti et editi οὗτος inepte.

11. ἀγωνίζεσθαι] De strenua adversus diabolum per totam vitam

suam a gladio et ore leonis et e manu canis liberari, precatio erat ut ne quis ipsius animae dominaretur: ut, quum nos ad exitum vitae venimus, eadem a deo poscamus, qui omnem impudentem et malum angelum avertere potest ne animam nostram capiat. Et animas quidem manere vobis ex eo demonstravi quod etiam Samuelis anima evocata sit a ventriloqua pythonissa, ut petierat Saulus. Apparet autem omnes animas eiusmodi iustorum et prophetarum sub potestatem talium virtutum cecidisse, qualem virtutem et in illa ventriloqua fuisse rebus ipsis declaratur. Unde etiam deus nos, propter quos haec fieri patet, per filium quoque suum docet ut omnino contendamus, et in exitu vitae precemur ne animae nostrae sub aliquam eiusmodi potestatem cadant. Etenim, quum spiritum in cruce redderet, dixit: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum!* ut etiam ex commentariis id quoque didici. Atque quum hortaretur discipulos suos ut Pharisaeorum vivendi genus superarent, sin minus, salvos se non futuros scirent, haec eum dixisse in commentariis scriptum est: *Nisi iustitia vestra praestantior fuerit ea quam scribae et Pharisaei exercent, non intrabitis in regnum coelorum.*

106. Quod autem sciebat patrem suum omnia sibi traditurum esse, ut petebat, seque ab eo ex mortuis excitatum iri: et quod omnes deum timentes hortatus est ut deum lau-

dimicatione haec videntur intelligenda, eoque refertur praeceptum Christi, quod paulo post citatur, ut iustitiam Pharisaeorum superemus. *Maranus.* — Verbum *φαίνεται*, si genuinum est, referas ad *δι᾽ οὗς γίνεσθαι.* Perincommode tamen situm est. Sylburgius pro *δι᾽ οὗς γίν.* commendavit *δικαίους γίν.* (iam Gelenius: *ut contendamus ad iustitiam*). Thirlbius insuper illud *φαίνεται* delendum censuit.

12. *Πάτερ ... μου*] Luc. 23, 46.

13. *Καὶ γὰρ*] Respondet praecedenti *Καὶ γάρ.* Hoc spectat ad *ἀγωνίζεσθαι* (n. 11), illud ad *πρὸς τῇ ἐξόδῳ αἰτεῖν.* — Dein *Φαρισσαίων* (bis) vulgo scribitur; cf. c. 102. n. 12.

14. *Ἐὰν ... οὐρανῶν*] Matth. 5, 20.

1. *Καὶ ... νεκρῶν*] Coll. Ioann. 13, 3. Matth. 16, 21.

2. *ἀνήγειρεν*] Convenientius *ἀνεγερεῖν* (Sylburg.) sive *ἀνεγείρειν.* Fortasse: *ὃς καὶ ἀνήγειρεν.*

σαι [3] καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυρωθέντος τούτου πᾶν γένος τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων, καὶ ὅτι [4] ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἔστη, τῶν ἀποστόλων, ([5] οἵτινες, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ πεισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ὅτι καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν ἔλεγεν αὐτοῖς ὅτι ταῦτα αὐτὸν δεῖ παθεῖν καὶ [6] ὑπὸ τῶν προφητῶν ὅτι προεκεκήρυκτο ταῦτα, μετενόησαν ἐπὶ τῷ ἀφίστασθαι αὐτοῦ ὅτε ἐσταυρώθη) καὶ [7] μετ' αὐτῶν διάγων ὕμνησε τὸν θεόν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων δηλοῦται γεγενημένον, τὰ λεί- D ποντα τοῦ ψαλμοῦ ἐδήλωσεν. Ἔστι δὲ ταῦτα· [8] Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακώβ, δοξάσατε αὐτόν· φοβηθήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. Καὶ τὸ εἰπεῖν [9] μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ γεγράφθαι [10] ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλους δύο ἀδελφούς, υἱοὺς Ζεβεδαίου ὄντας, μετωνομακέναι ὀνόματι τοῦ Βοανεργές, ὅ ἐστιν [11] υἱοὶ βροντῆς, σημαντικὸν ἦν τοῦ αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι, [12] δι' οὗ καὶ τὸ ἐπώ- 334

cf. Norton, p. 208.

3. καὶ ... ἀνθρώπων] Sylburgius desiderat σῶσαι. Sine causa: nam illud καὶ valet i. q. *etiam*.

4. ἐν ... ἀποστόλων] Coll. Luc. 24, 36. Ioann. 20, 19 (Hebr. 2, 11. 12).

5. οἵτινες ... ἐσταυρώθη] Coll. Luc. 24, 25. 26.

6. ὑπὸ] Codd. msti et editi ἀπό. Utraque vox in codicibus saepe commutatur: c. 56, n. 7, c. 109. p. 336. A, Cohort. ad Gent. c. 2. p. 3. B.

7. μετ' αὐτῶν ... θεόν] Coll. Matth. 26, 30.

8. Διηγήσομαι ... Ἰσραήλ] Ps. 21, 22. 23.

9. μετωνομακέναι ... βροντῆς] Coll. Marc. 3, 16. 17.

10. ἐν τοῖς ἀπομνημ. αὐτοῦ] Ita codd. msti et editi. Si lectio vera est, illud αὐτοῦ aut ad Πέτρον (scilicet Marci evangelium, in quo [n. 9] transnominatio ista narratur, ad Petrum referebat antiqua ecclesia) spectat — aut, id quod non nemo praeferet, ad αὐτὸν h. e. Christum. At vero nusquam alibi Iustinus ἀπομνημονεύματα Πέτρου commemoravit, nusquam usurpavit formulam ἀπομνημονεύματα Χριστοῦ. Inde coniicio pro αὐτοῦ, vel sexcentis codicibus reclamantibus, esse rescribendum αὐτῶν, h. e. ἀποστόλων, quod quidem proxime praecedit (ἕνα τῶν ἀποστόλων — et paulo ante; ἐν τοῖς ἀπομν. τῶν ἀποστόλων, coll. c. 103). Saepenumero enim utraque illa vox confunditur; exempla habes c. 118, p. 346. C. et c. 138. p. 367. C. Similiter commutari solent a librariis τούτων et τούτου Cohort. ad Gent. c. 28. p. 27. A, θεῶν et θεοῦ ibid. c. 21. p. 20. A. B, ὄντων et ὄντος ibid. p. 19. E, ἀνθρώπων et ἀνθρώπου Apol. I. c. 54. n. 18. Dial. c. Tr. c. 48. n. 2, λόγων et λόγου ibid. c. 114. p. 341.

See Christian Examiner July 1854, p. 23, et seqq. and especially p. 128, note.

dent quia etiam per mysterium crucifixi huius misertus est omnis credentium hominum generis: et quod in medio stetit fratrum suorum, apostolorum, (qui quidem, posteaquam resurrexit a mortuis iisque persuasit ipsum etiam ante passionem iis dixisse haec se pati oportere et a prophetis haec praenuntiata fuisse, poenitentiam egerunt quod ab eo defecissent quum crucifigeretur) et, quum una cum iis versaretur, deum laudavit, ut etiam in commentariis apostolorum declaratur factum esse: haec ex reliquis psalmi verbis manifesta fiunt. Sunt huiusmodi: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in media ecclesia laudabo te. Qui timetis dominum, laudate eum; universum semen Iacobi, glorificate eum: metuat eum omne semen Israelis.* Quod autem unum ex apostolis mutato nomine Petrum appellasse dicitur, et in commentariis eius id quoque refertur, et quod praeterea alios duos fratres, Zebedaei filios, nomine Boanerges vocavit, hoc est filios tonitrus: indicio id erat ipsum illum esse, per quem et

D, alia. Nec dubito fore plerosque qui *τῶν ἀποστόλων* omissum esse iudicent, ut legendum sit *ἐν τοῖς ἀπομνημ. τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ*, qua formula Martyr lubenter utitur: paulo infra et cc. 100. 101. 102. 104. Repetitum autem illud *ἀποστόλων* nullam haberet offensionem; Iustinus enim, id quod innumeris exemplis probari potest, non est is qui tales repetitiones fugiat. C. 92. p. 319. C: *τ. θεῷ . . . τ. θεὸν . . . μέχρι Μωυσέως . . . ἀπὸ Μωυσέως.* C. 94. p. 321. D: *διὰ Μωυσέως . . . διὰ τοῦ Μωυσέως.* — Coll. c. 100: *Καὶ γὰρ υἱὸν θεοῦ, Χριστόν, . . . ἐπιγνόντα αὐτὸν ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Σίμωνα πρότερον καλούμενον, ἐπωνόμασε Πέτρον. Καὶ υἱὸν θεοῦ γεγραμμένον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀπομνημ. τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἔχοντες* etc..

11. *υἱοὶ βροντῆς*] Sic etiam Tertullianus adv. Marc. IV. c. 13: „Mutat et Petro nomen de Simone, quia et creator Abrahae et Sarae et Auseae nomina reformavit, hunc vocando Iesum, illis syllabas adiiciendo." Sed facile non est haec Iustini de Petro et filiis Zebedaei dicta cum superioribus connectere et ad quem psalmi versum referantur ostendere. Equidem fateor me seriem et continuationem non animadvertere, nisi legamus *τὸ ὄνομά μου*: *Narrabo nomen meum fratribus meis*, idque fecisse Christum intelligamus, cum mutatis Petro ac Ioanni eiusque fratri nominibus eum se esse declaravit qui Abrahae et filio Navae nomina mutaverat. Sin minus placeat haec coniectura, totus hic locus digressio erit ex commemoratione discipulorum nata. *Maranus.*

12. *δι' οὗ*] Sic levi mutatione

νυμον Ἰακὼβ τῷ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντι ἐδόθη καὶ τῷ Αὐσῇ ὄνομα Ἰησοῦς ἐπεκλήθη, δι' οὗ ὀνόματος καὶ εἰσήχθη εἰς τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς πατριάρχαις γῆν ὁ περιλειφθεὶς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων λαός. Καὶ ὅτι ὡς ἄστρον ἔμελλεν ἀνατέλλειν αὐτὸς διὰ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραάμ, Μωυσῆς [13] παρεδήλωσεν οὕτως εἰπών· [14] Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ καὶ ἡγούμενος ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ ἄλλη δὲ γραφή φησιν· [15] Ἰδοὺ ἀνήρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. Ἀνατείλαντος οὖν [16] καὶ ἐν οὐρανῷ ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν B
ἀστέρος, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, οἱ ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγοι, ἐκ τούτου ἐπιγνόντες, παρεγένοντο καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.

107. Καὶ ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἔμελλεν ἀναστήσεσθαι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι, γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν [1] ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν συζητοῦντες αὐτῷ ἔλεγον, ὅτι [2] Δεῖξον ἡμῖν σημεῖον. Καὶ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτοῖς εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ. [3] Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ παρακεκαλυμμένα ἦν νοεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀκουόντων ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν τῇ C
τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ πονηροτέραν τὴν γενεὰν ὑμῶν καὶ μοιχαλίδα μᾶλλον τῆς Νινευϊτῶν πόλεως ἐδήλου, οἵτινες, τοῦ Ἰωνᾶ κηρύξαντος αὐτοῖς μετὰ τὸ ἐκβρασθῆναι αὐτὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ ἁδροῦ ἰχθύος ὅτι [4] μετὰ τρεῖς ἡμέρας παμπληθεὶ ἀπολοῦνται, νηστείαν ἁπλῶς πάντων ζώων, ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων, μετὰ σακκοφορίας καὶ ἐκτενοῦς ὀλο-

(Casaubonus adv. Baron. p. 258) vulgatam codd. mstorum et editorum scripturam διὸ emendavi. — Mox vulgo τὸ Αὐσῇ legitur pro τῷ Αὐσῇ. Cf. c. 75. n. 6.

13. παρεδήλωσεν] Mallet Thirlbius προεδήλωσεν.

14. Ἀνατελεῖ ... Ἰσραήλ] Numer. 24, 17.

15. Ἰδοὺ ... αὐτῷ] Zachar. 6, 12.

16. καὶ ἐν οὐρανῷ] Etiam in coelo stella exorta, quia scilicet alia in terris longe praestantior prodierat. *Maranus.*

1. ὅτι] Schnitzerus (*Neue Jen. Allgem. Lit.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 281) coniectavit ὅτε scribendum esse; sed ipse concessit vulgatam scripturam ferri posse, si praecedens ὅτι interpreteris *quod*, vern. *weil* sive (c. 80. n. 7) *in Beziehung darauf dass.* — Antea pro ἐν τοῖς forsitan legendum ἐν τοῖς αὐτοῖς.

2. Δεῖξον ... Ἰωνᾶ etc.] Matth. 12, 38—41 coll. 16, 1. 4.

3. Καὶ etc.] Maranus: *Quae quum ab eo dicerentur arcane, in-*

Iacobus Israelis et Auses Iesu nomine appellatus est, per quod nomen etiam in terram patriarchis promissam introductus est populus superstes ex iis qui ex Aegypto egressi sunt. Ipsum autem tamquam astrum ex genere Abrahami oriturum Moses arcane declaravit sic dicens: *Orietur stella ex Iacobo et dux ex Israele.* Et alia scriptura ait: *Ecce vir, oriens nomen eius.* Quum igitur, simulatque natus est, etiam in coelo exorta esset stella, quemadmodum scriptum est in commentariis apostolorum eius, magi ex Arabia, re ex hoc signo cognita, advenerunt eumque adoraverunt.

107. Quod autem tertio die, posteaquam crucifixus fuisset, resurrecturus erat, scriptum est in commentariis homines generis vestri cum eo disputantes dixisse: *Ostende nobis signum.* Et respondit iis: *Generatio prava et adultera signum quaerit, et signum non dabitur iis nisi signum Ionae.* Quae quum loqueretur recondita ita fuerunt ut ab audientibus non intelligeretur eum, posteaquam crucifixus fuisset, tertio die resurrecturum esse. Ac generationem vestram nequiorem magisque adulteram urbe Ninivitarum demonstrabat, quippe qui, quum Ionas e ventre grandis piscis tertio die eiectus iis praedicasset fore ut post tres dies universi perirent, ieiunium omnium prorsus animalium, scilicet et hominum et pecudum, cum saccis et vehementi eiulatu et vera ex cordibus

telligere erat audientibus, eum —.

4. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας*] Codd. msti *μετὰ ἐν ἄλλοις * τεσσαρακοντατρεῖς ἡμέρας.* Sic etiam Stephanus, Iebbius, Thirlbius. Sed Sylburgius edidit *μετὰ [ἐν ἄλλοις τρεῖς] τεσσαρακοντατρεῖς ἡμέρας*, „ut haec inclusa per incuriam amanuensis e margine in contextum sint infulta.“ Arcerius legendum iudicavit *μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας.* Idem Crednerus (*Beiträge zur Einleit. in d. biblisch. Schriften*, Tom. II. p. 282) statuit. Quadraginta enim dies (Ion. 3, 4) in hebraico textu et apud Aquilam, Theodotionem, Symmachum ponuntur. At si codicum vestigia premis, locus ita habet: *μετὰ [ἐν ἄλλοις γράφεται τεσσαράκοντα] τρεῖς ἡμέρας.* Et ad hanc normam Maranus reposuit, praesertim quum a Septuaginta (Ion. l. c.) *τρεῖς ἡμέραι* memorentur. Verba autem uncis inclusa non Iustinus addidit, sed (Semisch. *Justin d. Märtyr.* P. I. p. 81) aliena sedulitas in orationem importavit. Quapropter eieci. Cf. n. 7.

λυγμοῦ καὶ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἀληθινῆς μετανοίας αὐτῶν καὶ
ἀποταγῆς [5]τῆς πρὸς ἀδικίαν ἐκήρυξαν, πιστεύσαντες ὅτι ἐλεή-
μων ὁ θεὸς καὶ φιλάνθρωπός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς μετατιθε- D
μένους ἀπὸ τῆς κακίας, [6]ὡς καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τῆς πόλεως
ἐκείνης καὶ τοὺς μεγιστᾶνας ὁμοίως σακκοφορήσαντας προσμεμε-
νηκέναι τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ ἱκεσίᾳ, καὶ ἐπιτυχεῖν μὴ καταστρα-
φῆναι τὴν πόλιν αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἰωνᾶ ἀνιωμένου ἐπὶ
τῷ [7]τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὡς ἐκήρυξε, μὴ καταστραφῆναι τὴν πό-
λιν, διὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ ἐκ τῆς γῆς ἀνατεῖλαι αὐτῷ [8]κικυῶ-
να, ὑφ᾽ ὃν καθεζόμενος ἐσκιάζετο ἀπὸ καύματος, [9](ἦν δὲ ὁ κικυὼν
κολόκυνθα αἰφνίδιος, μήτε φυτεύσαντος τοῦ Ἰωνᾶ μήτε ποτίσαν- 335
τος, ἀλλ᾽ ἐξαίφνης ἐπανατείλας αὐτῷ σκιὰν παρέχειν) [10]κἀκ τῆς
ἄλλης ξηρᾶναι αὐτόν, ἐφ᾽ ᾧ ἐλυπεῖτο Ἰωνᾶς, καὶ ἤλεγξεν αὐτὸν
οὐ δικαίως ἀθυμοῦντα ἐπὶ τῷ μὴ κατεστράφθαι τὴν Νινευϊτῶν
πόλιν, λέγων· [11]Σὺ ἐφείσω [12]περὶ τοῦ κικυῶνος, οὗ οὐκ ἐκο-
πίασας ἐν αὐτῷ, οὔτε ἐξέθρεψας αὐτόν, ὃς ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ
ἦλθε καὶ ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἀπώλετο· κἀγὼ οὐ | φείσομαι ὑπὲρ 336
Νινευΐ, τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ
δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν, οἳ οὐκ ἔγνωσαν ἀνὰ μέσον δεξιᾶς αὐ- B
τῶν καὶ ἀνὰ μέσον ἀριστερᾶς αὐτῶν, καὶ κτήνη πολλά;

108. Καὶ ταῦτα οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐπιστάμενοι ἅπαντες γεγενημένα ὑπὸ τοῦ Ἰωνᾶ, καὶ τοῦ Χριστοῦ παρ᾽ ὑμῖν βοῶντος ὅτι τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ δώσει ὑμῖν, προτρεπόμενος [1]ἵνα κἂν μετὰ

5. τῆς πρὸς ἀδικίαν] Mallet fortasse aliquis τῆς προτέρας ἀδικίας [c. 121. p. 350. B]. Sed ferri etiam vulgata lectio potest. *Sylburgius.*

6. ὡς etc.] Coll. Ion. 3, 5 sqq..

7. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ] Codd. msti et editi τῇ τεσσαρακοστῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Solus Maranus vocem τεσσαρακοστῇ uncis inclusit. Maluerunt Arcerius et Crednerus (l. c.) τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ. Vide n. 4.

8. κικυῶνα] Codd. msti et editi σικυῶνα. Mox illi σικυῶν (sic), hi ex inepta accentus mutatione σικυὼν (= *area cucumeribus consita*) exhibent. Paulo infra σικυῶνος. Septuaginta Ion. 4, 6: *Καὶ προσέταξε ὁ θεὸς κολοκύνθῃ.* Veram Iustini scripturam, quam Credneri (l. c.) monitu litera Σ in Κ mutata reposui, Aquila et Theodotion indicarunt. *Κικυὼν* autem (κῖκι, κοῦκι: Herod. Hist. II. c. 94, Diodor. Sic. Bibl. I. c. 34) est *ricinus*: arbuscula celeriter crescens, sed culmum habens mollem, quo leviter laeso moritur.

9. (ἦν ... παρέχειν)] Sic Thirlbius et Maranus ediderunt. Fortasse haec explicatio (cf. n. 4) e margine

conversione et ab iniquitate discessione promulgarent, credentes deum misericordem esse et benignum in eos omnes qui a nequitia discedunt, ita ut et ipse rex urbis illius et magnates pariter saccis induti in ieiunio ac supplicatione permanerent, et impetrarent ne urbs ipsorum everteretur. Quin etiam quum moereret Ionas quod tertio die, ut praedicaverat, urbs eversa non fuisset, deus secundum consilium ricino illi e terra proferendo, sub quo sedens ab aestu obumbrabatur, (erat autem ricinus cucurbita repentina, nec plantatus a Iona nec rigatus, sed subito exortus ad umbram ei praebendam) eoque rursus secundum aliud consilium exsiccando, qua ex re angebatur Ionas, etiam arguit eum inique moerere quod urbs Ninivitarum eversa non fuisset, dicens: *Tu pepercisti ricino, in quo nihil fecisti operae, neque nutrivisti eum, qui sub noctem suam prodiit et sub noctem suam periit: et ego non parcam Ninivae, urbi magnae, in qua habitant plures quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextram suam et sinistram suam, et iumenta multa?*

108. Atque haec quidem quum scirent omnes vestri generis homines a Iona facta esse, quumque Christus apud vos clamaret se signum Ionae vobis daturum, adhortans ut saltem

in textum obrepsit. Caeteri tantummodo verba *ἦν . . . αἰφνίδιος* uncis incluserunt. — De scriptura *κικυῶν* pro *σικυῶν* n. 8 adeas. — De forma *κολόκυνθα* consulas Lobeck. ad Phryn. p. 438. — Denique pro *παρέχειν* exspectabas *παρεῖχεν*. Ferri tamen potest, si gerundive capias.

10. *κἀκ τῆς ἄλλης*] Supple *οἰκονομίας*: *ex alio praecepto*. Quemadmodum enim deus praeceperat ricino ut super Ionae caput adscenderet: sic etiam praecepit vermi ut percuteret ricinum, unde exarescere͏t (Ion. 4, 6 sq.). Non igitur opus est Sylburgii coniectura *ἀλέης* seu *ἀλέας* (*caloris*) legentis, nisi quis malit *εἵλης*. Langus et Thirlbius volunt *καὶ τῆς ἄλλης* sc. *ἡμέρας*. — Pro *καὶ* ante *ἤλεγξεν* commodius foret *ὁ θεός*.

11. *Σὺ . . . πολλά*] Ion. 4, 10. 11.

12. *περὶ*] Thirlbius mallet *ὑπὲρ* cum Bibliis. — De scriptura *κικυῶνος* legas n. 8.

1. *ἵνα κἂν* etc.] H. e. *ἵνα μετανοήσητε, καὶ ἐὰν μετὰ τὸ ἀναστῆναι . . . μετανοήσητε* ≐ *damit ihr euch, wenn ihr euch auch erst*

τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν νεκρῶν μετανοήσητε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακοῖς καὶ ὁμοίως Νινευΐταις προσκλαύσητε τῷ θεῷ, ὅπως καὶ τὸ ἔθνος καὶ ἡ πόλις ὑμῶν μὴ ἁλῷ καταστραφεῖσα, ὡς κατεστράφη, [2] καὶ οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, μαθόντες αὐτὸν ἀναστάν- C
τα ἐκ νεκρῶν, ἀλλ', [3] ὡς προεῖπον, ἄνδρας χειροτονήσαντες ἐκλεκτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε, κηρύσσοντας ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινος Γαλιλαίου [4] πλάνου, ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν, [5] οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτός, [6] ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι· κατειπόντες δεδιδαχέναι καὶ ταῦτα [7] ἅπερ κατὰ τῶν ὁμολογούντων Χριστὸν καὶ διδάσκαλον καὶ υἱὸν θεοῦ εἶναι παντὶ γένει ἀνθρώπων D
ἄθεα καὶ ἄνομα καὶ ἀνόσια λέγετε. Πρὸς τούτοις καὶ ἁλούσης 364
ὑμῶν τῆς πόλεως καὶ τῆς γῆς ἐρημωθείσης οὐ μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ [8] καταρᾶσθαι αὐτοῦ καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν πάντων τολμᾶτε. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς καὶ τοὺς δι' ὑμᾶς τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ὑπειληφότας οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' εὐχόμεθα κἂν νῦν μετανοήσαντας πάντας ἐλέους τυχεῖν παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ πολυελέου πατρὸς τῶν ὅλων θεοῦ.

109. Ἀλλ' ὅτι τὰ ἔθνη [1] μετανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας, ἐν ᾗ
πλανώμενοι ἐπολιτεύοντο, [2] ἀκούσαντα τὸν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων 336

nach seiner Auferstehung bekehret, *doch bekehret*. Sic infra: κἂν νῦν = καὶ ἐὰν νῦν ᾖ. „Auf diese Weise geht κἂν von selbst in die Bedeutung *wenigstens* über.“ Schnitzer: *Neue Jen. Allg. Liter.-Zeitung* 1845. N. 71. p. 282. Cf. c. 38: ἵνα κἂν αὐτὸς ἀθῷος ὦ. Apol. I. c. 26. n. 32.

2. καὶ οὐ μόνον οὐ] Incipit apodosis. Quare vocula καὶ superflua possit videri: scilicet in loco gemello c. 17. p. 234. E (n. 4) omittitur. Sed valet i. q. *etiam*, *vel*, *sogar*. Ut unum exemplum instar omnium afferam, c. 104 ait: αὐτοὶ οἱ κυνηγήσαντες καὶ συνήχθησαν.

3. ὡς προεῖπον] C. 17. p. 234. E (n. 6). — Mox pro κηρύσσοντας l. c. exstat λέγοντες. Inde nostro loco Maranus κηρύσσοντες mallet. Sed illud ferri potest relatum ad ἐκλεκτούς. Infra κατειπόντες spectat ad χειροτονήσαντες ἐπέμψατε.

4. πλάνου] Coll Matth. 27, 63.

5. οἱ μαθηταὶ ... νυκτός] Coll. Matth. 28, 13. 15. — Cf. Eisenmenger *Entdecktes Judenthum* Tom. I. p. 190 sqq..

6. ὁπόθεν] Usitatius ὅπου. Sed

post quam a mortuis resurrexisset poenitentiam improbe factorum ageretis et Ninivitarum exemplo lacrimis deum flecteretis, ne et gens et urbs vestra capta everteretur, quemadmodum eversa est: etiam non modo poenitentiam non egistis, postquam illum ex mortuis resurrexisse didicistis, sed, ut iam dixi, viros delectos in universum orbem misistis, qui praedicarent impiam quamdam et exlegem sectam a plano quodam Iesu Galilaeo excitatam esse, et quum illum a nobis crucifixum discipuli eius noctu surripuerint ex monumento, in quo refixus e cruce depositus fuerat, decipi ab iis homines dicendo eum resurrexisse ex mortuis et in coelum adscendisse; immo addidistis docuisse illum impia ista et nefanda et detestabilia facinora, quae adversus eos qui illum Christum et doctorem et filium dei esse profitentur apud omne hominum genus spargitis. Ad haec etiam capta urbe vestra et terra vastata poenitentiam non agitis, sed et illum et omnes qui in illum credunt diris vovere audetis. Ac nos neque vos odimus neque eos qui talem de nobis opinionem a vobis acceperunt, sed precamur ut nunc saltem poenitentiam agentes misericordiam omnes consequamini a perbenigno et admodum misericorde patre universorum deo.

109. Quod autem gentes nequitiae, in qua errantes vivebant, poenitentiam acturae erant, postquam doctrinam ab

illud referas ad *κλέψαντες*, quasi dicas: surripientes ex quo loco repositus erat. Cf. c. 132. p. 362. B.

7. *ἅπερ ... λέγετε*] Vide c. 10. n. 2 et c. 17. n. 13.

8. *καταρᾶσθαι ... τολμᾶτε*] Vide c. 16. n. 9.

1. *μετανοεῖν*] Supple *ἔμελλον*, quod quidem verbum, cum antea posuerit Iustinus ubi de Christi resurrectione agere coepit, non miror hoc loco repetitum non fuisse. *Maranus*. — De particula *ὅτι* cf. c. 107. n. 1.

2. *ἀκούσαντα* etc.] Codd. msti et editi *ἀκούσαντα τὸν ἀπὸ τ. ἀποστόλων ... κηρυχθέντα δι' αὐτῶν καθόντα λόγον*. Primum *ἀπὸ* ante *τῶν ἀποστόλων* in *ὑπὸ* mutavi, quum videlicet ansam erroris praebuerit *ἀπὸ* antecedens (*ἀπὸ τ. κακίας*) et sequens (*ἀπὸ Ἱερουσ.*). Cf. c. 106. n. 6. Deinde pro *καθόντα* scripsi minima mutatione *μαθόντα*, quum (Maran.) non de logo passo hic agatur sed de doctrina ab apostolis praedicata. Denique *καὶ* ante *δι' αὐτῶν* reposui propter antecedens *ἀκούσαντα*. Quae emendatio si cui displicuerit, deleat verba *δι' αὐτῶν καθόντα* (pro quibus exspe-

αὐτοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κηρυχθέντα καὶ δι' αὐτῶν μαθόντα λόγον, καὶ λόγους βραχεῖς λέγοντός μου ἀπὸ προφητείας Μιχαίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα, ἀνάσχεσθε. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· [3] Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, ἕτοιμον [4] ἐπ' ἄκρου τῶν ὀρέων, ἐπηρμένον αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς βουνούς· καὶ ποταμὸν θήσονται ἐπ' αὐτῷ λαοί, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ, καὶ φωτιοῦσιν ἡμᾶς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ. Ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερου-
σαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυ- B
ρὰ ἕως μακράν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. Καὶ καθίσεται ἀνὴρ ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν, ὅτι στόμα κυρίου τῶν δυνάμεων ἐλάλησεν· ὅτι πάντες οἱ λαοὶ πορεύσονται ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν, ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συνάξω τὴν ἐκτεθλιμμένην, καὶ τὴν ἐξωσμέ-
νην ἀθροίσω καὶ ἣν ἐκάκωσα, καὶ θήσω τὴν ἐκτεθλιμμένην εἰς C
ὑπόλειμμα καὶ τὴν [5] ἐκπεπιεσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν· καὶ βασιλεύσει κύριος ἐπ' αὐτῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

110. Καὶ τελέσας ταῦτα ἐπεῖπον· Καὶ ὅτι [1] οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, τοὺς πάντας λόγους τῆς περικοπῆς ταύτης εἰς τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν εἰρῆσθαι, ἐπίσταμαι· καὶ αὐτὸν ὅτι οὐδέπω φασὶν ἐληλυθέναι, καὶ τοῦτο γινώσκω· εἰ δὲ καὶ ἐληλυθέναι λέγουσιν, [2] οὐ γινώσκεται ὃς ἐστιν, ἀλλ' ὅταν ἐμφανὴς καὶ ἔνδοξος γένηται, τότε γνωσθήσεται ὃς ἐστι, φασί. Καὶ τότε τὰ εἰρημένα
ἐν τῇ περικοπῇ ταύτῃ φασὶν ἀποβήσεσθαι, ὡς μηδενὸς μηδέπω D
καρποῦ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας γενομένου· ἀλόγιστοι, μὴ συνιέντες, ὅπερ διὰ πάντων τῶν λόγων ἀποδέδεικται· ὅτι [3] δύο

ctabas: δι' αὐτοὺς καθ. = *propter ipsos passum*) tamquam ineptum glossema.

3. *Καὶ ... αἰῶνος*] Mich. 4, 1. — 7.

4. *ἐπ' ἄκρου*] Sic Maranus ex utroque cod. msto restituit pro ἀπ' ἄκρου, quod in editis erat.

5. *ἐκπεπιεσμένην*] Ita Sylburg. coniecit et Maran. edidit pro vulg.

apostolis illius Hierosolymis praedicatam audivissent eorumque interventu didicissent, pauca etiam verba ex prophetia Michaeae, unius ex duodecim, recitantem me sustinete. Sunt autem haec: *Et erit novissimis diebus manifestus mons domini, paratus in summo montium, sublimatus ipse super colles; et fluvium ponent in ipso populi, et ambulabunt gentes multae, et dicent: Venite, adscendamus in montem domini et in domum dei Iacobi: et ostendent nobis viam eius, et ambulabimus in semitis eius. Nam ex Sione exibit lex, et verbum domini Hierosolymis. Et iudicabit inter populos multos, et arguet gentes fortes usque in longinquum; et concident gladios suos in aratra et hastas suas in falces: et non sumet gens contra gentem gladium, et non discent ultra belligerare. Et sedebit vir sub vite sua et sub ficu sua, et non erit qui exterreat: quia os domini virtutum locutum est: quia omnes populi ambulabunt in nomine deorum suorum, nos autem ambulabimus in nomine domini dei nostri in aeternum. Et erit die illo, colligam angustiis affectam, et eiectam congregabo et eam quam afflixi, et ponam angustiis affectam in residuum et oppressam in gentem potentem: et regnabit dominus super eos in monte Sionis ex hoc tempore et usque in saeculum.*

110. His recitatis haec addidi: Ac vestros quidem magistros, o viri, omnia huius loci verba in Christum dicta ésse confiteri scio; eum autem nondum venisse, id quoque ab iis asseri intelligo: si vero etiam eum venisse dicant, nondum cognoscitur qualis sit, inquiunt, sed quum manifestus et gloriosus fuerit, tunc cognoscetur qualis sit. Tunc etiam eventura dicunt quae in hoc loco leguntur, quasi nondum ullus verborum prophetiae fructus exstiterit: homines ratione destituti, qui non intelligant, id quod ex omnibus scripturis de-

ἐκπεπεισμένην.

1. οἱ] Omisit Maranus errore.

2. *οὐ γινώσκεται ὅς ἐστιν* etc.] Trypho c. 8 (n. 7): *Χριστὸς δέ, εἰ καὶ γεγένηται καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται* etc..

3. *δύο παρουσίαι αὐτοῦ*] Cf. Apol. I. c. 52. n. 2.

παρουσίαι αὐτοῦ κατηγγελμέναι εἰσί· μία μέν, ἐν ᾗ παθητὸς καὶ ἄδοξος καὶ ἄτιμος καὶ σταυρούμενος κεκήρυκται, ἡ δὲ δευτέρα, ἐν ᾗ μετὰ δόξης [4] ἀπὸ τῶν οὐρανῶν παρέσται, ὅταν καὶ ὁ τῆς ἀποστασίας ἄνθρωπος, ὁ καὶ εἰς τὸν ὕψιστον ἔξαλλα λαλῶν, ἐπὶ τῆς γῆς ἄνομα τολμήσῃ εἰς ἡμᾶς τοὺς Χριστιανούς, [5] οἵτινες, ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐξελθόντος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ διὰ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλων τὴν θεοσέβειαν ἐπιγνόντες, ἐπὶ τὸν θεὸν Ἰακὼβ καὶ θεὸν Ἰσραὴλ κατεφύγομεν· καὶ οἱ πολέμου καὶ ἀλληλοφονίας καὶ πάσης κακίας μεμεστωμένοι ἀπὸ πάσης τῆς γῆς τὰ πολεμικὰ ὄργανα ἕκαστος, τὰς μαχαίρας εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας εἰς γεωργικά, μετεβάλομεν, καὶ γεωργοῦμεν εὐσέβειαν, δικαιοσύνην, φιλανθρωπίαν, πίστιν, ἐλπίδα τὴν παρ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ σταυρωθέντος, ὑπὸ τὴν ἄμπελον τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος καθεζόμενοι, τουτέστι μόνῃ τῇ γαμετῇ γυναικὶ ἕκαστος χρώμενοι· ὅτι γὰρ B
ὁ λόγος ὁ προφητικὸς λέγει· [6] Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐπίστασθε. Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν [7] ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς, τοὺς ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκότας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, φανερόν ἐστι. [8] Κεφαλοτομούμενοι γὰρ καὶ σταυρούμενοι καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι καὶ δεσμοῖς καὶ πυρὶ καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν, ἀλλ', ὅσωπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ

4. *ἀπὸ ... Χριστιανούς*] Coll. 2 Thessal. 2, 3. 4. — Pro *ἔξαλλα* Iustinus supra c. 32 dixit *βλάσφημα καὶ τολμηρά*. Illud ad verbum (Sylburg.) sonat: *extra caeterorum morem exorbitantia* i. e. *enormia* et *insolentia*. — Maranus male sic distinxit: *λαλῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἄνομα —*.

5. *οἵτινες ... πίστιν* etc.] Haec imitatus est Irenaeus adv. haer. IV. c. 34. §. 4: „Si autem libertatis lex, id est verbum dei ab apostolis, qui ab Hierusalem exierunt, annuntiatum in universam terram, in tantum transmutationem fecit, ut gladios et lanceas bellatorias in aratra fabricaverit ipse et in falces, quae donavit ad metendum frumentum, in organa pacifica demutaverit, et iam nesciunt pugnare, sed percussi et alteram praebent maxillam: non de aliquo alio prophetae dixerunt haec, sed de eo qui fecit ea." — Mox pro vulg. *ἐπελθόντος* dedi *ἐξελθόντος*. Respicit enim Iustinus hic ad verba Michaeae supra (c. 109) citata: *ἐξελεύσεται νόμος*.

6. *Καὶ ... εὐθηνοῦσα*] Psalm. 127, 3.

7. *ὁ ἐκφοβῶν κ. δουλαγωγῶν*] Coll. Mich. 4, 4.

8. *Κεφαλοτομούμενοι* etc.] Apol. I. c. 2: *Ἀποκτεῖναι μὲν δύ-*

monstratum est, duos Christi adventus esse nuntiatos: alterum quidem, in quo passioni obnoxius et inglorius et dehonestatus et crucifixus praedicatur, alterum vero, in quo cum gloria e coelis aderit, quando et defectionis homo, grandia etiam adversus altissimum loquens, in terra audebit nefanda in nos Christianos, qui quidem, postquam ex lege et doctrina Hierosolymis egressa rationem colendi dei per apostolos Iesu cognovimus, ad deum Iacobi et deum Israelis confugimus; et, qui bello et mutuis caedibus et improbitate omni cumulati eramus, in universa terra instrumenta quisque bellica, enses in vomeres hastasque in agrestia arma, transmutavimus, et aramus pietatem, iustitiam, humanitatem, fidem, spem illam quae est a patre ipso per crucifixum, sub sua quisque vite sedentes, id est sola quisque legitima uxore utentes; verbum enim propheticum dicere: *Et uxor eius sicut vitis abundans*, scitis. Non autem esse qui nos, in Iesum per universam terram credentes, exterreat et in servitutem redigat, manifestum est. Dum enim gladio percutimur et crucifigimur et feris tradimur et vinculis et igni et omnibus aliis tormentis, a confessione, ut apertum est, non discedimus, sed, quanto magis talia nobis infliguntur, eo plures alii fideles et pii per nomen

νασθε, βλάψαι δ' οὔ. Epistola ad Diogn. c. 6: *Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον.* Ibid. c. 7: *Οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζονται, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους;* Quaestt. et Respp. ad Orthod. 74: *Ἀλλ' αἱ βάσανοι αὗται, αἷς καὶ πρώην ἦν χρησάμενος ὁ ἑλληνισμὸς προσδοκήσας δι' αὐτῶν ἄλυτον φυλάττειν ἑαυτόν, τὸν μὲν ἑλληνισμὸν κατέπαυσαν, τὸν δὲ χριστιανισμὸν ἔστησαν παγιώτερον.* Tertullianus Apolog. c. 50: „Nec quicquam tamen proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra; illecebra est magis sectae. Plures efficimur, quoties metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum.... Ipsa illa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum, quid intus in re sit? Quis non, ubi requisivit, accedit? ubi accessit, pati exoptat?" Lactantius Institt. div. V. c. 19: „Augetur religio dei, quanto magis premitur." Augustinus Epist. 3: „Christiani inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias usque in terrarum extrema dilatantur." Cf. praeterea Apol. II. c. 12. n. 1. — Vulgo *γίγνονται* pro *γίνονται* legitur praeter consuetudinem Iustinianam.

θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γίνονται. [9]Ὁποῖον ἐὰν ἀμ- C
πέλου τις ἐκτέμῃ τὰ καρποφορήσαντα μέρη, εἰς τὸ ἀναβλαστῆσαι ἑτέρους κλάδους καὶ εὐθαλεῖς καὶ καρποφόρους ἀναδίδωσι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται· ἡ γὰρ φυτευθεῖσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἄμπελος καὶ σωτῆρος Χριστοῦ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐστι. Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς προφητείας ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἀποβήσεται. [10]Τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην καὶ ἐξωσμένην, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ κόσμου, ὅσον ἐφ' ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν κτημάτων τῶν ἰδίων ἕκαστος τῶν Χριστιανῶν ἐκβέβληται ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου παντός, ζῆν μηδενὶ Χριστιανῷ συγχωροῦντες. Ὑμεῖς δὲ D
ἐπὶ τὸν λαὸν ὑμῶν συμβεβηκέναι τοῦτό φατε. Εἰ δὲ ἐξεβλήθητε πολεμηθέντες, δικαίως μὲν ὑμεῖς ταῦτα πεπόνθατε, ὡς αἱ γραφαὶ πᾶσαι μαρτυροῦσιν· [11]ἡμεῖς δέ, οὐδὲν τοιοῦτον πράξαντες μετὰ τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ, μαρτυρούμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ, σὺν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ μόνῳ ἀσπίλῳ καὶ ἀναμαρτήτῳ Χριστῷ ὅτι [12]ἀπὸ γῆς αἱρόμεθα. Βοᾷ γὰρ Ἠσαΐας· [13]Ἰδοὺ ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ.

111. Καὶ ὅτι δύο παρουσίας συμβολικῶς γενήσεσθαι τούτου 338
τοῦ Χριστοῦ καὶ [1]ἐπὶ Μωυσέως προελέγετο, [2]προεῖπον διὰ τοῦ συμβόλου τῶν ἐν τῇ νηστείᾳ προσφερομένων τράγων. Καὶ πάλιν ἐν οἷς ἐποίησαν Μωυσῆς καὶ Ἰησοῦς τὸ αὐτὸ προκηρυσσόμενον συμβολικῶς ἦν καὶ λεγόμενον. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐκτείνας ἐπὶ τοῦ βουνοῦ [3]μέχρις ἑσπέρας ἔμενεν, ὑποβασταζομένων τῶν χειρῶν, ὃ οὐδενὸς ἄλλου τύπον δείκνυσιν ἢ τοῦ σταυροῦ, ὁ

9. Ὁποῖον etc.] Elegans similitudo. Cf. Horat. Od. IV. 4. 57—60. Coll. Ioann. 15, 1. 2.

10. Τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην] In codd. mstis et editis omissum est illud καὶ ἐξωσμένην (Mich. 4, 6), ad quod potissimum referuntur quae Iustinus de Christianis toto orbe expulsis affert. Thirlbius sic legere mallit: Τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην τότε συνάξει, καὶ ἀθροίσει τὴν ἐξωσμένην, τουτέστιν ἀπὸ τ. κόσμου, ὅσον ἐφ' ὑμῖν καὶ τ. ἄ. ἄ. ἀνθρώποις, οἷς οὐ μόνον etc.. Haec nimia foret mutatio. — De sententia cf. Apol. I. c. 31 (n. 5): Iudaei ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν (Gentilibus) ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς. Epist. ad Diogn. c. 5. p. 497. C. — In fine periodi Sylburgius pro συγχωροῦντες vult scribi συγχωροῦσιν, ut consonet cum dativo

Iesu fiunt. Quemadmodum vitis, si quis eas partes amputet quae fructum ferunt, ita proficit ut alios florentes et fructiferos palmites rursus proferat: idem nobis quoque evenit; plantata enim a deo et salvatore Christo vitis populus eius est. Reliqua autem prophetiae in altero eius adventu ad effectum perducentur. Quod enim attinet *angustiis affectam et eiectam*, hoc est ex mundo: quantum in vobis est et caeteris omnibus hominibus, non solum ex propriis possessionibus unusquisque Christianorum expellitur sed etiam ex toto mundo, neque ulli Christiano vitam liberam relinquitis. Vos autem in populum vestrum hoc evenisse dicitis. Si expulsi estis bello superati, merito haec passi estis, ut scripturae omnes testantur; nos vero, qui nihil tale commisimus post quam veritatem dei cognovimus, testatur deus una cum iustissimo et solo intaminato et carente peccatis Christo e terra tolli. Clamat enim Iesaias: *Ecce quomodo periit iustus, et nemo percipit corde; et viri iusti tolluntur, et nemo considerat.*

111. Ac duos quidem huius Christi adventus arcane etiam Mosis tempore praedictos fuisse, iam ex signo hircorum in ieiunio oblatorum demonstravi. Et rursus in iis quae Moses et Iesus fecerunt idem arcane praenuntiatum et dictum est. Alter enim eorum manibus expansis in colle ad vesperam usque permansit, quum manus eius sustentarentur, quod nullam aliam nisi crucis figuram exhibet, alter autem Iesu nomine co-

ὑμῖν. Sed cf. c. 103. n. 7.

11. *ἡμεῖς δέ, οὐδὲν* etc.] Fortasse vult *μαρτυρούμεθα ὅτι αἰρόμεθα ἀπὸ γῆς μηδὲν τοιοῦτον πράξαντες* id est *δίκαιοι*. *Thirlbius.* — Tu nihil muta.

12. *ἀπὸ γῆς αἰρόμεθα*] Haec Irenaeus l. c. imitatur.

13. *Ἰδοὺ ... κατανοεῖ*] Iesai. 57, 1. — Maranus voculam *καὶ* ante *ἄνδρες* male omisit.

1. *ἐπὶ Μωυσέως*] Sylburgius mallet legi *ὑπὸ Μωυσέως*. Sine causa. C. 99: *ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ ἔμελλε λέγεσθαι*. C. 119: *τὸ λελεγμένον ἐπὶ Μωυσέως*. — Caeterum Martyr illud *συμβολικῶς* melius aut post *γέν. τούτου τ. Χρ.* aut ante *προελέγετο* collocasset. Cf. c. 86. n. 1.

2. *προεῖπον*] C. 40.

3. *μέχρις ἑσπέρας*] Cf. c. 97.

δὲ τῷ [4] Ἰησοῦ ὀνόματι μετονομασθεὶς ἦρχε τῆς μάχης, καὶ ἐνίκα Ἰσραήλ. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ἁγίων ἀνδρῶν B
ἐκείνων καὶ προφητῶν τοῦ θεοῦ νοῆσαι γεγενημένον, ὅτι ἀμφότερα τὰ μυστήρια εἰς αὐτῶν βαστάσαι οὐκ ἦν δυνατός, λέγω δὲ τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ καὶ τὸν τύπον τῆς τοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως· ἑνὸς γὰρ μόνου ἡ ἰσχὺς αὕτη ἐστὶ καὶ ἦν καὶ ἔσται, οὗ καὶ τὸ ὄνομα [5] πᾶσα ἀρχὴ δέδιεν, ὠδίνουσα ὅτι δι' αὐτοῦ καταλύεσθαι μέλλουσιν. Ὁ οὖν παθητὸς ἡμῶν καὶ σταυρωθεὶς Χριστὸς οὐ κατηράθη ὑπὸ τοῦ νόμου, ἀλλὰ μόνος σώσειν τοὺς μὴ ἀφισταμένους [6] τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐδήλου. Καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δὲ σω- C
θέντας, ὅτε ἀπώλλυντο τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων, τὸ τοῦ πάσχα ἐῤῥύσατο αἷμα, τὸ ἑκατέρωσε τῶν σταθμῶν καὶ τοῦ ὑπερθύρου χρισθέν. [7] Ἦν γὰρ τὸ πάσχα ὁ Χριστός, ὁ τυθεὶς ὕστερον, ὡς καὶ Ἡσαΐας ἔφη· [8] Αὐτὸς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. Καὶ ὅτι ἐν ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα συνελάβετε αὐτὸν καὶ ὁμοίως ἐν τῷ πάσχα ἐσταυρώσατε, γέγραπται. Ὡς δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἔσωσε τὸ αἷμα τοῦ πάσχα, οὕτως καὶ τοὺς πιστεύσαντας ῥύσεται ἐκ θανάτου τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. Ἔμελλεν οὖν ὁ θεὸς πλανᾶσθαι, εἰ D
μὴ [9] τὸ σημεῖον τοῦτο ἐπὶ τῶν θυρῶν ἐγεγόνει; Οὔ φημι ἐγώ, ἀλλ' ὅτι προεκήρυσσε τὴν μέλλουσαν δι' αἵματος τοῦ Χριστοῦ γενήσεσθαι σωτηρίαν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ [10] τὸ σύμβολον τοῦ κοκκίνου σπαρτίου, οὗ ἔδωκαν ἐν Ἱεριχῷ οἱ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ

4. Ἰησοῦ ὀνόμ. μετον.] Cf. c. 90. n. 5.

5. πᾶσα ἀρχὴ] His verbis Iustinus non solum malorum angelorum principatus videtur designare sed etiam terrenas potestates, id est reges et praesides, quibus Christi nomen formidini esse docet c. 117. Iustinus, utpote regni mille annorum defensor, existimat reges cum Antichristo coniunctos a Christo profligatum iri: quod quidem Irenaeus lib. 5 et Lactantius lib. 7 uberius exponunt. *Maranus.*

6. τῆς πίστεως] Codd. msti et editi τῆς γῆς τέως, manifesto errore. Cf. c. 121. p. 350. B. Facile ΠΙΣ et ΓΗΣ confundi poterant. Maranus: „Lex non modo non maledixit Christo, sed etiam demonstravit eum unicum esse salvatorem eorum qui a fide non discedunt sed ut Moses in erigendis manibus perseverant. Legi posset ἐδηλοῦτο, sed quia Christus auctor legis est, quatenus Verbum, nihil mutandum.“

7. Ἦν ... ὕστερον] Coll. 1 Corinth. 5, 7.

8. Αὐτὸς ... ἤχθη] Iesai. 53, 7.

9. τὸ σημεῖον τοῦτο] Videtur Iustinus signum crucis intelligere

gnominatus dux erat pugnae, et vincebat Israel. Hoc vero etiam in ambobus illis sanctis viris et dei prophetis factum intelligere licebat, nempe duo mysteria neutrum illorum portare solum potuisse, id est crucis et cognominis impositi signum; vis enim ista est et erat et erit unius ac solius, cuius vel nomen omnis principatus reformidat, tabescens quod per illum evertendus sit. Noster igitur passibilis et crucifixus Christus non diris a lege devotus fuit, sed solum se eos servaturum demonstrabat qui ab eius fide non discedunt. Et eos quidem qui in Aegypto servati sunt, quum perirent primogenita Aegyptiorum, paschae liberavit sanguis, postibus utrimque et superliminari adspersus. Pascha enim erat Christus, qui postea immolatus est, quemadmodum etiam Iesaias ait: *Ipse tamquam ovis ad necem ductus est.* Atque eum die paschae a vobis comprehensum ac similiter in pascha crucifixum fuisse scriptum est. Quemadmodum autem eos qui in Aegypto fuerunt sanguis paschae servavit, sic et eos qui crediderint liberabit a morte sanguis Christi. Deus ergo hallucinaturus erat, nisi hoc signum super foribus exstitisset? Non id ego dixerim, sed praenuntiatam ab eo futuram generi hominum per sanguinem Christi salutem. Nam et signum coccinei funiculi, quod Ierichunte dederunt meretrici Rahabae exploratoribus,

(vide c. 94. n. 3), quia (Maran.), ut paulo ante dixit, sanguine Israelitae et superliminare et utrimque postes illeverant. Idem videtur observasse Lactantius Institt. div. IV. c. 26: „Cuius rei figuram Iudaei etiam nunc exhibent, cum limina sua de cruore agni notant.“ Hieronymus Comm. in Ies. c. 26: „Venient autem omnes, ut videant gloriam dei: et ponet in eis signum, quod in Ezechielis principio sub Thau literae hebraicae interpretatione monstratur. Quo signo qui fuerit impressus, manus persequentis effugiet. Hoc et postes domorum in Aegypto signabantur, quando pereunte Aegypto solus Israel mansit illaesus.“

10. τὸ *σύμβολον τ. κοκκίνου σπαρτίου* etc.] Clemens Rom. Ep. 1 ad Corinth. c. 12: *Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιοῦντες ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσιν τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν.* Vide Cotelerium ad h. loc., qui alios Patres recenset idem dicentes de illo funiculo coccineo. — Maranus articulum τὸ ante *σύμβολον* omisit errore.

Ναυῆ πεμφθέντες κατάσκοποι Ῥαὰβ τῇ πόρνῃ, εἰπόντες προσδῆσαι αὐτὸ τῇ θυρίδι, δι' ἧς αὐτοὺς ἐχάλασεν ὅπως λάθωσι τοὺς πολεμίους, ὁμοίως τὸ σύμβολον τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐδήλου, δι' οὗ οἱ πάλαι πόρνοι καὶ ἄδικοι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν σώζονται, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντες καὶ μηκέτι ἁμαρτάνοντες.

112. Ὑμεῖς δέ, ταῦτα ταπεινῶς ἐξηγούμενοι, πολλὴν ἀσθένειαν καταψηφίζεσθε τοῦ θεοῦ, εἰ ταῦτα οὕτω ψιλῶς ἀκούοιτε καὶ 339
μὴ τὴν δύναμιν ἐξετάζοιτε τῶν εἰρημένων. Ἐπεὶ καὶ Μωυσῆς οὕτω παράνομος ἂν [1] κριθείη· αὐτὸς παραγγείλας μηδενὸς ὁμοίωμα γίνεσθαι, μήτε τῶν ἐπὶ τῷ οὐρανῷ μήτε τῶν ἐπὶ γῆς ἢ θαλάσσης, ἔπειτα ὄφιν χαλκοῦν αὐτὸς ἐποίει, καὶ στήσας [2] ἐπὶ σημείου τινὸς ἐκέλευσεν εἰς αὐτὸν ὁρᾶν τοὺς δεδηγμένους· οἱ δ' ἐσώζοντο εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντες. Ὁ ὄφις ἄρα νοηθήσεται σεσωκέναι τὸν λαὸν τότε, ὅν, [3] ὡς προεῖπον, [4] κατηράσατο ὁ θεὸς τὴν ἀρχήν, καὶ ἀνεῖλε διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ὡς Ἠσαΐας βοᾷ; Καὶ οὕ- B
τως ἀφρόνως παραδεξόμεθα τὰ τοιαῦτα, ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν φασι, καὶ οὐ σύμβολα; Οὐχὶ δὲ ἀνοίσομεν ἐπὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ τὸ σημεῖον, ἐπεὶ καὶ Μωυσῆς διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν σὺν τῷ ἐπικληθέντι Ἰησοῦ ὀνόματι καὶ νικᾶν τὸν λαὸν ὑμῶν εἰργάζοντο; Οὕτω γὰρ καὶ τοῦ ἀπορεῖν περὶ ὧν ἐποίησεν ὁ νομοθέτης παυσόμεθα. Οὐ γὰρ [5] καταλιπὼν τὸν θεὸν ἐπὶ θηρίον, δι' οὗ ἡ παράβασις καὶ παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἔπειθε τὸν λαὸν ἐλπίζειν. Καὶ ταῦτα μετὰ πολλοῦ νοῦ καὶ μυστηρίου C
γέγονε καὶ ἐῤῥέθη διὰ τοῦ μακαρίου προφήτου· καὶ οὐδέν ἐστιν ὅ τις μέμψασθαι δικαίως ἔχει τῶν λελεγμένων ἢ γεγενημένων ὑπὸ πάντων ἁπλῶς τῶν προφητῶν, [6] ἐὰν τὴν γνῶσιν τὴν ἐν αὐτοῖς ἔχητε. [7] Ἐὰν δὲ ὅσοι διδάσκαλοι ὑμῶν, διὰ τί κάμηλοι μὲν θη-

1. κριθείη· αὐτὸς] Coniectavit Maranus: κριθείη αὐτός· παραγγείλας γὰρ etc.. Melius se haberet (Thirlb.): κριθείη αὐτός, ὃς παραγγείλας etc.. — Pro ἐπὶ τῷ οὐρανῷ frequentius (c. 93. p. 321. D) est ἐν τῷ οὐρανῷ. Cf. Exod. 20, 4.

2. ἐπὶ σημείου τινὸς] Signo alicui serpentem impositum fuisse dicit, non quod crucem fuisse dubitaret, sed habita ratione Iudaeorum, quos certo sciebat negare non posse signo alicui impositum fuisse serpentem; at eos de cruce assentiri non constabat. *Maranus.*

res a Iesu Navae missi, alligari iubentes fenestrae, per quam eos demisit ut hostes laterent, similiter signum sanguinis Christi exhibebat, per quem ex omnibus gentibus qui olim moechi et iniqui erant salvantur, remissionem peccatorum adepti neque iam amplius peccantes.

112. Vos autem, qui haec humiliter interpretamini, multam infirmitatem affingitis deo, si haec ita ieiune intelligatis nec vim investigetis eorum quae dicuntur. Nam hoc pacto etiam Moses violatae legis nomine arguetur; qui quum ipse sanxisset ne qua effigies fieret, neque eorum quae in coelo sunt neque eorum quae in terra aut mari, ipse postea serpentem aeneum fecit, et in eum signo cuidam impositum intueri iussit eos qui morsu petiti fuerant: et salvi fiebant quum in eum intuerentur. Igitur populum tunc servasse existimabitur serpens, quem, ut iam dixi, deus diris initio devovit, et magno sustulit gladio, ut Iesaias clamat? Sicque talia insipienter, ut magistris vestris placet, et non ut signa accipiemus? Neque ad imaginem crucifixi Iesu referemus signum, quum Moses quoque per manus expansas una cum eo qui Iesu nomine cognominatus est etiam victoriam populo vestro confecerit? Hoc quippe modo etiam desinemus dubii esse de iis quae legislator fecit. Non enim deum relinquens populo suasit ut in feram, per quam praevaricatio et inobedientia initium accepit, spem collocaret. Sed haec non sine multa mente ac mysterio a beato propheta facta et dicta sunt; nec quidquam est quod quis iure possit reprehendere in iis quae ab omnibus omnino prophetis dicta aut facta sunt, si notionem iis insitam teneatis. Sin autem quicunque magistri vestri haec tantum:

3. *ὡς προεῖπον*] Cf. c. 91. — Codices ὡς non agnoscunt; vide c. 84. n. 7.

4. *κατηράσατο ... ἀρχήν — ἀνεῖλε ... μαχαίρας*] Genes. 3, 14; Iesai. 27, 1. — Pro *ἀνεῖλε* fortasse legendum est *ἀνελεῖ* transpositis literis, ut apud Iesaiam; aeque in loco parall. exstat *ἀναιρεθήσεσθαι*.

5. *καταλιπὼν*] Thirlbius *καταλιπόντα* coniecit. Sed recepta lectio vera est.

6. *ἐὰν ... ἔχητε*] Cf. c. 90. n. 3.

7. *'Εὰν δὲ ὅσοι διδάσκαλοι ὑμῶν* etc.] Haec moneo: 1°. Pro *ὅσοι* codd. msti et editi vitiose ὡς

λειαι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ οὐ λέγονται, ἢ τί εἰσιν αἱ λεγόμεναι κάμηλοι θήλειαι, ἢ διὰ τί σεμιδάλεως μέτρα τόσα καὶ ἐλαίου μέτρα τόσα ἐν ταῖς προσφοραῖς, μόνα ἐξηγοῦνται ὑμῖν καὶ ταῦτα ταπεινῶς καὶ χαμερπῶς, τὰ δὲ μεγάλα καὶ ἄξια ζητήσεως μηδέποτε τολμῶσι λέγειν μηδὲ ἐξηγεῖσθαι, ἢ καὶ ἡμῶν ἐξηγουμένων παραγ- D
γέλλουσιν ὑμῖν μηδὲ ὅλως ἐπαΐειν μηδὲ εἰς κοινωνίαν λόγων ἐλθεῖν, οὐχὶ δικαίως ἀκούσονται ἅπερ πρὸς αὐτοὺς ἔφη ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστός· [8] Τάφοι κεκονιαμένοι, ἔξωθεν φαινόμενοι ὡραῖοι καὶ ἔσωθεν γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, τὸ ἡδύοσμον ἀποδεκατοῦντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, τυφλοὶ ὁδηγοί; Ἐὰν οὖν μὴ τῶν [9] διδαγμάτων [10] τῶν ἑαυτοὺς ὑψούντων καὶ θελόντων ῥαββὶ ῥαββὶ καλεῖσθαι καταφρονήσητε, καὶ μετὰ τοιαύ- 340
της ἐνστάσεως καὶ νοῦ τοῖς προφητικοῖς λόγοις προσέλθητε, ἵνα τὰ αὐτὰ πάθητε ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἀνθρώπων ἃ καὶ αὐτοὶ οἱ προφῆται ἔπαθον, οὐ δύνασθε ὅλως οὐδὲν ἀπὸ τῶν προφητικῶν ὠφέλιμον λαβεῖν.

113. Ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστιν. Ἰησοῦν, ὡς προέφην πολλάκις, Αὐσῆν καλούμενον, ἐκεῖνον τὸν μετὰ τοῦ Χαλὲβ κατάσκοπον εἰς τὴν Χαναὰν [1] ἐπὶ τὴν γῆν ἀποσταλέντα, Ἰησοῦν Μωυσῆς ἐκάλεσε. Τοῦτο σὺ οὐ ζητεῖς δι' ἣν αἰτίαν ἐποίησεν, οὐκ ἀπορεῖς, οὐδὲ φιλοπευστεῖς· τοιγαροῦν λέληθέ σε ὁ Χριστός, καὶ ἀναγινώσκων οὐ συνίῃς, οὐδὲ νῦν, ἀκούων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χρι- B
στὸς ἡμῶν, συλλογίζῃ οὐκ ἀργῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἐκείνῳ τεθεῖσθαι τοὔνομα. Ἀλλὰ διὰ τί μὲν [2] ἓν ἄλφα πρώτῳ προσετέθη τῷ Ἀβραὰμ ὀνόματι, θεολογεῖς, καὶ διὰ τί ἓν ῥῶ τῷ Σάῤῥας ὀνόματι,

οἱ praebent. Thirlbius οὕτως οἱ coniecit. 2⁰. Ex τῷδε Maranus inepte τῷ δὲ fecit. 3⁰. Male vulgo distinguunt: ... προσφοραῖς μόνα, ἐξηγοῦνται etc.. 4⁰. Maranus consulto post ἐλθεῖν punctum posuit, quod equidem nescio quomodo possit recte defendi. 5⁰. Verba διὰ τί κάμηλοι ... κάμηλοι θήλειαι quod attinet, respicitur (Thirlb.) genus vocis κάμηλος apud Septuaginta, quod, ut etiam apud alios, plerumque femininum est, in uno autem alterove loco masculinum, ut ii loci in priore quaestione intelligantur, in posteriore reliqui. 6⁰. Ad verba μηδὲ εἰς κοινωνίαν λόγων ἐλθεῖν cf. c. 38 (n. 1).

8. Τάφοι ... ὁδηγοί] Matth. 23, 27 et 23. 24. — Post ἀποδεκατοῦντες Lang., Sylburg., Morell. addiderunt καὶ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, quae verba fortasse ab ipso Iustino memoriter referente omissa sunt.

cur cameli feminae in hoc vel illo loco non dicantur, aut quid sint quae dicuntur cameli feminae, aut cur tot similae et tot olei mensurae in oblationibus offerantur — vobis exponunt eaque demisse et humiliter, res vero magnas et investigatione dignas nunquam audent dicere aut exponere, vel etiam nobis exponentibus ne praebeatis aures aut in sermonum communionem veniatis dehortantur: nonne merito audient quae quidem ad eos dixit dominus noster Iesus Christus: *Sepulcra dealbata, quae extrinsecus apparent speciosa et intrinsecus plena sunt ossibus cadaverum: mentam decimantes, camelum autem deglutientes, duces caeci?* Nisi igitur eorum praecepta contemnatis qui se ipsos efferunt ac rabbi rabbi appellari volunt, et ea animi constantia ac mente ad prophetica scripta accedatis, ut eadem a vestris hominibus patiamini quae et ipsi prophetae passi sunt, nullam omnino potestis ex propheticis effatis utilitatem percipere.

113. Quod autem dico huiusmodi est. Iesum, ut iam saepe dixi, quum Auses vocaretur, illum qui cum Chalebo in terram chananaeam explorator missus est, Iesum Moses appellavit. Hoc tu non quaeris quam ob causam fecerit, non ambigis, non studiose percunctaris; scilicet latet te Christus, et legens non intelligis, ac ne nunc quidem, quum audias Iesum esse Christum nostrum, ratiocinando colligis nec frustra nec temere hoc isti nomen impositum esse. Sed cur unum alpha primo Abrahami nomini additum fuerit, religiose inquiris,

9. *διδαγμάτων*] H. Stephan. (in edit. Ep. ad Diogn. p. 89) legit *διδασκάλων* praeter necessitatem. C. 38: *καταφρονοῦντες τῆς παραδόσεως τῶν ὑμετέρων διδασκάλων.*

10. *τῶν . . . καλεῖσθαι*] Coll. Matth. 23, 6. 7.

1. *ἐπὶ τὴν γῆν*] Dictum (Sylburg.) pro *ἐπὶ τὴν τῆς γῆς ἐπίσκεψιν.* Exstat vero historia Numer. 13, 17 sqq.. Cf. c. 75. n. 6.

2. *ἓν ἄλφα*] Videntur Iudaei, dum in eiusmodi rebus totam religionem ponunt ac maxima quaeque negligunt, ut eis exprobrat Iustinus, ethnicorum iocis materiam dedisse. Quale fuit illud cuiusdam impii dicterium, qui teste Philone in Iudaeorum religionem iocabatur, quod deus in beneficii locum unum A nomini Abrahae addidisset et Saram una similiter litera auxisset. Addit Philo hunc hominem impietatis poe-

ὁμοίως κομπολογεῖς· διὰ τί δὲ τὸ πατρόθεν ὄνομα τῷ Αὐσῇ, τῷ υἱῷ Ναυῆ, ὅλον μετωνόμασται τῷ Ἰησοῦ, οὐ ζητεῖς [3] ὁμοίως. Ἐπειδὴ οὐ μόνον μετωνομάσθη [4] αὐτοῦ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ διάδοχος γενόμενος Μωυσέως, μόνος τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ ὄντων εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν τὸν περι- C λειφθέντα λαόν· καὶ [5] ὃν τρόπον ἐκεῖνος εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν τὸν λαόν, οὐχὶ Μωυσῆς, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἐν κλήρῳ διένειμεν αὐτὴν τοῖς εἰσελθοῦσι μετ' αὐτοῦ, οὕτως καὶ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὴν διασπορὰν τοῦ λαοῦ ἐπιστρέψει, καὶ διαμεριεῖ τὴν ἀγαθὴν γῆν ἑκάστῳ, οὐκέτι δὲ κατὰ ταὐτά. Ὁ μὲν γὰρ πρόσκαιρον ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν κληρονομίαν, ἅτε οὐ Χριστὸς [6] ὁ θεὸς ὢν οὐδὲ υἱὸς θεοῦ, ὁ δὲ μετὰ τὴν [7] ἁγίαν ἀνάστασιν αἰώνιον ἡμῖν τὴν κατάσχεσιν δώσει. Τὸν ἥλιον ἔστησεν ἐκεῖνος, μετονομασθεὶς πρότερον τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι καὶ λαβὼν ἀπὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ D [8] ἰσχύν. Ὅτι γὰρ Ἰησοῦς ἦν ὁ Μωυσεῖ καὶ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἄλλοις ἁπλῶς πατριάρχαις φανεὶς καὶ ὁμιλήσας, τῷ τοῦ πατρὸς θελήματι ὑπηρετῶν, ἀπέδειξα· [9] ὅτι καὶ ἄνθρωπος γεννηθῆναι διὰ τῆς παρθένου Μαρίας ἦλθε, καὶ ἔστιν ἀεί, ἐρῶ. Οὗτος γάρ ἐστιν [10] ἀφ' οὗ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ δι' οὗ ὁ πατὴρ

nas cito dedisse et levi de causa vitam laqueo finivisse, de nomin. mutat. p. 1053. Vide Euseb. Praepar. evang. p. 518. *Maranus.* — Coll. Genes. 17, 5. 15. Pro τῷ Ἀβρ. ὀνόματι Thirlbius coniecit τοῦ Ἀβρ. ὀνόματι. Sed parum refert, ut ipse concedit.

3. ὁμοίως. Ἐπειδὴ etc.] Sic Maranus. Caeteri Ὁμοίως ἐπειδὴ —. Mallet ille Ἐπεὶ δὲ (*Sed quia*) pro Ἐπειδή. Non muto.

4. αὐτοῦ] Nescio quomodo magis placet αὐτῷ. Sed nihil muto. *Thirlbius.*

5. ὃν τρόπον ἐκεῖνος etc.] Similiter Tertullianus adv. Marc. III. c. 16: „Quia Iesus Christus secundum populum, quod sumus nos nati in seculi desertis, introducturus erat in terram promissionis melle et lacte manantem, id est vitae aeternae possessionem, qua nihil dulcius, idque non per Moysen, id est non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est per evangelii gratiam, provenire habebat, circumcisis nobis petrina acie, id et Christi (praeceptis), petra enim Christus: ideo is vir, qui in huius sacramenti imagines parabatur, etiam nominis dominici inauguratus est figura, Iesus cognominatus.“ Adde locum parall. in libro adv. Iud. c. 9. — Mox pro κατὰ ταῦτα (codd. msti et editi) scripsi κατὰ ταὐτά. Cf. c. 93. n. 10.

6. ὁ θεός] Fortasse θεὸς sine articulo. Vide c. 56. n. 16.*

7. ἁγίαν] Putavit Thirlbius legendum ἁγίων. Duas admittit Iusti-

* S. Clarke conjectures οὐκ for οὐ χριστός. Works, IV. 573.

et cur unum rho Sarae nomini, similiter magno apparatu disputas: cur vero patrium nomen Ausae, filio Navae, totum Iesu cognomine permutatum fuerit, non similiter quaeris. Postquam non modo eius nomen immutatum est, sed etiam Mosis successor factus, solus aequalium ex Aegypto egressorum superstitem populum in sanctam terram introduxit; et quemadmodum iste populum in sanctam terram introduxit, non vero Moses, eamque iis qui secum ingressi erant sorte distribuit: sic et Iesus Christus dispersionem populi convertet, ac bonam terram cuique dividet, non tamen eodem modo. Ille enim temporariam dedit illis haereditatem, utpote qui nec Christus deus esset nec filius dei, hic autem post sanctam resurrectionem aeternam nobis possessionem dabit. Solem ille fecit stare, quum prius Iesu nomine cognominatus fuisset atque ab eius spiritu vim accepisset. Iesum enim illum fuisse qui Mosi et Abrahamo et caeteris omnibus patriarchis visus est et cum iis collocutus, quum patris voluntati ministraret, demonstravi; eum etiam venisse ut homo nasceretur per virginem Mariam, et semper esse, dico. Hic enim ille est inde a quo pater et

nus resurrectiones, quarum priorem vocat ἁγίαν, posteriorem vero αἰωνίαν: illa est fidelium et iustorum, haec omnium caeterorum hominum; inter utramque autem collocatum est tempus regni mille annorum. Vide c. 81 (n. 15).

8. ἰσχύν] Sylburgio et Thirlbio altera comparationis pars deesse videtur. Ille igitur censet addendum: τούτου δὲ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὑπὲρ ἡμῶν πάσχοντος ὁ ἥλιος ἐξέλειψε (ut Matth. 27 et Luc. 23) — hic vero: οὗτός ἐστιν ὁ ἐν Ἱερουσαλὴμ αἰώνιον φῶς λάμπειν μέλλων (ut paulo infra), aut etiam simul cum antecedente periodo: οὗτος γάρ ἐστιν ἀφ᾽ οὗ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ δι᾽ οὗ ὁ πατὴρ μέλλει καινουργεῖν. „Sed“, ait recte Maranus, „non viderunt ipsam comparationem in eo institui, quod alter solem stare fecerit, alter ei potestatem tanti miraculi dederit. Pergit in eamdem comparationem Iustinus, cum ait coelum et terram per Christum renovatum iri. His enim verbis indicat, quanto praestantior sit filio Navae, qui potestatem a Christo acceptam in solem exercuit.“

9. ὅτι] Codd. msti et editi ὃς habent. Illud minima mutatione reposui propter ἐρῶ in fine commatii. Thirlbius maluit ὃς . . . καὶ ἔστιν ἀεὶ ἐν οὐρανῷ. Sed mox Hierosolymis Christum Iustinus ait regnaturum. Alii fortasse legent ὃς . . . καὶ ὅτι ἔστιν ἀεί, ἐρῶ. — Pro ἦλθε Sylburgius ἤθελε admisit sine ratione.

10. ἀφ᾽ οὗ etc.] Gelenius:

μέλλει καινουργεῖν, [11] οὗτός ἐστιν ὁ ἐν Ἱερουσαλὴμ αἰώνιον φῶς λάμπειν μέλλων, οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ βασι- 341 λεὺς Σαλὴμ καὶ αἰώνιος ἱερεὺς ὑψίστου ὑπάρχων. [12] Ἐκεῖνος λέγεται δευτέραν περιτομὴν μαχαίραις πετρίναις τὸν λαὸν περιτετμηκέναι (ὅπερ κήρυγμα ἦν τῆς περιτομῆς ταύτης ἧς περιέτεμεν ἡμᾶς αὐτὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ τῶν λίθων καὶ τῶν ἄλλων εἰδώλων), καὶ θημωνιὰς [13] ποιήσας τῶν ἀπὸ ἀκροβυστίας, τουτέστιν ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ κόσμου, ἐν παντὶ τόπῳ περιτμηθέντων πετρίναις μαχαίραις, τοῖς Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν λόγοις. Ὅτι γὰρ λίθος καὶ πέτρα ἐν παραβολαῖς ὁ Χριστὸς διὰ τῶν προφητῶν ἐκηρύσσετο, [14] ἀποδέδεικταί μοι. Καὶ τὰς μαχαίρας οὖν τὰς πετρίνας B τοὺς λόγους αὐτοῦ ἀκουσόμεθα, δι' ὧν ἀπὸ τῆς ἀκροβυστίας οἱ πλανώμενοι τοσοῦτοι καρδίας περιτομὴν περιετμήθησαν, ἣν περιτμηθῆναι καὶ τοὺς ἔχοντας τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρχὴν λαβοῦσαν περιτομὴν ὁ θεὸς διὰ τοῦ Ἰησοῦ [15] προὔτρεπεν ἔκτοτε, καὶ τοὺς εἰσελθόντας εἰς τὴν γῆν ἐκείνην τὴν ἁγίαν δευτέραν περιτομὴν πετρίναις μαχαίραις εἰπὼν τὸν Ἰησοῦν περιτετμηκέναι αὐτούς.

114. Ἔσθ' ὅτε γὰρ τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ [1] ἐναργῶς πράττε- 3?? σθαί τι, ὃ τύπος τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι ἦν, ἐποίει, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ λόγους ἐφθέγξατο περὶ τῶν ἀποβαίνειν μελλόντων, φθεγγό- C μενον αὐτοὺς ὡς τότε γινομένων ἢ καὶ γεγενημένων· ἣν τέχνην ἐὰν μὴ εἰδῶσιν οἱ ἐντυγχάνοντες, οὐδὲ παρακολουθῆσαι τοῖς τῶν

per quem coelum terramque pater condidit, per eumdem instauraturus. Perionius et Langus reddunt: *a quo.* Thirlbius triplici ratione emendat: ἀφ' οὗ καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ — vel ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν — vel ἀφ' οὗ φεύξεται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ (Apocal. 20, 11). Tales emendationes nemini puto probatum iri. Maranus ἀφ' οὗ interpretatur *post quem.* Est vero *(inde) a quo*, vern. *seit* sive *nach welchem.* Cf. c. 88. n. 9. Sensus: Semper est Christus; a Christo enim inde ab eius incarnatione mundus renovatur: frustra igitur alius a Iudaeis exspectatur Christus.

11. οὗτός ... μέλλων] Coll. Iesai. 60, 1. 19. 20.

12. Ἐκεῖνος] Scil. Iosua (Ἰησοῦς): Ios. 5, 2. 3. Quorum enim praeputia Iosua circumcidit, hi exstitisse dicuntur τύπος eorum quos Christus ab errore circumcidit. Ad hunc Iustini locum videtur Tertullianus ll. cc. (n. 5) respexisse. Cf. c. 24.

13. ποιήσας] Debebat esse ποιῆσαι. Sed illud ferri potest; cf. c. 110. n. 10.

coelum et terram ac per quem renovaturus est, hic ille est qui Hierosolymis aeternum lumen fulgebit, hic ille est qui secundum ordinem Melchisedeci rex Salemi et aeternus altissimi sacerdos exsistit. Ille dicitur secunda circumcisione populum cultris lapideis circumcidisse (quod quidem praedicatio fuit circumcisionis huius qua nos ipse Iesus Christus a lapidibus et aliis simulacris circumcidit), et acervos eorum cumulasse qui a praeputio, id est ab errore mundi, in omni loco circumcisi sunt lapideis cultris, Iesu domini nostri verbis. Lapidem enim et petram in similitudinibus Christum per prophetas vocari est a me demonstratum. Cultros igitur lapideos verba eius intelligemus, per quae a praeputio tam multi in errore versantes cordis circumcisione circumcisi sunt: qua quidem ut ii etiam circumciderentur qui circumcisionem ab Abrahamo initium ducentem habebant deus per Iesum iam tum hortabatur, quippe quum etiam eos qui in terram illam sanctam ingrediebantur dicat secundam circumcisionem lapideis cultris a Iesu accepisse.

114. Interdum enim spiritus sanctus efficiebat ut etiam aperte aliquid fieret, quod quidem imago esset futuri, interdum vero sermones quoque pronuntiavit de rebus futuris, ita eos pronuntians quasi res iam tum fierent vel etiam factae fuissent: quam artem nisi legentes perspiciant, prophetica verba, ut par

14. *ἀποδέδεικται*] Cf. cc. 34. 70. 76. 86. 100.

15. *προὔτρεπεν ἔκτοτε, καὶ etc.*] Codd. msti et editi: *προὔτρεπεν ἔκτοτε, καὶ . . . εἶπον τὸν Ἰησοῦν περ. αὐτούς*. Thirlbius verba sic constituenda censet: *προὔτρεπεν ἔκτοτε διὰ τοῦ τοὺς ... εἰπεῖν τὸν Ἰησοῦν* (vel *τῷ Ἰησοῦ*, cui tamen obstat *διὰ τοῦ Ἰησοῦ* paulo ante) *περιτετμηκέναι*, aut *περιτ. αὐτούς*, „nam similem pleonasmum et apud alios et alibi apud Iustinum invenire est“ — vel sic: *προὔτρεπεν ἐκ τοῦ καὶ τοὺς ... εἰπεῖν* etc. — vel sic minima mutatione: *προὔτρεπεν ἔκτοτε, καὶ τοὺς . . . εἰκὼν* etc. Et ultima haec emendatio digna est quae recipiatur; eamdemque probavit Maranus: „haec enim referuntur ad deum, qui, docendo in scripturis Israelitas a Iesu secundam circumcisionem accepisse, hortatur ad veram circumcisionem.“ Vide c. 61. n. 7. Similiter *λέγων* et *λέγον* confunduntur: Cohort. ad Gent. c. 36. p. 33. C.

1. *ἐναργῶς*] Clar. *ἐνεργῶς*. Sic etiam Reg. in margine.

προφητῶν λόγοις, ὡς δεῖ, δυνήσονται. Παραδείγματος δὲ χάριν λόγους τινὰς προφητικοὺς εἴποιμ' ἄν, ὅπως παρακολουθήσητε τῷ λεγομένῳ. Ὅταν λέγῃ διὰ Ἡσαΐου· [2] *Αὐτὸς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ* [3] *κείροντος, ὡς ἤδη τοῦ πάθους γενομένου λέγει. Καὶ ὅταν πάλιν λέγῃ·* [4] *Ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, καὶ* D
ὅταν λέγῃ· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; [5] *ὡς ἤδη γεγενημένων πραγμάτων ἐξαγγελίαν οἱ λόγοι σημαίνοντες λελεγμένοι εἰσί. Καὶ γὰρ ἐν παραβολῇ λίθον πολλαχοῦ καλεῖν* [6] *ἀπέδειξα τὸν Χριστὸν καὶ ἐν τροπολογίᾳ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ·* [7] *Ὄψομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, ἐὰν μὴ* 31
ἀκούω [8] *τοῦ λόγου αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν, οὐ συνετῶς ἀκούσομαι, ὥσπερ ὑμῶν οἱ διδάσκαλοι ἀξιοῦσιν, οἰόμενοι χεῖρας καὶ πόδας καὶ δακτύλους καὶ ψυχὴν ἔχειν* [9] *ὡς σύνθετον ζῶον τὸν πατέρα* 342
τῶν ὅλων καὶ ἀγέννητον θεόν, οἵτινες καὶ διὰ τοῦτο ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακὼβ αὐτὸν τὸν πατέρα διδάσκουσι. Μακάριοι οὖν ἡμεῖς οἱ περιτμηθέντες πετρίναις μαχαίραις τὴν δευτέραν περιτομήν. Ὑμῶν μὲν γὰρ ἡ πρώτη διὰ σιδήρου γέγονε καὶ γίνεται· σκληροκάρδιοι γὰρ μένετε· ἡμῶν δὲ ἡ περιτομή, ἥτις δευτέρα ἀριθμῷ, μετὰ τὴν ὑμετέραν φανερωθεῖσα, διὰ λίθων ἀκροτόμων, τουτέστι διὰ τῶν λόγων τῶν διὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου [10] *καὶ τοῦ ἄνευ χειρῶν τμηθέντος, περιτέμνει ἡμᾶς ἀπό τε εἰδωλολατρείας καὶ πάσης ἁπλῶς κακίας· ὧν αἱ καρδίαι οὕ-* B
τως περιτετμημέναι εἰσὶν ἀπὸ τῆς πονηρίας, [11] *ὡς καὶ χαίρειν*

2. *Αὐτὸς ... κείροντος*] Iesai. 53, 7.

3. *κείροντος*] Codd. msti et editi *κείραντος*. Illud ex levi mutatione reposui, quum praesertim et supra c. 13 et Apol. I. c. 50 inveniatur. Sylburgius eumque secuti Morellus et Iebbius *ἄφωνος* addunt. Maranus a librariis fortasse omissum censet *οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα*. — Mox idem pro *γενομένου* legi vult *γινομένου*: *perageretur*.

4. *Ἐγὼ ... ἀντιλέγοντα — Κύριε ... ἡμῶν*] Iesai. 65, 2; 53, 1.

5. *ὡς*] In codd. mstis et editis deest haec vocula, quae refingenda erat, ut nemo non videt.

6. *ἀπέδειξα*] Cf. c. 113. n. 14. Adde cc. 36 et 100.

7. *Ὄψομαι ... σου*] Psalm. 8, 3.

8. *τοῦ λόγου αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν*] Codd. msti et editi *τῶν λόγων αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν*. Maranus legi iussit *τὸν λόγον* (lo-

est, neutiquam assequi poterunt. Exempli gratia verba quaedam prophetica proferam, ut quod dico assequamini. Quum dicit per Iesaiam: *Ipse sicut ovis ad necem ductus est, est sicut agnus coram tondente*, ita dicit quasi passio iam peracta esset. Et quum rursus dicit: *Ego expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem*, et quum ait: *Domine, quis credidit praedicationi nostrae?* ita verba dicta sunt quasi rerum iam factarum adnuntiationem significarent. Nam etiam in similitudine saepe Christum ab eo lapidem vocari demonstravi atque per tropologiam Iacobum et Israelem. Ac rursus quum dicit: *Videbo coelos, opera digitorum tuorum*, nisi intelligam logi eius operationem, insipienter intelligam, quemadmodum magistris vestris placet, qui manus et pedes et digitos et animam habere instar animalis compositi existimant patrem universorum et ingenitum deum, et idcirco visum esse Abrahamo et Iacobo ipsum patrem docent. Praeclare ergo in nobis agitur qui lapideis cultris circumcisi sumus secunda circumcisione. Vestra enim prima per ferrum facta est et fit: nempe duro corde permanetis; nostra autem circumcisio, quae secunda numero est, post vestram instituta, per lapides acutos, hoc est per sermones apostolorum summi illius angularis lapidis et sine manibus abscissi, circumcidit nos et a cultu simulacrorum et ab omni prorsus vitiositate: quorum corda sic circumcisa sunt pravitate, ut vel laeti mortem oppetamus

gon) αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν. Equidem censui refingendum τοῦ λόγου *(logi)* αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν. Terminationes ων et ου plerumque per compendia exaratae in codicibus saepe commutantur: c. 106. n. 10. Ἐργασία autem (i. q. τὸ ἐργάζεσθαι) active capiendum: *d. Würken.* Per logon deus omnia operatus est. Cf. c. 61. n. 1, Apol. I. c. 64, Apol. II. c. 6. — Cohort. ad Gent. c. 15: ... λόγον, δι' οὗ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις. Epist. ad Diogn. c. 7.

9. ὡς σ. ζῶον] Cf. c. 3. n. 20. — Eumdem errorem Origenes, Eusebius, Cyrillus Iudaeis tribuerunt; adi librum meum De Epistola ad Diogn. p. 26.

10. καὶ τοῦ] Alii fortasse legent pro καὶ τοῦ inverso ordine τοῦ καί. Nos nihil quicquam mutandum iudícamus. *Thirlbius.*

11. ὡς καὶ ... ὕδωρ πιεῖν] Coll. Ioann. 4, 14.

ἀποθνήσκοντας διὰ τὸ ὄνομα τὸ τῆς καλῆς πέτρας, καὶ ζῶν ὕδωρ ταῖς καρδίαις τῶν δι' αὐτοῦ ἀγαπησάντων τὸν πατέρα τῶν ὅλων βρυούσης, καὶ ποτιζούσης τοὺς βουλομένους τὸ τῆς ζωῆς ὕδωρ πιεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ νοεῖτε λέγοντος· ἃ γὰρ ποιῆσαι τὸν Χριστὸν πεπροφήτευται οὐ νενοήκατε, οὐδὲ ἡμῖν προσάγουσιν ὑμᾶς τοῖς γεγραμμένοις πιστεύετε. Ἱερεμίας μὲν γὰρ οὕτω βοᾷ· 311
[12] Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι ἐγκατελίπετε πηγὴν ζῶσαν καὶ ὠρύξατε ἑαυτοῖς C
λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συνέχειν ὕδωρ. [13] Μὴ ἔρημον ᾖ, οὗ ἐστι τὸ ὄρος Σιών, ὅτι Ἱερουσαλὴμ βιβλίον ἀποστασίου ἔδωκα ἔμπροσθεν ὑμῶν;

115. *Ἀλλὰ Ζαχαρίᾳ, ἐν παραβολῇ δεικνύντι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀποκεκρυμμένως κηρύσσοντι, πιστεῦσαι [1] ὀφείλετε. Ἔστι δὲ τὰ λεγόμενα ταῦτα· [2] Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος. Καὶ προστεθήσονται ἔθνη πολλὰ πρὸς κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν· καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, καὶ γνώσονται ὅτι κύριος τῶν δυνάμεων ἀπέσταλκέ με πρὸς σέ. Καὶ* D
κατακληρονομήσει κύριος τὸν Ἰούδαν καὶ τὴν μερίδα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, καὶ ἐκλέξεται [3] ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. Εὐλαβείσθω πᾶσα σὰρξ ἀπὸ προσώπου κυρίου, ὅτι ἐξεγήγερται ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτοῦ. Καὶ ἔδειξέ μοι Ἰησοῦν, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, ἑστῶτα 31
πρὸ προσώπου [4] ἀγγέλου κυρίου· καὶ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοί, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. Οὐχὶ ἰδοὺ τοῦτο δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός;

Μέλλοντί τε τῷ Τρύφωνι ἀποκρίνεσθαι καὶ ἀντιλέγειν μοι ἔφην· Πρῶτον ἀνάμεινον καὶ ἄκουσον ἃ λέγω. Οὐ γὰρ ἣν ὑπο- 313
λαμβάνεις ἐξήγησιν ποιεῖσθαι μέλλω, ὡς μὴ γεγενημένου ἱερέως τινὸς Ἰησοῦ ὀνόματι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γῇ, ὅπου αἰχμάλωτος ὁ λαὸς ὑμῶν. Ὅπερ εἰ καὶ ἐποίουν, [5] ἀπέδειξα ὅτι ἦν μὲν Ἰησοῦς

12. *Οὐαὶ ... ὕδωρ*] Ierem. 2, 12. 13.

13. *Μὴ ... Σιών — ὅτι ... ὑμῶν*] Iesai. 16, 1; Ierem. 3, 8.

1. *ὀφείλετε*] Potest etiam *ὠφείλετε* legi, tempore praeterito. *Sylburgius*. — Potest scriptura vulgaris retineri ideoque debet. Cf. c. 67. p. 291. B.

2. *Χαῖρε ... πυρός*] Zachar. 2, 10 — 3, 2.

3. *ἐπὶ*] Perionius vult *ἔτι*. Sed

propter nomen praeclarae petrae, quae et in corda eorum qui per ipsum universorum patrem diligunt vivam aquam emittit, et eos potat qui volunt vitae aquam bibere. Sed haec dicente me non intelligitis; quae enim facturum esse Christum prophetae praedixerunt non intelligitis, neque nobis ad scripturas vos adducentibus creditis. Ieremias enim sic clamat: *Vae vobis, quia dereliquistis fontem vivum et fodistis vobis ipsis cisternas contritas, quae non poterunt continere aquam. Num solitudo erit, ubi est mons Sionis, quia Hierosolymis libellum repudii dedi in conspectu vestro?*

115. Sed Zachariae, Christi mysterium in similitudine ostendenti et arcane praedicanti, credere debetis. Sunt autem haec illius verba: *Gaude et laetare, filia Sionis: quoniam ecce ego venio et habitabo in medio tui, dicit dominus. Et applicabuntur gentes multae ad dominum die illo, et erunt mihi in populum; et habitabo in medio tui, et cognoscent dominum virtutum misisse me ad te. Et possidebit dominus Iudam et partem suam in terra sancta, et eliget Hierosolyma. Timeat omnis caro a facie domini, quoniam surrexit de nubibus sanctis suis. Et ostendit mihi Iesum, sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli domini; et diabolus stabat a dextris eius, ut adversaretur ei. Et dixit dominus ad diabolum: Increpet dominus in te, qui elegit Hierosolyma. Nonne ecce hoc torris est erectus ex igne?*

Atque quum Trypho respondere ac mihi contradicere pararet, dixi: primum exspecta et audi quae dico. Non enim quam suspicaris expositionem allaturus sum, ut nullum sacerdotem Iesu nomine in Babylonia terra, ubi populus vester captivus erat, exstitisse dicam. Quod quidem etsi facerem, de-

illud est etiam in aliquo *τῶν ο'* cod. msto (ap. Holm.-Pars.).

4. *ἀγγέλου κυρίου*] In utroque cod. msto et editis vox *κυρίου* non comparet. Sed agnoscitur a Bibliis et infra (*τὸν τοῦ κυρίου ἄγγελον*) ab ipso Iustino. Cur omissa sit, facile est intellectu.

5. *ἀπέδειξα* etc.] In codicibus punctum post *ὑμῶν* habetur. Locus difficillimus est. Langus legit *ἀπέδειξας*: *demonstrares tu tamen* etc..

ἱερεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν· τοῦτον δὲ αὐτὸν οὐκ ἐν τῇ ἀποκαλύψει αὐτοῦ ἑωράκει ὁ προφήτης, ὥσπερ οὐδὲ τὸν διάβολον καὶ τὸν τοῦ κυρίου ἄγγελον οὐκ αὐτοψίᾳ, ἐν καταστάσει ὤν, ἑωράκει, ἀλλ' ἐν ἐκστάσει, ἀποκαλύψεως αὐτῷ γεγενημένης. Νῦν δὲ λέγω ὅτι, ὅνπερ τρόπον διὰ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος [6] τῷ Ναυῆ υἱῷ καὶ δυνάμεις καὶ πράξεις τινὰς προκηρυσσούσας τὰ ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου κυ- B
ρίου μέλλοντα γίνεσθαι πεποιηκέναι ἔφη, οὕτω καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι Ἰησοῦ ἱερέως γενομένου ἐν τῷ λαῷ ὑμῶν ἀποκάλυψιν ἔρχομαι νῦν ἀποδεῖξαι [7] προκήρυξιν εἶναι τῶν ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου ἱερέως καὶ θεοῦ καὶ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων, γίνεσθαι μελλόντων. Ἤδη μέντοι ἐθαύμαζον, ἔφην, διὰ τί καὶ πρὸ μικροῦ ἡσυχίαν ἠγάγετε ἐμοῦ λέγοντος, ἢ πῶς οὐκ ἐπελάβεσθέ μου [8] εἰπόντος ὅτι ὁ τοῦ Ναυῆ υἱὸς τῶν ἐξελθόντων ἀπ' Αἰγύπτου ὁμηλίκων μόνος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν καὶ οἱ γεγραμ- C
μένοι ἀφήλικες τῆς γενεᾶς ἐκείνης. Ὥσπερ γὰρ αἱ μυῖαι ἐπὶ τὰ ἕλκη προστρέχετε καὶ ἐφίπτασθε. Κἂν γὰρ μυρία τις [9] εἴπῃ καλῶς, ἓν δὲ μικρὸν ὁτιοῦν εἴη μὴ εὐάρεστον ὑμῖν ἢ μὴ νοούμενον ἢ μὴ πρὸς τὸ ἀκριβές, τῶν μὲν πολλῶν καλῶν οὐ πεφροντίκατε, τοῦ δὲ μικροῦ ῥηματίου ἐπιλαμβάνεσθε καὶ κατασκευάζειν αὐτὸ ὡς ἀσέβημα καὶ ἀδίκημα σπουδάζετε, ἵνα [10] τῇ αὐτῇ ὁμοίᾳ κρίσει ὑπὸ τοῦ θεοῦ κρινόμενοι πολὺ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν μεγάλων τολμημάτων, εἴτε κακῶν πράξεων εἴτε φαύλων ἐξηγήσεων, ἃς παραποιοῦντες D
ἐξηγεῖσθε, λόγον [11] δώσετε. [12] Ὃ γὰρ κρίμα κρίνετε, δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς κριθῆναι.

Maranus coniecit: ἀπέδ. ὅτι, ἣν (pro ἦν) μὲν ... ὑμῶν (scil. ἦν), τοῦτον δὲ etc.: *demonstrarem futurum non fuisse, si Iesus sacerdos in vestro genere fuisset, ut eum propheta in sua revelatione videret*. Fortasse eodem sensu melius se haberet: ἀπέδ. ὅτι, εἰ ἦν μὲν ... ὑμῶν, τοῦτον δὲ etc.. Maranus: „Negare non vult Iustinus sacerdotem Iesum exstitisse in terra Babylonis, sed tamen declarat probabilem materiam sibi non defuturam, si litigare velit: quia propheta, quemadmodum nec diabolum nec angelum oculis suis vidit sed oblata revelatione, sic summum sacerdotem, si vivus is exstitisset, non in revelatione sed coram cernere debuisset. — Iustinus fatetur hic agi de filio Iosedech: at ea quae ad Christum spectant significari contendit.“

6. τῷ Ναυῆ υἱῷ] Aut legendum τὸν Ναυῆ υἱόν, aut πεποιῆσθαι pro πεποιηκέναι. Fortasse ipse Iustinus erravit. — Mox vero pro

monstrarem Iesum sacerdotem fuisse in genere vestro; hunc autem ipsum propheta in revelatione sua non vidit, quemadmodum neque diabolum neque angelum domini ipsis oculis, intra se constitutus, vidit, sed in ecstasi, revelatione ipsi facta. Nunc autem dico: quemadmodum effatum a filio Navae et virtutes et actiones quasdam, quae res a domino nostro gerendas praenuntiabant, per nomen Iesu editas esse dixit: ita etiam hanc sub illo Iesu, qui sacerdos Babylone in populo vestro fuit, revelationem nunc aggredior demonstrare praedicationem esse eorum quae noster sacerdos et deus et Christus, patris universorum filius, facturus erat. Iam autem miratus sum, inquam, cur paulo ante quieveritis me dicente, aut non reprehenderitis quum dicerem filium Navae ex aequalibus ab Aegypto profectis solum in sanctam terram ingressum esse cum iis qui hac aetate natu minores censi erant. Nam instar muscarum ad ulcera accurritis et advolatis. Si quis enim innumera praeclare dicat, unum autem quamlibet pusillum vobis non placeat aut a vobis non intelligatur aut minus accuratum sit: de multis praeclare dictis parum laboratis, pusillum autem verbulum arripitis idque in impietatis ac sceleris loco statuere conamini, ut persimili iudicio a deo iudicati multo magis magnorum facinorum, sive malarum actionum sive pravarum interpretationum, quas corrumpendo adhibetis, rationem reddatis. Quo enim iudicio iudicatis, eodem vos aequum est iudicari.

ἔφη (scil. ὁ λόγος: c. 87. n. 2) legendum videtur ἔφην.

7. προκήρυξιν] Codd. msti et editi ἀποκήρυξιν, culpa librariorum (Sylburg.), „vitio e vicinia tracto: quod descriptoribus non est infrequens.“

8. εἰπόντος ὅτι etc.] Cf. c. 113.

9. εἴπῃ ... εἴη] Variatio modi. Cf. c. 28. n. 11.

10. τῇ αὐτῇ ὁμοίᾳ] Sylburg. inter τῇ αὐτῇ et ὁμοίᾳ desiderat καὶ coniunctionem. Fortasse ᾗ excidit ob similitudinem ultimae praecedentis vocis literae.

11. δώσετε] Sic ex Clar. edidi pro vulg. δώσητε, quod quidem usitatum non est. De mon. c. 6: ἵνα μὴ ... τῷ κριτῇ τὰς εὐθύνας παρέξομεν.

12. Ὃ ... κριθῆναι] Coll. Matth. 7, 2.

116. Ἀλλ' ἵνα τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς ἀποκαλύψεως [1] Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου ἀποδιδῶ ὑμῖν, ἀναλαμβάνω τὸν λόγον καί φημι κἀκείνην τὴν ἀποκάλυψιν εἰς ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀρχιερέα τοῦτον τὸν σταυρωθέντα πιστεύοντας γεγενῆσθαι· οἵτινες, ἐν πορνείαις καὶ ἁπλῶς πάσῃ ῥυπαρᾷ πράξει ὑπάρχοντες, διὰ τῆς παρὰ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ χάριτος [2] τὰ ῥυπαρὰ πάντα, ἃ ἠμφιέσμεθα, κακὰ ἀπεδυσάμεθα, οἷς ὁ διά- 344
βολος ἐφέστηκεν ἀεὶ ἀντικείμενος καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκειν πάντας βουλόμενος, καὶ [3] ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ πεμφθεῖσα ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπιτιμᾷ αὐτῷ καὶ [4] ἀφίσταται ἀφ' ἡμῶν. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς ἐξεσπασμένοι ἐσμέν, ἀπὸ μὲν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν προτέρων [5] καθαρισθέντες, ἀπὸ δὲ τῆς θλίψεως καὶ τῆς πυρώσεως, ἣν πυροῦσιν ἡμᾶς ὅ τε διάβολος καὶ οἱ αὐτοῦ ὑπηρέται πάντες, [6] ἐξ ὧν καὶ πάλιν ἀποσπᾷ ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· [7] ἐνδῦσαι ἡμᾶς τὰ ἡτοιμασμένα ἐνδύματα, ἐὰν B
πράξωμεν αὐτοῦ τὰς ἐντολάς, ὑπέσχετο, καὶ αἰώνιον βασιλείαν προνοῆσαι ἐπήγγελται. Ὃν γὰρ τρόπον Ἰησοῦς ἐκεῖνος, ὁ λεγόμενος ὑπὸ τοῦ προφήτου ἱερεύς, ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐφάνη φορῶν [8] διὰ τὸ γυναῖκα πόρνην λελέχθαι εἰληφέναι αὐτόν, καὶ δαλὸς ἐξε-

1. Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου] Thirlbius: „Caecus est qui non videt haec corrupta esse." Legendum monet Ζαχαρίου (c. 115. p. 343. A), vel Ἰησοῦ καὶ τοῦ ἀγγέλου, vel καὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ κυρίου, vel — id quod praefert — Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου (Zach. 3, 1. 8. 6, 11). Fatetur Maranus sibi corruptelam istam non apparere. Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χρ. τ. ἁγ. vocatur id quod supra c. 115 init. μυστήριον τοῦ Χρ. arcane a Zacharia adnuntiatum dicitur.

2. τὰ ῥυπαρὰ... ἀπεδυσ.] Coll. Zachar. 3, 3. 4.

3. ὁ ἄγγελος... Ἰησοῦ Χρ.] Vide Apol. I. c. 6. n. 3. Semischius, id quod pluribus defendere studuit, haec (*Justin d. Märtyr.* P. II. p. 323) ait: „Es kann unter der δύναμις τοῦ θεοῦ nicht der heilige Geist, sondern nur Iesus selbst oder vielmehr die geistig sittliche Gotteskraft, welche die Christen zur Ueberwindung des Bösen durch die Vermittlung Iesu Christi von Gott empfangen, verstanden werden." Neander vero (*Allg. Geschichte der chr. Religion u. Kirche*, Sect. I. Tom. 2. ed. 2. p. 1049 sq.) contra dicit: „Auf keinen Fall kann ich Semisch einräumen, dass Justinus unter dem Engel Gottes, der durch Christus zur Hülfe uns gesandten Macht, etwas Andres als den heiligen Geist verstanden haben könnte. Die Beziehung der Stelle auf Sachar. 3 thut hier gar nichts zur Sache, beweist aber eher für, als gegen die

116. Sed ut rationem de revelatione Iesu Christi sancti vobis reddam, repeto sermonem ac dico eam quoque revelationem in nos factam esse qui in Christum summum sacerdotem hunc crucifixum credimus: qui quidem, quum in stupris et omni prorsus sordida actione versaremur, per gratiam a nostro Iesu secundum voluntatem patris ipsius concessam sordida omnia, quibus induti eramus, mala exuimus: quibus diabolus instat semper adversans et omnes ad se trahere volens, sed angelus dei, id est virtus dei nobis per Iesum Christum missa, increpat eum et a nobis discedit. Et tamquam ex igne extracti sumus, quum a peccatis prioribus liberati, tum a tribulatione et incendio, quod nobis diabolus eiusque ministri omnes parant, ex quibus nos etiam rursus extrahit Iesus dei filius: se praeparatis vestibus nos induturum, si mandata eius observaverimus, pollicitus est, et aeternum regnum se provisurum promisit. Quemadmodum enim Iesus ille, qui sacerdos a propheta dicitur, sordida ferens indumenta visus est quia dictum est fornicariam eum uxorem accepisse, atque

Nothwendigkeit dieser Auslegung." Idem censet Baumgarten-Crusius *Comp. der christl. Dogmengesch.* Tom. II, ed. Hase, p. 182. Cf. Kahnis *Die Lehre vom heil. Geiste*, P. I (Hal. 1847) p. 242 sq..

4. ἀφίσταται] Sylburgius pro activo ἀφίστησι positum dicit. Illud verbum in medio intransitive (= *abire, discedere*) usurpatur, sequente ἀπό. Cf. Bretschneideri Lexic. in libros N. T. (ed. 3) p. 63.

5. καθαρισθέντες] Hoc participium (= *purgati, liberati*) etiam cum sequenti commate subaudias, nisi pro πάντες legere malis ἀπαλλαγέντες.

6. ἐξ ὧν etc.] Codd. msti et editi ἐξ ὧν ... θεοῦ, ἐνδύσαι. Itaque Sylburgius pro ἀποσκᾷ legi voluit ἀποσκάσας seu ἀποσκῶν, Maranus ἀποσκῶν ... καὶ ἐνδύσαι seu ἀποσκᾷ ... ὃς ἐνδύσαι. Iusta interpunctione locum sanavi.

7. ἐνδύσαι ... ἐπήγγελται] Coll. Zachar. 3, 4—7. 6, 11 sqq.. — Matth. 25, 34.

8. διὰ τὸ ... εἰληφέναι αὐτόν] Hieronymus in loc.: „Quod autem sequitur: *Iesus erat indutus vestibus sordidis*, tripliciter interpretantur (sc. Iudaei): vel ob coniugium illicitum, vel ob peccata populi, vel propter squalorem captivitatis." Ego hoc neque in Esdra neque in Malachia neque usquam in tota scriptura dici puto. Dicitur quidem de quibusdam ex filiis eius 1 Esdr. 10, 18, unde fortasse natum id commentum est. Quod Iustinus dicit unde ortum sit, nequeo coniicere, nisi hunc Iesum cum Osea propheta, eius pene

σπασμένος ἐκ πυρὸς ἐκλήθη [9] *διὰ τὸ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰληφέναι, ἐπιτιμηθέντος καὶ τοῦ ἀντικειμένου αὐτῷ διαβόλου, οὕτως ἡμεῖς, οἱ διὰ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος ὡς εἷς ἄνθρωπος* [10] *πιστεύσαντες εἰς τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων θεόν, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ πρωτοτόκου αὐτοῦ υἱοῦ* [11] *τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια, τουτέστι τὰς ἁμαρτίας, ἀπημ-* C *φιεσμένοι, πυρωθέντες διὰ τοῦ λόγου τῆς κλήσεως αὐτοῦ, ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ θεοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς μαρτυρεῖ,* [12] *εἰπὼν ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι θυσίας εὐαρέστους αὐτῷ καὶ καθαρὰς προσφέροντες. Οὐ δέχεται δὲ παρ' οὐδενὸς θυσίας ὁ θεός, εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ.*

117. [1] *Πάσας οὖν διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου θυσίας, ἃς παρέδωκεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς γίνεσθαι, τουτέστιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ θεὸς μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ· τὰς δὲ ὑφ' ὑμῶν καὶ δι' ἐκείνων ὑμῶν τῶν ἱερέων γινομένας ἀπαναίνεται, λέγων·* [2] *Καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν* D *οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν* [3] *τὸ ὄνομά μου δεδόξασται, λέγει, ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. Καὶ μέχρι νῦν φιλονεικοῦντες λέγετε ὅτι τὰς μὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τῶν ἐκεῖ τότε οἰκούντων Ἰσραηλιτῶν καλουμένων θυσίας οὐ προσδέχεται ὁ θεός, τὰς δὲ διὰ τῶν*

cognomine, confuderit, vel hanc interpretationem Iudaeorum ita intellexerit: quod eo factu facilius videatur, quod in scriptura meretrices saepe vocantur m u l i e r e s e x t r a n e a e. *Thirlbius.* — Fornicaria uxor vocatur quae coniugio ducebatur illicito: illicitum erat coniugium, quia uxor erat alienigena.

9. *διὰ τὸ ... εἰληφέναι*] Zachar. 3, 4: *Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου.*

10. *πιστεύσαντες*] Codd. msti et editi corrupte *πάντες ἔσονται*. Pro *ἔσονται* Sylburg. voluit *πιστεύοντες*. Sed genuina lectio est *πιστεύσαντες*. C. 133: *ἡμᾶς τοὺς π ι σ τ ε ύ σ α ν τ α ς δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων*. Adde c. 119. p. 348. A.

11. *τὰ ῥυπαρὰ ... ἁμαρτίας*] Zachar. 3, 4: *λέγων· Ἀφέλετε τὰ ἱμάτια τὰ ῥυπαρὰ ἀπ' αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου.*

12. *εἰπὼν*] Malach. 1, 11. — Pro *προσφέροντες*, scil. *εἰσίν*, Thirlbius malit *προσφέρομεν* vel *θυσίαι εὐάρεστοι καὶ καθαραὶ προσφέρονται*.

1. *Πάσας οὖν* etc.]. Codd. msti et editi *Π ά ν τ α ς οὖν, οἳ διὰ* etc.. Inepte. Quocirca post *τούτου* Langus addidit *αὐτῷ προσφέρουσιν*, Maranus *προσφέρομεν*. Sed (Iebb.), ut sententia (mox: *τ ὰ ς δὲ* — scil.

torris extractus ex igne vocatus est quia remissionem peccatorum accepit, increpato etiam eius adversario diabolo: ita nos, qui per Iesu nomen instar unius hominis omnes in creatorem universorum deum credidimus, per nomen primogeniti eius filii sordidis vestibus, id est peccatis, exuti, per verbum vocationis eius inflammati, verum genus sacerdotale dei sumus, ut et deus ipse testatur, quum dicit sibi in omni loco in gentibus sacrificia grata et pura offerri. A nemine autem accipit sacrificia deus, nisi per ipsius sacerdotes.

117. Omnia igitur per nomen illius sacrificia, quae Iesus Christus fieri tradidit, id est quae in eucharistia panis et calicis in omni loco terrae a Christianis fiunt, in antecessum deus testatur grata sibi esse; quae vero a vobis ac per vestros illos sacerdotes fiunt respuit, dicens: *Et sacrificia vestra non suscipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatur*, *inquit*, *in gentibus*, *vos autem illud profanatis.* Ac vos quidem adhuc contentionis studio dicitis deum quidem sacrificia Hierosolymis ab iis qui tunc ibi Israelitae dicti habitabant oblata non acci-

θυσίας) melius cohaereret, delevi relativum *οἳ* et pro *πάντας* posui *πάσας*. Consentit Gieseler *Lehrb. d. Kirchengesch.* Tom. I. Sect. 1 (ed. 4) p. 233. — Tum Iustinus convenientius scripsisset: *τουτέστιν τὰς ἐπὶ τῇ ... ποτηρίου ἐν παντὶ τ.*, nempe vocabulo *τὰς* transposito. — Denique pro *προλαβὼν* tu fortasse legeris *προσλαβὼν* (c. 94. n. 7), eo sensu quo infra *προσδέχεσθαι* dicitur. Noli mutare. Illud est i. q. *praevertens*, *im Voraus*, scilicet effato prophetico; cf. n. 3. C. 35: *προλαβὼν ἔφη*.

2. *Καὶ ... αὐτό*] Malach. 1, 10 — 12.

3. *τὸ ὄνομά μου δεδόξασται, λέγει, ἐν τοῖς ἔθνεσι*] Fortasse addendum ex Malach. 1, 11: *καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι*, quod sequentia postulare videntur; haec enim verba praecipue respiciunt, atque aliter *τὰς δὲ διὰ τῶν ἐν τῇ διασπορᾷ* etc. non habebunt quo referantur. Quodsi quis putet Iustinum, tum cum haec citaret, praecedentium tantum rationem habuisse, ideoque ita mutilata citasse, in sequentibus autem ad integrum locum respexisse, idque verisimilius existimet, quam librarium, iteratione vocis *ἔθνεσι* deceptum, omisisse intermedia: ego profecto prius illud fieri posse non negaverim, sed posterius multo credibilius habitum iri arbitror. Sed considera istud *λέγει*. *Thirlbius.*

ἐν τῇ διασπορᾷ τότε δὴ ὄντων ἀπὸ τοῦ γένους ἐκείνου ἀνθρώπων εὐχὰς προσίεσθαι αὐτὸν εἰρηκέναι, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτῶν θυσίας 345 καλεῖν. [4]Ὅτι μὲν οὖν καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι, ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ θεῷ θυσίαι, καὶ αὐτός φημι. [5]Ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ᾽ ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους, ὃ πέπονθε [6]δι᾽ αὐτοὺς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, μέμνηται· [7]οὗ τὸ ὄνομα βεβηλωθῆναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν καὶ βλασφημεῖσθαι οἱ ἀρχιερεῖς τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ διδάσκαλοι εἰργάσαντο, ἃ ῥυπαρὰ καὶ αὐτὰ [8]ἐνδύματα, περιτεθέντα ὑφ᾽ ὑμῶν πᾶσι B τοῖς ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γενομένοις Χριστιανοῖς, δείξει αἰρόμενα ἀφ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, ὅταν πάντας ἀναστήσῃ, καὶ τοὺς μὲν ἐν αἰωνίῳ καὶ ἀλύτῳ βασιλείᾳ ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους καὶ ἀλύπους καταστήσῃ, τοὺς δὲ εἰς [9]κόλασιν αἰώνιον πυρὸς παραπέμψῃ. Ὅτι δὲ ἑαυτοὺς πλανᾶτε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ἐξηγούμενοι ὅτι περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐν τῇ διασπορᾷ ὄντων ἔλεγεν ὁ λόγος, ὅτι τὰς εὐχὰς αὐτῶν καὶ θυσίας καθαρὰς καὶ εὐαρέστους ἐν παντὶ τόπῳ γενομένας ἔλεγεν, ἐπί- C γνωτε ὅτι ψεύδεσθε καὶ ἑαυτοὺς κατὰ πάντα ἀπατᾶν πειρᾶσθε, ὅτι πρῶτον μὲν [10]οὐδὲ νῦν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως δυσμῶν ἐστιν

4. Ὅτι μὲν . . . μέμνηται] Cf. Rheinwald *Die kirchliche Archäologie* p. 336 sq. n. 1 atque Semisch *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 452 sq..

5. Ταῦτα etc.] Thirlbius verba Ταῦτα . . . παραπέμψῃ uncis inclusit. Fortasse legendum Ταύτας γὰρ μόνας. Sed vulgaris scriptura fertur. — Verba καὶ ἐπ᾽ ἀναμνήσει (καὶ . . . δέ: c. 40. n. 10) Augusti (*Denkwürdigkeiten aus der christl. Archäologie* Tom. VIII. Lips. 1826. p. 94) reddidit: „nämlich bei dem Andenken." Suppleas παρέλαβον ποιεῖν et reddas: „auch (= unter Anderm) bei der Gedächtnissfeier." — Τροφὴ ξηρὰ et ὑγρὰ idem valet atque ἄρτος et οἶνος.

6. δι᾽ αὐτοὺς ὁ υἱὸς τ. θεοῦ] Codd. msti et editi vitiose δι᾽ αὐτοῦ ὁ θεὸς τοῦ θεοῦ. Lectio a me recepta Thirlbio debetur. — Mox μέμνηται, si vera lectio est, Perionius recte vertit: *memoria recolitur.* Est enim hic (Thirlb.) omnino passivum tam significatione quam forma. Idem Gieselerus (l. c.) eodem sensu retinet. Höflingius vero (*Die Lehre Justins d. Märt. vom Opfer im christl. Cultus* p. 27) vult comma post δι᾽ αὐτοὺς collocari, ut verba ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ad μέμνηται pertineant: „bei welcher (ἐν ᾗ sc. τροφῇ) — im Acte der Einsetzung (παρέλαβον) — der Sohn Gottes auch des um ihretwillen übernommenen Leidens

pere, preces autem eorum qui tunc ex genere illo in dispersione erant gratas sibi esse dixisse, atque preces eorum sacrificia vocare. Itaque preces et gratiarum actiones, quae a dignis peraguntur, sola esse perfecta et deo accepta sacrificia, ipse quoque pronuntio. Haec enim sola Christiani quoque didicerunt peragere, etiam in recordatione alimoniae suae siccae et liquidae, in qua etiam passionis, quam pertulit propter eos filius dei, memoria recolitur; cuius nomen ut profanaretur per omnem terram et blasphemiis appeteretur, summi sacerdotes populi vestri et magistri perfecerunt: sed haec ipsa quoque sordida indumenta, a vobis imposita omnibus iis qui ex nomine Iesu facti sunt Christiani, deus sublata a nobis ostendet, quum omnes ad vitam revocabit, et alios quidem in aeterno et indissolubili regno incorruptos et immortales et doloris expertes constituet, alios autem in aeternum ignis supplicium mittet. Quod autem et ipsi vos decipitis et magistri vestri, dum effatum sic interpretamini quasi de dispersis vestri generis hominibus praedicaverit, preces eorum et sacrificia in omni loco pura et grata esse: cognoscite vos mentiri et operam dare ut in omnibus vos ipsos decipiatis, primum quidem quia ne nunc quidem a solis ortu ad occa-

gedenkt." Si quid putes mutandum, cum Marano et Semischio (l. c.) *μέμνηνται* pro *μέμνηται* legas: *recordantur.*

7. *οὗ . . . εἰργάσαντο*] Cf. c. 16. n. 9 et c. 17. n. 6.

8. *ἐνδύματα*] Sic etiam vocat calumnias Christianis affictas Apol. II. c. 18. *Maranus.* — Deinde pro *γενομένοις* admittit Sylburgius etiam *λεγομένοις*. At vide c. 63. n. 16.

9. *κόλασιν αἰώνιον πυρός*] Fortasse (Thirlb.) *κόλασιν αἰωνίου πυρός*. C. 120: *ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς . . . πέμψειν*. Sed ferri potest lectio recepta. C. 45: *εἰς κρίσιν καὶ καταδίκην τοῦ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πεμφθῶσιν*. Apol. I. c. 8: *αἰωνία κόλασις*. Ibid. c. 12: *ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν . . . πορεύεσθαι. . . . γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην*. C. 45: *κόλασιν διὰ πυρὸς αἰωνίαν ἐργάζεται.*

10. *οὐδὲ νῦν*] *Ne nunc quidem*, multo minus tunc cum haec scripsit Malachias, *ὅταν οὐδέποτε ἡ διασπορὰ ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ἐν ὅσῃ νῦν γεγόνατε, ἐγεγένητο*. *Thirlbius.* — Aliter Agrippa rex apud Ioseph. de bello iud. II. c. 16: *Οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης δῆμος ὁ μὴ μοῖραν ὑμετέραν ἔχων.*

ὑμῶν τὸ γένος, ἀλλ' ἔστι τὰ ἔθνη ἐν οἷς οὐδέπω οὐδεὶς ὑμῶν τοῦ γένους ᾤκησεν. [11]Οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἔστι τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων εἴτε Ἑλλήνων εἴτε ἁπλῶς ᾡτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, [12]ἢ ἁμαξοβίων ἢ ἀοίκων καλουμένων ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων, ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι τῷ πατρὶ καὶ ποιη- D
τῇ τῶν ὅλων γίνωνται. [13]Εἰδότες ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὅτε ὁ προφήτης Μαλαχίας τοῦτο ἔλεγεν, οὐδέπω ἡ διασπορὰ ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ἐν ὅσῃ νῦν γεγόνατε, ἐγεγένητο, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀποδείκνυται.

118. Ὥστε μᾶλλον παυσάμενοι τοῦ φιλεριστεῖν μετανοήσατε πρὶν ἐλθεῖν τὴν μεγάλην ἡμέραν τῆς κρίσεως, ἐν ᾗ κόπτεσθαι μέλλουσι πάντες οἱ ἀπὸ τῶν [1]φυλῶν ὑμῶν ἐκκεντήσαντες τοῦτον τὸν 31
Χριστόν, ὡς ἀπὸ γραφῆς ἀπέδειξα προειρημένον. Καὶ ὅτι ὤμοσε κύριος [2]Κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, καὶ τί τὸ προειρημένον ἐστίν, 346
[3]ἐξηγησάμην. Καὶ ὅτι περὶ τοῦ θάπτεσθαι μέλλοντος καὶ ἀνίστασθαι Χριστοῦ ἦν ἡ προφητεία τοῦ Ἠσαΐου, φήσαντος· [4]Ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, προεῖπον. Καὶ ὅτι κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν ἁπάντων αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστός, εἶπον ἐν πολλοῖς. Καὶ Νάθαν δὲ ὁμοίως περὶ τούτου λέγων πρὸς Δαυὶδ οὕτως ἐπήνεγκεν· [5]Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν, καὶ τὸ ἔλεός μου οὐ μὴ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἐποίησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ στήσω αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ μου καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἕως αἰῶνος. Καὶ τὸν ἡγούμενον δὲ ἐν

11. *Οὐδὲ ἓν* etc.] Cf. Apol. I. c. 1. n. 7. — Sylburgius pro *ἔστι τὸ γ.* mallet *ἐστί τι γένος*. Non vero est cur mutem; similiter enim Martyr alibi locutus est.

12. *ἢ ἁμαξοβίων* etc.] *Ἁμαξόβιοι* Scythae dicuntur: Horat. Od. III. 24. v. 10, Plin. Hist. nat. IV. c. 12. s. 25, Iustin. Hist. II. c. 2. — *Ἄοικοι* nomades vocantur, quales in India (Plin. l. c. VI. c. 17. s. 20), Aethiopia (VI. c. 30. s. 35), Numidia (V. c. 3. s. 2) vivebant. — *Ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκοῦντες* sunt scenitae, potissimum in Arabia degentes. Plinius l. c. V. c. 24. s. 21: „Arabes scenitae.“ Id. VI. c. 8. s. 32: „Sabaei scenitae.“ Iul. Solin. Polyhist. c. 33. Genes. 4, 20: *Οὗτος* (*Ἰωβήλ*) *ἦν πατὴρ οἰκούντων ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων.* — Stephanus et Thirlbius recte *γίνωνται* ediderunt. Caeteri *γίνονται*.

13. *Εἰδότες ὅτι*] Cum supra di-

sum diffusum est genus vestrum, sed sunt gentes in quibus nondum quisquam vestri generis habitavit. Atqui ne unum quidem est genus hominum — sive barbarorum sive Graiorum sive omnino quocunque nomine appellentur, vel eorum qui in plaustris degunt vel eorum qui domibus carent vel eorum qui pecora pascentes in tentoriis habitant — in quo non per nomen crucifixi Iesu preces et gratiarum actiones patri et creatori universorum fiant. Deinde vero quia illo tempore, quo propheta Malachias hoc praedicabat, nondum dispersi eratis in omnes terrae partes, in quibus nunc estis, id quod etiam ex scripturis perspicitur.

118. Quocirca potius studio contentionis deposito poenitentiam agite priusquam veniat magnus iudicii dies, in quo plangent quicunque ex tribubus vestris hunc Christum pupugerunt, prout praedictum ex scriptura demonstravi. Et dominum iurasse *Secundum ordinem Melchisedeci*, et quid sibi velit haec praedictio, explicui. Et prophetiam Iesaiae, dicentis: *Sepultura eius sublata est ex medio*, de sepeliendo et resurrecturo Christo editam esse iam dixi. Et ipsum hunc Christum vivorum ac mortuorum omnium iudicem esse pluribus disserui. Et Nathan itidem de hoc loquens ad Davidem sic intulit: *Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium, et misericordiam meam non removebo ab eo, sicut feci ab iis qui ante eum erant; et statuam eum in domo mea et in regno eius usque in saeculum.* Et *ducem in domo* non

ceret Iustinus *ὅτι πρῶτον μέν*, promittebat se pluribus rationum momentis probaturum absurdam esse Iudaeorum interpretationem. Quare si legamus *εἶτα δὲ ὅτι* pro *εἰδότες ὅτι* [Sylburg. refert ad remotum illud *γένος ἀνθρώπων*], habebimus alterum argumentum, et apta et nexa erit S. Martyris oratio, quam illud verbum *εἰδότες* penitus deformat. *Maranus.*

1. *φυλῶν*] Hoc Wolfio monente rescribendum esse pro *φαύλων*, id quod omnes editores praebent, ex cc. 32 et 126 pariter atque ex Apol. I. c. 53 patescit. Locus autem desumtus est ex Zachar. 12, 12.

2. *Κατὰ ... Μελχισεδέκ*] Scil. *ἀρχιερέα αὐτὸν εἶναι*. Ps. 109, 4.

3. *ἐξηγησάμην*] Cf. c. 33.

4. *Ἡ ... μέσου*] Iesai. 57, 2. Vide c. 97. n. 4.

5. *Ἐγὼ ... αἰῶνος*] 2 Regg. 7, 14—16.

τῷ οἴκῳ οὐκ ἄλλον [6] Ἰεζεκιὴλ λέγει ἢ τοῦτον αὐτόν. Οὗτος γὰρ B ἐξαίρετος ἱερεὺς καὶ αἰώνιος βασιλεύς, ὁ Χριστός, ὡς υἱὸς θεοῦ· οὗ ἐν τῇ πάλιν παρουσίᾳ μὴ δόξητε λέγειν Ἡσαΐαν ἢ τοὺς ἄλλους προφήτας θυσίας ἀφ' αἱμάτων ἢ σπονδῶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἀναφέρεσθαι, [7] ἀλλὰ ἀληθινοὺς καὶ πνευματικοὺς αἴνους καὶ εὐχαριστίας. [8] Καὶ οὐ μάτην ἡμεῖς εἰς τοῦτον πεπιστεύκαμεν, οὐδ' ἐπλανήθημεν ὑπὸ τῶν οὕτως διδαξάντων, ἀλλὰ καὶ θαυμαστῇ προνοίᾳ θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ἵνα ἡμεῖς ὑμῶν, τῶν νομιζομένων οὐκ ὄντων δὲ οὔτε φιλοθέων οὔτε συνετῶν, συνετώτεροι καὶ θεοσεβέστεροι εὑρεθῶμεν διὰ τῆς κλήσεως τῆς καινῆς καὶ αἰωνίου C διαθήκης, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο θαυμάζων Ἡσαΐας ἔφη· [9] Καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ [10] αὐτοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Καὶ ταῦτα λέγων, ἔφην, ὦ Τρύφων, ὡς ἐγχωρεῖ, διὰ τοὺς σήμερον σὺν σοὶ ἀφιγμένους [11] ταὐτὰ λέγειν πειρῶμαι, βραχέως μέντοι καὶ περικεκομμένως.

Κἀκεῖνος· Εὖ ποιεῖς, ἔφη· κἂν διὰ πλειόνων δὲ καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγῃς, χαίρειν με καὶ τοὺς συνόντας τῇ ἀκροάσει γίνωσκε. D

119. Ἐγώ τε αὖ εἶπον· Οἴεσθε ἄν ἡμᾶς ποτε, ὦ ἄνδρες, νενοηκέναι δυνηθῆναι ἐν ταῖς γραφαῖς ταῦτα, εἰ μὴ θελήματι [1] τοῦ θελήσαντος αὐτὰ ἐλάβομεν χάριν τοῦ νοῆσαι; Ἵνα γένηται καὶ τὸ λελεγμένον [2] ἐπὶ Μωυσέως· [3] Παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν ἐξεπίκρανάν με, ἔθυσαν [4] δαιμονίοις οἷς οὐκ

6. Ἰεζεκιὴλ] Cf. Ezech. 44, 3.

7. ἀλλὰ ἀληθινοὺς καὶ πνευματικοὺς etc.] Maranus et interpres Campidonensis vitiose comma ponunt post πνευματικούς. Maiori cum vi (Thirlb.) legeretur: ἀλλ' ἀληθινὰς καὶ πνευματικάς, αἴνους κ. εὐχαριστίας. Opponuntur θυσίαι ἀφ' αἱμάτων. C. 117: Εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι ... τέλειαι μόναι κ. εὐάρεστοί εἰσι τῷ θεῷ θυσίαι. Non muto.

8. Καὶ οὐ μάτην etc.] C. 8 Trypho ait: Ἄμεινον δὲ ἦν φιλοσοφεῖν ἔτι σε τὴν Πλάτωνος ἢ ἄλλου του φιλοσοφίαν ... ἢ λόγοις ἐξαπατηθῆναι ψεύδεσι καὶ ἀνθρώποις ἀκολουθῆσαι οὐδενὸς ἀξίοις ... ὑμεῖς δέ, ματαίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι, Χριστὸν ἑαυτοῖς τινα ἀναπλάσσετε καὶ αὐτοῦ χάριν τανῦν ἀσκόπως ἀπόλλυσθε.

9. Καὶ ... ἀπεκαλύφθη] Iesai. 52, 15—53, 1.

10. αὐτοῦ] Uterque cod. mstus et editi male αὐτῶν. At requiritur

alium Ezechiel dicit nisi hunc ipsum. Hic enim est eximius sacerdos et aeternus rex, Christus, utpote filius dei: cuius in iterato adventu ne existimetis Iesaiam aut caeteros prophetas dicere sacrificia sanguinis aut libationum altari imponi, sed veras et spirituales laudes et gratiarum actiones. Nec frustra nos in eum credidimus, neque ab iis decepti sumus qui ita docuerunt, sed et admirabili providentia dei hoc contigit, ut nos vobis, qui dei amantes et prudentes existimamini nec tamen estis, prudentiores et religiosiores inveniremur per vocationem novi et aeterni foederis, id est Christi. Hoc admirans Iesaias dixit: *Et continebunt reges os suum: quia quibus de eo non est adnuntiatum videbunt, et qui non audierunt intelligent. Domine, quis credidit praedicationi nostrae? Et brachium domini cui revelatum est?* Atque haec edisserens, inquam, Trypho, quantum licet, propter eos qui tecum hodie venerunt eadem dicere conor, breviter tamen et concise.

Tum ille: Recte, inquit, facis; etiamsi pluribus et eadem iterum dicas, scito me et eos qui adsunt audiendo delectari.

119. Atque ego rursus dixi: Putatis, o viri, futurum fuisse ut unquam haec in scripturis intelligere possemus, nisi voluntate eius qui haec voluit gratiam intelligendi accepissemus? Nimirum ut etiam fiat quod tempore Mosis dictum est: *Irritarunt me in alienis, in abominationibus suis exacerba-*

illud *αὐτοῦ* (scil. τ. *Χριστοῦ*) nexu sententiarum; insuper firmatur c. 13 et Apol. I. c. 50. Facillime autem *ων* et *ου* commutantur: c. 106. n. 10.

11. *ταὐτὰ*] Codd. msti et editi *ταῦτα*. Mox *τὰ αὐτά*. Vide c. 113. n. 5.

1. τ. *θελ. αὐτὰ*] H. e. incarnationem filii ac vocationem gentium. Vide c. 63. n: 14. Thirlbius vult τ. *λαλήσαντος αὐτά*.

2. *ἐπὶ*] Indicatur tempus. Cf. c. 111. n. 1. Sylburgius vero *ἐπὶ* pro *ὑπὸ* positum putat.

3. *Παρώξυνάν ... κακά*] Deuteron. 32, 16—23.

4. *δαιμονίοις*] Biblia addunt *καὶ οὐ θεῷ*, *θεοῖς* — et pro *οἴδασιν* praebent *ᾔδεισαν*. Sic etiam apud Iustinum Thirlbius censet legendum esse. At Onkelosus quoque et Ionathan ista verba omittunt, *οἴδασι* vero est in quodam *τῶν ο'* cod. msto (ap. Holm.).

οἴδασι· καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκασιν, οὓς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν. Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. Καὶ εἶδε κύριος, καὶ ἐζήλωσε, καὶ παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγατέρων, καὶ εἶπεν· Ἀποστρέψω τὸ 347 πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων, ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστίν, υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς· ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ καυθήσεται ἕως [5] ᾅδου· καταφάγεται τὴν γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων. Συνάξω εἰς αὐτοὺς κακά. Καὶ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι τὸν δίκαιον ἐκεῖνον ἡμεῖς λαὸς ἕτερος ἀνεθήλαμεν, καὶ ἐβλαστήσαμεν στάχυες καινοὶ καὶ εὐθαλεῖς, ὡς B ἔφασαν οἱ προφῆται· [6] Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰς λαόν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ τῆς γῆς πάσης. Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον λαὸς ἀλλὰ καὶ λαὸς ἅγιός ἐσμεν, [7] ὡς ἐδείξαμεν ἤδη· [8] Καὶ καλέσουσιν αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυτρωμένον ὑπὸ κυρίου. Οὐκοῦν οὐκ εὐκαταφρόνητος δῆμός ἐσμεν οὐδὲ βάρβαρον φῦλον οὐδὲ ὁποῖα [9] Καρῶν ἢ Φρυγῶν ἔθνη, [10] ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐξελέξατο ὁ θεὸς καὶ ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς μὴ ἐπερωτῶσιν αὐτόν. [11] Ἰδοὺ θεός εἰμι, φησί, τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος, C [12] ὃ πάλαι τῷ Ἀβραὰμ ὁ θεὸς ὑπέσχετο, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν θήσειν ἐπηγγείλατο, οὐκ Ἀῤῥάβων οὐδ' Αἰγυπτίων οὐδ' Ἰδουμαίων λέγων· ἐπεὶ καὶ Ἰσμαὴλ μεγάλου πατὴρ ἔθνους ἐγένετο καὶ Ἠσαῦ, καὶ Ἀμανιτῶν ἔστι νῦν πολὺ πλῆθος. Νῶε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ ἦν καὶ ἁπλῶς παντὸς ἀνθρώπων γένους,

5. ᾅδου] Addunt Biblia κάτω. Facile apud Martyrem (sequitur καταφάγ.) excidere poterat. Apol. I. c. 60: καταφάγεται μέχρι τῆς ἀβύσσου κάτω.

6. Καὶ ... πάσης] Zach. 2, 11. — Coll. Iesai. 2, 2. 3.

7. ὡς ἐδείξαμεν] Cf. c. 110.

8. Καὶ ... κυρίου] Iesai. 62, 12.

9. Καρῶν ἢ Φρυγῶν] Quod Cares attinet, ad Hom. Il. II. 867 alludit: Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. Etiam Phryges magne laborabant contemtu; id patet ex proverbio, quod Cicero pro Flacco c. 27 memorat: „Phrygem plagis fieri solere meliorem."

runt me, sacrificarunt daemoniis quae non noverunt: novi et recentes venerunt, quos non noverunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es dei qui te nutrit. Et vidit dominus, et zelavit, et exacerbatus est propter iram filiorum suorum et filiarum, et dixit: Avertam faciem meam ab iis, et ostendam quid futurum sit iis in extremis, quia generatio perversa est, filii quibus non est fides in ipsis. Ipsi ad zelum provocarunt me in non-deo, exacerbarunt me in idolis suis; et ego provocabo eos ad zelum in non-gente, in gente stulta irritabo eos: quia ignis accensus est ex furore meo, et ardebit usque ad orcum; devorabit terram et genimina eius, comburet fundamenta montium. Congregabo in eos mala. Et post quam iustus ille occisus est nos populus alter refloruimus, et spicae novae ac florentes germinavimus, quemadmodum dixerunt prophetae: *Et confugient gentes multae ad dominum illo die in populum, et habitabunt in medio terrae universae.* Nos autem non modo populus sed etiam populus sanctus sumus, ut iam demonstravimus: *Et vocabunt eum populum sanctum, redemtum a domino.* Quapropter non contemnendus populus sumus nec barbara natio nec quales Carum aut Phrygum gentes, sed nos quoque elegit deus et manifestus apparuit non interrogantibus eum. *Ecce deus sum*, inquit, *genti, quae non invocavit nomen meum.* Haec enim est illa gens, quam olim Abrahamo deus pollicitus est, eumque *multarum gentium patrem* a se institutum iri promisit, non Arabum neque Aegyptiorum neque Idumaeorum patrem futurum dicens; nam et Ismael pater magnae gentis exstitit itidemque Esavus, et Ammonitarum exstat nunc magna multitudo. Noachus autem ipsius etiam Abrahami pa-

10. *ἀλλὰ ... θεός*] Coll. Deuteron. 14, 2.

11. *'Ιδοὺ ... μου*] Iesai. 65, 1. — Septuaginta: *Εἶπα· 'Ιδού εἰμι, τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ* etc.. Vide c. 24 et Apol. I. c. 49. Quocirca melius hic legeretur: *'Ιδοὺ θ. εἰμι, φημὶ τῷ ἔθνει (dico genti), οἳ* etc.. Saepiuscule *φημὶ* et *φησὶ* commutantur: c. 4. n. 4. Attamen vulgatus textus non mutandus videtur.

12. *ὃ ... ἐπηγγείλατο*] Genes. 12, 2 et 17, 5.

ἄλλοι δὲ ἄλλων πρόγονοι. [13] Τί οὖν πλέον ἐνθάδε ὁ Χριστὸς χαρίζεται τῷ Ἀβραάμ; Ὅτι διὰ τῆς ὁμοίας κλήσεως φωνῇ ἐκάλεσεν αὐτόν, εἰπὼν [14] ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ἐν ᾗ ᾤκει. Καὶ ἡμᾶς δὲ ἅπαν- D τας δι' ἐκείνης τῆς φωνῆς ἐκάλεσε, καὶ ἐξήλθομεν ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας, ἐν ᾗ ἐζῶμεν κατὰ τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων κακῶς ζῶντες· [15] καὶ σὺν τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἁγίαν κληρονομήσομεν γῆν, εἰς τὸν ἀπέραντον αἰῶνα τὴν κληρονομίαν ληψόμενοι, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ διὰ τὴν ὁμοίαν πίστιν ὄντες. Ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνος τῇ φωνῇ τοῦ θεοῦ [16] ἐπίστευσε καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τῇ φωνῇ τοῦ θεοῦ, τῇ διά τε τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ λαληθείσῃ πάλιν καὶ τῇ διὰ τῶν 348 προφητῶν κηρυχθείσῃ ἡμῖν, πιστεύσαντες μέχρι τοῦ ἀποθνήσκειν πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀπεταξάμεθα. Ὁμοιόπιστον οὖν τὸ ἔθνος καὶ θεοσεβὲς καὶ δίκαιον, [17] εὐφραῖνον τὸν πατέρα, ὑπισχνεῖται αὐτῷ, ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

120. Ὁρᾶτε μέντοι ὡς καὶ τῷ Ἰσαὰκ τὰ αὐτὰ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὑπισχνεῖται. Οὕτω γὰρ λέγει τῷ Ἰσαάκ· [1] Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· τῷ δὲ Ἰακώβ· [2] Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. Οὐκέτι τοῦτο τῷ Ἡσαῦ οὐδὲ τῷ Ῥουβὶμ λέγει, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ [3] ἀλλ' ἐκείνοις ἐξ ὧν ἔμελλεν ἔσεσθαι κατὰ τὴν οἰκονομίαν B τὴν διὰ τῆς παρθένου Μαρίας ὁ Χριστός. Εἴγε δὲ καὶ τὴν [4] εὐλογίαν Ἰούδα καταμάθοις, ἴδοις ἂν ὃ λέγω. [5] Μερίζεται γὰρ τὸ σπέρμα ἐξ Ἰακώβ, καὶ διὰ Ἰούδα καὶ Φαρὲς καὶ Ἰεσσαὶ καὶ Δαυὶδ κατέρχεται. Ταῦτα δ' ἦν σύμβολα ὅτι τινὲς τοῦ γένους ὑμῶν εὑρεθήσονται τέκνα Ἀβραάμ, καὶ ἐν μερίδι τοῦ Χριστοῦ [6] εὑρισκό-

13. *Τί* etc.] Iebb. et Thirlb. sic ediderunt: *Τί ... Ἀβραάμ, ὅτι* (Thirlb. mallet *ὅτε*) *διὰ ... ᾤκει; Καὶ* —.

14. *ἐξελθεῖν . . . ᾤκει*] Genes. 12, 1.

15. *καὶ σὺν τῷ Ἀβραὰμ* etc.] Irenaeus adv. haeres. V. c. 32. §. 2: „Si ergo huic promisit deus haereditatem terrae, non accepit autem in omni suo incolatu: oportet eum accipere cum semine suo, hoc est qui timent deum et credunt in eum, in resurrectione iustorum. Semen autem eius ecclesia, per dominum adoptionem, quae est ad deum, accipiens."

16. *ἐπίστευσε ... δικαιοσύνην*]

ter fuit ac prorsus totius hominum generis, alii vero aliorum fuerunt progenitores. Quid igitur amplius hic Abrahamo gratificatur Christus? Quod eum voce per similem vocationem vocavit, quum iussit *exire e terra quam incolebat.* Et nos omnes per illam vocem vocavit, iamque exivimus ex eo vitae genere, in quo male secundum communem caeterorum terrae incolarum morem versabamur: et cum Abrahamo sanctae terrae haeredes erimus, haereditatem in infinitum aevum cernentes, quippe qui filii Abrahami propter similem fidem simus. Quemadmodum enim ille voci dei *credidit et reputatum est ei ad iustitiam*, ita etiam nos, posteaquam voci dei, tum per apostolos Christi denuo praedicatae tum per prophetas nobis promulgatae, credidimus, ad mortem usque omnibus rebus mundanis renuntiavimus. Gentem igitur similis fidei et dei cultricem et iustam, quae laetitia afficit patrem, ei promittit, non vero vos, *quibus non est fides in ipsis.*

120. Videte sane quomodo eadem et Isaaco et Iacobo promittat. Ita enim dicit Isaaco: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae*; Iacobo autem: *Et benedicentur in te omnes tribus terrae et in semine tuo.* Non iam id Esavo neque Rubeni dicit, neque alii cuipiam nisi illis ex quibus Christus oriturus erat secundum dispensationem ex virgine Maria. Quodsi etiam benedictionem Iudae consideres, quae dico perspicies. Dividitur enim semen ex Iacobo, et per Iudam et Pharesum et Iessaeum et Davidem deducitur. Haec autem futurum significabant ut quidam ex vestro genere filii Abrahami invenirentur et in parte Christi deprehenderentur,

Genes. 15, 6.

17. *εὐφρ. τὸν πατ. — οἷς ... αὐτοῖς*] Coll. Proverb. 10, 1 et 15, 20; Deuteron. 32, 20.

1. *Καὶ ... γῆς*] Genes. 26, 4.

2. *Καὶ ... σου*] Genes. 28, 14.

3. *ἀλλ' ἐκείνοις*] Thirlbius mallet *ἀλλ' ἢ ἐκείνοις*. Sed etiam c. 74 legitur: *οὐ δοκεῖ μοι εἰς ἄλλον τινὰ εἰρῆσθαι ἀλλ' εἰς τὸν πατέρα.*

4. *εὐλογ. 'Ι.*] Coll. Gen. 49, 10.

5. *Μερίζεται ... κατέρχεται*] Coll. Matth. 1, 2. 3. 6.

6. *εὑρισκόμενοι*] Ex Thirlbii sententia melius *ἐῤῥιζωμένοι* (Sap. Sir. 24, 12) legeretur. Nihil vero videtur emendandum esse. — Mox

μενοι, ἄλλοι δὲ τέκνα μὲν τοῦ Ἀβραάμ, ὡς ἡ ἄμμος δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ὄντες, ἥτις ἄγονός τε καὶ ἄκαρπος, πολλὴ μὲν καὶ ἀναρίθμητος ὑπάρχουσα, οὐδὲν δὲ ὅλως καρπογονοῦσα, C
ἀλλὰ μόνον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης πίνουσα· ὅπερ καὶ τὸ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πολὺ πλῆθος ἐλέγχεται, πικρίας μὲν διδάγματα καὶ ἀθεότητος συμπίνοντες, τὸν δὲ τοῦ θεοῦ λόγον ἀποπτύοντες. Φησὶ γοῦν καὶ [7] ἐν τῷ Ἰούδᾳ· [8] Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· 315
καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. Καὶ τοῦτο ὅτι οὐκ εἰς Ἰούδαν ἐῤῥέθη ἀλλ' εἰς τὸν Χριστόν, φαίνεται· καὶ γὰρ Ἰούδαν πάντες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πάντων οὐ προσδοκῶμεν, ἀλλὰ Ἰησοῦν τὸν καὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγόντα. Μέχρι γὰρ τῆς πα- D
ρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἡ προφητεία προεκήρυσσεν· Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. Ἐλήλυθε τοιγαροῦν, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς ἀπεδείξαμεν, καὶ προσδοκᾶται πάλιν παρέσεσθαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν Ἰησοῦς, [9] οὗ τὸ ὄνομα βεβηλοῦτε ὑμεῖς καὶ βεβηλοῦσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐξεργάζεσθε. [10] Δυνατὸν δὲ ἦν μοι, ἔφην, ὦ ἄνδρες, μάχεσθαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τῆς λέξεως, ἣν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε λέγοντες εἰρῆσθαι· Ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα, ἀλλ'· Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀκόλουθα μηνύει ὅτι 319
περὶ Χριστοῦ εἴρηται (οὕτω γὰρ ἔχουσι· Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν), οὐ περὶ τοῦ λεξειδίου συζητῆσαι ὑμῖν ἔρχομαι, ὅνπερ τρόπον οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν γραφῶν, ὧν καὶ [11] ἀνιστόρησα, ἀπὸ λόγων Ἰερεμίου τοῦ προφήτου καὶ Ἔσδρα καὶ Δαυίδ, τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν· [12] ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν, ὡς καὶ τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἠσαΐου, [13] ὃν πρίονι ξυλίνῳ B

Iustinus verbis ὡς ... θαλάσσης alludit ad Genes. 22, 17.

7. ἐν τῷ Ἰούδᾳ] H. e. *ubi de Iuda sermo est.* Sic ἐν Ἠλίᾳ Rom. 11, 2.

8. Οὐκ ... ἐθνῶν] Genes. 49, 10.

9. οὗ ... ὑμεῖς] Coll. Malach. 1, 11. 12. — Cf. c. 17. n. 6.

10. Δυνατὸν δὲ ἦν etc.] Vide c. 52. n. 4.

11. ἀνιστόρησα] Cf. c. 71—73. p. 297 sq..

12. ἃ ... ἐπεποιήκεισαν] Idem

alii vero filii quidem Abrahami invenirentur, sed instar arenae in maris littore iacentis essent, quae sane est et infoecunda et infructuosa, ac plurima quidem et innumerabilis, nullum vero prorsus fructum ferens, sed tantum maris aquam bibens; cuius quidem rei etiam magna in vestro genere multitudo arguitur, ut qui doctrinas amaritudinis et impietatis bibant, dei autem verbum respuant. Ait igitur etiam in Iuda: *Non deficiet princeps ex Iuda et dux ex femoribus eius, donec veniant quae reposita sunt ei; et ipse erit exspectatio gentium.* Atque hoc non in Iudam dictum esse sed in Christum liquet; etenim Iudam omnes ex gentibus omnibus non exspectamus, sed Iesum qui et patres vestros ex Aegypto eduxit. Nam usque ad Christi adventum prophetia praenuntiabat: *Donec veniat cui repositum est; et ipse erit exspectatio gentium.* Venit igitur, ut etiam multis demonstravimus, et exspectatur rursus adventurus super nubibus Iesus, cuius nomen profanatis et ut in omni terra profanetur operam datis. Poteram equidem, inquam, o viri, contra vos decertare de voce illa, quam ita interpretamini ut dictum esse asseratis: *Donec veniant quae reposita sunt ei*; non enim ita interpretati sunt septuaginta, sed: *Donec veniat cui repositum est.* Quum vero haec in Christum dicta esse pateat ex iis quae sequuntur (sic enim habent: *Et ipse erit exspectatio gentium*), de vocula vobiscum disputare non aggredior: quemadmodum neque ex scripturis quas non agnoscitis, id est ex recitatis a me Ieremiae prophetae et Esdrae et Davidis verbis, demonstrationem de Christo facere studui, sed ex iis quae hucusque ratae a vobis habentur; quas si intellexissent doctores vestri, probe sciatis deleturos fuisse, sicut etiam eas deleverunt quae ad mortem Iesaiae spectant, quem serra lignea

dicunt Irenaeus adv. haeres. III. c. 21. §. 1. 5, Eusebius Demonstr. evang. VI. p. 257. ed. Colon., alii.

13. *ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε*] Iesaiam serra consectum periisse permulti narrant: v. c. auctor Ascens. Iesaiae vatis (Proph. vett. pseudepigr. ed. Gfroerer.) c. 5. p. 11 sq., Primasius et Theophylactus ad Hebr. 11, 37, Hieronymus Comm. in Ies. 57, 2. Theophyl. l. c.: *Ἐπρίσθησαν· ὡς Ἡσαΐας ὑπὸ Μανασσῆ*,

ἐπρίσατε, μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῆ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιοῦν μέλλοντος, τοὺς δὲ ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν τοῖς [14] ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν πέμψειν ἤδη φήσαντος. [15] Ἥξουσι γάρ, εἶπεν, ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. [16] Καὶ ταῦτα, εἶπον, ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς C
φροντίζω ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος, [17] ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι.

121. Καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων αὐτῶν [1] ἐπέφερον· [2] Διὰ Δαυὶδ πα-

ὃν καὶ ξυλίνῳ πρίονι φασι πρισθῆναι, ἵνα ἀλγεινοτέρα αὐτῷ εἴη ἡ τιμωρία ἐπὶ πλεῖον κολαζομένῳ. Hieron. in Iesai. 1, 10: „Aiunt Hebraei ob duas causas interfectum Isaiam: quod *principes Sodomorum et populum Gomorrae* eos appellaverit, et quod, domino dicente ad Mosen *Non poteris videre faciem meam*, iste ausus sit dicere *Vidi dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum.*"

14. ὁμοίοις] Adverbialiter quoque legi potest ὁμοίως. *Sylburgius.*

15. Ἥξουσι ... ἐξώτερον] Matth. 8, 11. 12.

16. *Καὶ* etc.] Codd. msti, Stephan., Iebb., Thirlb.: *Καὶ ταῦτα εἶπεν, ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ* —. Caeteri pro εἶπεν dederunt εἶπον. Sylburgius mallet εἰπὼν et mox ἔτι (pro ὅτι), ut sensus fiat: *Et haec quum dixi, propterea dicta velim, quia nullam amplius cuiusquam rei curam ago quam ut verum dicam.* At Thirlbius coniecit: *Καὶ ταῦτα ἃ εἶπον, ἅτε οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων*, vel *ὅτι ... φροντίζω* etc. — vel *Καὶ ταῦτα, εἶπον, ἅτε οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων*. Lectionem, a me receptam, iam Langus indicavit: *Atque ista, inquam, dico, quod nihil omnino, praeterquam ut vera loquar, curem, neminem prorsus metuens.*

17. ἐγγράφως] Maranus vult reddi *oblato ad acta scripto*, h. e. quod petii ut in acta reciperetur — vel (in Add.) *scripto actis consignato*, ut quid impetraverit dicat. Loca a V. D. allata nihil valent. Iustinus vult exprimere se non o r e sed s c r i p t o (similiter ἐγγράφως ὑπεθέμην auctor Epist. ad Zen. et

dissecuistis: quod et ipsum symbolum est Christi, qui genus vestrum bifariam divisurus est, et alios quidem pro meritis cum sanctis patriarchis et prophetis aeterno regno dignaturus est, alios vero ad condemnationem ignis inexstinguibilis cum similibus ex omni gente incredulis et immutari nolentibus missurum se iam pronuntiavit. *Venient enim*, inquit, *ab occidente et oriente*, *et recumbent cum Abrahamo et Isaaco et Iacobo in regno coelorum; filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Atque ista, inquam, quia nihil prorsus curo nisi ut verum dicam, dixerim, neminem reveriturus, etiamsi oporteat statim a vobis membratim discerpi. Neque ex genere meo, id est ex Samaritanis, quemquam curans, quum Caesarem scripto compellarem, dixi eos errore decipi, quippe qui Simoni gentis suae mago fidem haberent, quem deum supra omnem principatum et potestatem et virtutem esse dicunt.

121. Et quiescentibus illis adieci: Per Davidem, o amici,

Seren. c. 14 dixit) Caesarem compellasse. Respicit autem alterutram Apologiam: scilicet in utraque Simonem Magum et Samaritanos diserte commemorat. Ita enim Apol. II. c. 15: *Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα.* Quum vero Martyr, ut Grabius (Spicileg. SS. PP. T. I. p. 158 sq.) admonuit, rem ipsam in Apol. I. c. 26 dixerit his verbis: *Καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι* (coll. c. 56) — quumque locus et tempus vix patiantur Dialogum cum Tryphone Ephesi habitum Apologia posteriori posteriorem facere (hac enim oblata non amplius Roma abiisse nec diu supervixisse vulgo putatur Iustinus): in communi acquiesco sententia, qua prioris Apologiae hic respectus habetur.

1. ἐπέφερον] Sic etiam cc. 59. 126. 130, alibi saepius. Vitiose codd. msti et editi ἔφερον.

2. Διὰ Δαυὶδ] Langus vertit: *David, de Christo hoc agens.* Melius Pearsonus et interpres Campidonensis pro διὰ legunt διό. Sed ab emendatione abstineo. Supple γραφή (Maran.), aut melius θεός (Thirlb., v. Brunn) vel, quod praeferendum, λόγος (ut paulo infra et c. 122; vide c. 115. n. 6). Ut enim c. 120 in. narratum est: Deus Isaaco et Iacobo dixit in ipsorum semine omnes gentes fore benedictas; nunc vero per Davidem de Christo loquens non iam, ut antea, dicit in semine eius sed in ipso gentes benedictum iri.

ρὶ τούτου λέγων τοῦ Χριστοῦ, ὦ φίλοι, οὐκέτι ἐν τῷ σπέρματι
αὐτοῦ εἶπεν εὐλογηθήσεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλ' ἐν αὐτῷ. Οὕτω δὲ D
ἐκεῖ ἔστι· [3] Τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνα-
τελεῖ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη. Εἰ δὲ ἐν
τῷ Χριστῷ εὐλογεῖται τὰ ἔθνη πάντα, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν
ἐπὶ τοῦτον πιστεύομεν, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ ἡμεῖς οἱ δι'
αὐτοῦ εὐλογημένοι. Τὸν μὲν ἥλιον ὁ θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς
τὸ προσκυνεῖν αὐτόν, [4] ὡς γέγραπται, καὶ οὐδένα οὐδέποτε ἰδεῖν
ἔστιν ὑπομείναντα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον πίστιν ἀποθανεῖν· διὰ
δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων καὶ ὑπομεί- 350
ναντας καὶ ὑπομένοντας πάντα πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀρνήσασθαι
αὐτὸν ἰδεῖν ἔστι. Πυρωδέστερος γὰρ αὐτοῦ ὁ τῆς ἀληθείας καὶ
σοφίας λόγος καὶ [5] φωτεινότερος μᾶλλον τῶν ἡλίου δυνάμεών ἐστι,
καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας καὶ τοῦ νοῦ εἰσδύνων. Ὅθεν καὶ
ὁ λόγος ἔφη· [6] Ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ
πάλιν, [7] Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτοῦ, Ζαχαρίας φησί. Καὶ περὶ τοῦ
αὐτοῦ λέγων εἶπεν, ὅτι [8] Κόψονται φυλὴ κατὰ φυλήν. [9] Εἰ δὲ
ἐν τῇ ἀτίμῳ καὶ ἀειδεῖ καὶ ἐξουθενημένῃ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ
τοσοῦτον ἔλαμψε καὶ ἴσχυσεν, ὡς ἐν μηδενὶ γένει ἀγνοεῖσθαι αὐτὸν
καὶ ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς κακῆς B
ἑκάστου γένους πολιτείας, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι
αὐτοῦ τῷ ὀνόματι καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας τούτου
τὸ ὄνομα παρὰ πάντας τοὺς ἀποθανόντας δεδοικέναι, οὐκ ἐκ

3. Τὸ ... ἔθνη] Psalm. 71, 17. Maranus distinctionis signum post αἰῶνα omisit. Ante τὸ ὄνομα Iustinus c. 34 praebet ἔσται, quod hic post ἔστι fortasse intercidit. Thirlbius: „Non minus verisimile est a Iustino illud neglectum esse."

4. ὡς γέγραπται] Deuteron. 4, 19. Vide c. 55. n. 1.

5. φωτεινότερος μᾶλλον] Cf. Apol. I. c. 19. n. 1.

6. Ὑπὲρ ... αὐτοῦ] Psalm. 71, 17.

7. Ἀνατολὴ ... αὐτοῦ] Zachar. 6, 12.

8. Κόψονται ... φυλήν] Zachar. 12, 12. — Stephan., Iebb., Thirlb. male ὄψονται dant pro κόψονται.

9. Εἰ δὲ etc.] Codd. msti et editi Εἰ δὲ ... ὥστε ... οὖς ἐκ παντὸς τρόπου ... πάντα. ἡμῖν οὖν etc.. — Thirlbius vult legi: Εἰ γὰρ ... ὥς τε ... οὐκ (sive πῶς οὐκ) ἐκ παντὸς τρόπου ... πάντα; Ἡμῖν οὖν etc. — ut connexio sit: Κόψονται φυλὴ κατὰ φυλήν, scil. ἐν

de hoc Christo loquens non iam *in semine eius* dicit benedictum iri gentes, sed *in eo.* Sic autem ibi exstat: *Nomen eius in saeculum, super solem exorietur; et benedicentur in eo omnes gentes.* Si autem in Christo benedicuntur gentes omnes, et ex omnibus gentibus in hunc credimus: et ipse Christus est et nos per eum benedicti. Solem quidem deus dederat prius ad adorandum, ut scriptum est: nec quisquam unquam exstitit qui mortem propter fidem in solem oppeteret; at ex omni genere hominum cernere licet qui propter nomen Iesu quaelibet et pertulerint et perferant ne eum negent. Ardentior enim est eius veritatis et sapientiae sermo et lucidior solis virtutibus, et in recessus cordis et mentis penetrat. Unde etiam effatum dixit: *Super solem exorietur nomen eius.* Et rursus, *Oriens nomen eius,* Zacharias ait. Is de eodem loquens dixit: *Plangent tribus secundum tribum.* Quodsi in inglorio et informi et despecto primo adventu suo tantum resplenduit ac valuit, ut nulla in gente ignotus sit et ubique homines ex veteri cuiusvis generis mala vivendi consuetudine poenitentiam agant, unde etiam daemones eius nomini subiiciuntur ac principatus omnes regnaque nomen eius supra omnes defunctos reformidant: nonne in glorioso adventu omnes pror-

τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ. Εἰ γὰρ ἐν τῇ ἀτίμῳ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἴσχυσεν ... [πῶς] οὐκ ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτόν; Equidem nil mutavi nisi *οὗς* in *οὐκ*, et punctum interrogans reposui. Non opus est *ὥς τε* (pro *ὥστε*) legere; nam verba *ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια* etc. commodo referuntur ad ea quae proxime praecedunt. Maranus: „Perspicuum enim est formidinem illam, quam Christi nomen daemonibus et potestatibus terrae (c. 49) incutiebat, fructum esse evangelii in toto terrarum orbe praedicati." — Verba *ἀπὸ παντός*, nisi pro *πάντως* (ut *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς* = *προφανῶς* Thucyd. de bell. Pel. II. c. 93) capere velis, ita intelligenda sunt quasi scriptum esset *τοὺς ἀπὸ παντός*, scil. *γένους*: *homines omnis generis:* quae quidem loquendi ratio est Iustino familiaris. — Praeterea Thirlbius, omisso vocabulo *ἀδίκως* ante *ἀποστάντας*, legi vult *τοὺς ἀδίκως μισήσαντας αὐτόν*, prout Apol. I. cc. 1. 20. 45. Vulgata vero scriptura facile toleratur.

παντὸς τρόπου ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας
τοὺς μισήσαντας αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας, τοὺς
δὲ ἰδίους ἀναπαύσει, ἀποδιδοὺς αὐτοῖς τὰ προσδοκώμενα πάντα;
Ἡμῖν οὖν ἐδόθη καὶ ἀκοῦσαι καὶ [10] *συνεῖναι καὶ σωθῆναι διὰ*
τούτου τοῦ Χριστοῦ [11] *καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιγνῶναι πάντα.*
Διὰ τοῦτο ἔλεγε πρὸς αὐτόν· [12] *Μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε* C
παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ καὶ τὰς διασπορὰς
τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί
σε εἰς σωτηρίαν αὐτῶν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

122. *Ταῦτα ὑμεῖς μὲν εἰς* [1] *τὸν γηόραν καὶ τοὺς προσηλύτους*
εἰρῆσθαι νομίζετε, τῷ ὄντι δὲ εἰς ἡμᾶς εἴρηται τοὺς διὰ Ἰησοῦ
[2] *πεφωτισμένους. Ἢ γὰρ ἂν κἀκείνοις ἐμαρτύρει ὁ Χριστός·*
[3] *νῦν δὲ διπλότερον υἱοὶ γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθε. Οὐ*
πρὸς ἐκείνους οὖν οὐδὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα λέλεκται
ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς, περὶ ὧν ὁ λόγος λέγει· [4] *Ἄξω ἐν ὁδῷ τυφλοὺς* D
ἣν οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους οὓς οὐκ ᾔδεισαν πατήσουσι. Κἀ-

10. *συνεῖναι*] Pearson. perperam *συνιέναι* legit. Cf. Apol. I. c. 14. n. 1.

11. *καὶ ... πάντα*] Coll. Ioann. 14, 7.

12. *Μέγα ... γῆς*] Iesai. 49, 6.

1. *τὸν γηόραν*] Melius *τὸν γηώραν* penultima longa scriberetur. Gallandius mallet *τὸν γειώραν* vel *τοὺς γειώρας*. Itacismus (*γιόρας* s. *γιώρας*) fortasse in causa fuit, cur ι et η confunderentur (Apol. I. c. 49. n. 8, c. 52. n. 1, c. 55. n. 12). Singularis vero numerus non admodum est offensioni. Vox respondet Syrorum גיורא, = Hebr. גֵר, h. e. *homo extra patriam degens, hospes, advena.* Bis occurrit apud Septuaginta: Exod. 12, 19: *ἔν τε τοῖς γειώραις καὶ ἐν τοῖς αὐτόχθοσι τῆς γῆς* — et Iesai. 14, 1: *ὁ γειώρας προστεθήσεται πρὸς αὐτούς.* Aquila, Symmachus, Theodotion hic *προσήλυτος* praebent. Comp. Iulii Africani verba ap. Euseb. Hist. eccl. I. c. 7 (ed. Heinich. T. I) p. 54 sq.. Hesychius *γειώρας* explicat *γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτους.* Theodoretus in Iesai. 14, 1 (Opp. ed. Schulze T. II) p. 266: *Γειώρας τῇ ἑλλάδι φωνῇ ὁ προσήλυτος ἑρμηνεύεται· προσηλύτους δὲ ἐκάλουν τοὺς ἐκ τῶν ἐθνῶν προσιόντας καὶ τὴν νομικὴν πολιτείαν ἀσπαζομένους.* Et significationem illam vides apud Iustinum quoque observatam; dicit enim infra c. 123. p. 351. D: *Οὐδὲν γὰρ χρήζουσιν οἱ προσήλυτοι διαθήκης, εἰ ... περὶ ἐκείνων οὕτως ἡ γραφὴ λέγει· Καὶ προστεθήσεται καὶ ὁ γηόρας πρὸς αὐτούς* (Ies. l. c.) etc.. Non igitur *γειώρας* et *προσηλύτους* distinguit, id quod etiam (ut

sus evertet qui eum oderint et qui ab eo inique defecerint, suos autem inducet in requiem, tradens iis omnia quae exspectaverunt? Nobis igitur datum est et audire et intelligere et salvari per hunc Christum et omnia quae sunt patris cognoscere. Propterea dicebat ad eum: *Magnum tibi est ut voceris servus meus, ut constituas tribus Iacobi et dispersiones Israelis convertas. Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem earum usque ad extremum terrae.*

122. Haec vos quidem in georam et proselytos dicta existimatis, revera autem in nos dicta sunt qui per Iesum illuminati sumus. Nam profecto illis quoque testimonium perhibuisset Christus: nunc autem *duplo magis filii gehennae*, ut ipse dixit, fitis. Non ad illos ergo prophetarum dicta pertinent sed ad nos, de quibus effatum dicit: *Ducam in via caecos quam nesciunt, et semitas quas ignoraverunt ambu-*

Kimmel. recte advertit: *Theol. Literaturblatt. z. Allg. Kirchenzeitung* 1844. N. 94. p. 785) patet ex iis quae infra dicuntur: *Πρὸς τὸν νόμον λέγει καὶ τοὺς προσηλύτους ταῦτα;* Unde coniicere licet nostro loco verba *καὶ τοὺς προσηλύτους* imperitia amanuensis in contextum esse infulta; fortasse enim quidam huius loci lector ad *τὸν γηόραν* explicandum in margine aut supra lineam scripsit *τοὺς προσηλύτους*, quae verba indoctus librarius recepit in textum et connexionis causa *καὶ* inseruit. Quod si negaveris, concedas necesse est in vocula *καὶ* hic explicandi vim inesse. — Aliter Gallandius statuit. Nimirum *γειώρας* ad proselytos *iustitiae* seu *foederis* refert, qui se adigebant universae legi mosaicae observandae, *προσηλύτους* ad proselytos *portae* seu *domicilii*, qui septem praecepta noachica observabant. Ast hoc utriusque vocis discrimen neque rationum momentis neque exemplis aliunde allatis firmavit.

2. *πεφωτισμένους*] Infra *πεφωτισμένων*. Vide Apol. I. c. 61. n. 15. — Mox *Ἡ γὰρ ἂν* pro vulg. *ἦ γὰρ ἂν* Maranus edidit.

3. *νῦν ... γίνεσθε*] Matth. 23, 15. — H. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 88) legendum coniecit *νῦν δὲ διπλ. υἱοὺς γεέννης ... γίνεσθαι ποιεῖτε*. Non male Thirlbius *γίνονται* mallet. Servo equidem scripturam receptam. *Duplo filii gehennae fitis:* nimirum quum iudaica instituta amplectimini. Quae enim proselytis dicit (Maran.) ea Iudaeis ipsis dici poterant, quibuscum proselytos unum esse populum c. 123 probat.

4. *Ἄξω ... ἐξελεξάμην*] Iesai. 42, 16 et 43, 10. — Pro *οὓς* exspectabas *ἅς*. Sed istud comparet quoque in aliquot *τῶν ο΄* codd. mstis (ap. Pars.).

γὼ μάρτυς, λέγει κύριος ὁ θεός, καὶ ὁ παῖς μου ὃν ἐξελεξάμην. Τίσιν οὖν μαρτυρεῖ ὁ Χριστός; Δῆλον ὡς τοῖς πεπιστευκόσιν. Οἱ δὲ προσήλυτοι οὐ μόνον οὐ πιστεύουσιν, ἀλλὰ διπλότερον ὑμῶν βλασφημοῦσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς τοὺς εἰς ἐκεῖνον πιστεύοντας καὶ φονεύειν καὶ αἰκίζειν βούλονται· κατὰ πάντα γὰρ ὑμῖν ἐξομοιοῦσθαι σπεύδουσι. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις βοᾷ· [5]Ἐγὼ κύριος ἐκάλεσά σε τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός 351
σου καὶ ἰσχύσω σε, καὶ θήσω σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους. Ἐπεὶ καὶ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν τῶν πεφωτισμένων εἴρηται. Ἢ πάλιν ὑμεῖς ἐρεῖτε· Πρὸς τὸν νόμον λέγει καὶ τοὺς προσηλύτους ταῦτα;

Καὶ ὥσπερ ἐν θεάτρῳ ἀνέκραγόν τινες τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων· Ἀλλὰ τί; Οὐ πρὸς τὸν νόμον λέγει καὶ τοὺς φωτιζομένους ὑπ' αὐτοῦ; Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ προσήλυτοι.

Οὔκ, ἔφην, ἀπιδὼν πρὸς τὸν Τρύφωνα. Ἐπεὶ εἰ νόμος εἶχε τὸ φωτίζειν τὰ ἔθνη καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτόν, τίς χρεία καινῆς B
διαθήκης; [6]Ἐπειδὴ καινὴν διαθήκην καὶ νόμον αἰώνιον καὶ πρόσταγμα ὁ θεὸς προεκήρυσσε πέμψειν, οὐχὶ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκουσόμεθα καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἡμᾶς τὰ ἔθνη, οὓς ἐφώτισεν, ὥς πού φησιν· [7]Οὕτω λέγει κύριος· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν καὶ κληρονομίαν κληρονομῆσαι ἐρήμους. Τίς οὖν ἡ κληρονομία τοῦ Χριστοῦ; Οὐχὶ τὰ ἔθνη; Τίς ἡ διαθήκη τοῦ θεοῦ; Οὐχ ὁ Χριστός; Ὡς καὶ ἀλλαχοῦ C
φησιν· [8]Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.

123. Ὡς οὖν πάντα ταῦτα εἴρηται πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ τὰ ἔθνη, οὕτως [1]κἀκεῖνα εἰρῆσθαι νομίζετε. Οὐδὲν γὰρ χρῄζουσιν

5. Ἐγὼ ... πεπεδημένους] Ies. 42, 6. 7. — Maranus καὶ ante ἰσχύσω omisit errore.

6. Ἐπειδὴ] Fortasse scripsit Iustinus ἐπεὶ δέ. Ferri tamen vulgaris scriptura potest. Cf. c. 113.

labunt. Et ego testis, dicit dominus deus, et servus meus quem elegi. Quibus igitur testimonium perhibet Christus? Credentibus videlicet. Proselyti autem non modo non credunt, immo duplo magis quam vos blasphemias in nomen eius proferunt, ac nos in eum credentes et occidere et excruciare volunt: in omnibus enim assimilari vobis contendunt. Et rursus alibi clamat: *Ego dominus vocavi te in iustitia, et apprehendam manum tuam et confortabo te, atque ponam te in foedus generis, in lucem gentium, ut aperias oculos caecorum, educas ex vinculis compeditos.* Nam haec quoque, o viri, ad Christum et de gentibus illuminatis dicta sunt. An rursus vos dicetis: Ad legem et ad proselytos haec dicit?

Et tamquam in theatro vociferati sunt nonnulli eorum qui postridie venerant: Quid? Nonne ad legem et ad eos qui illuminantur ab ea loquitur? Hi autem sunt proselyti.

Minime, inquam, ad Tryphonem respiciens. Nam si lex posset illuminare gentes et eos qui legem habent, quid opus esset novo foedere? Quoniam novum foedus et aeternam legem ac mandatum deus praenuntiabat se missurum esse, non veterem legem eiusque proselytos intelligemus, sed Christum ipsiusque proselytos, hoc est nos gentes, quos illuminavit, quemadmodum alicubi ait: *Sic dicit dominus: Tempore accepto exaudiri te, et in die salutis auxiliatus sum tibi, et dedi te in foedus gentium, ut constitueres terram et haereditatem acciperes loca deserta.* Quaenam igitur est haereditas Christi? Nonne gentes? Quodnam foedus dei? Nonne Christus? Quemadmodum etiam alibi dicit: *Filius meus es tu, ego hodie te genui; postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.*

123. Quemadmodum igitur omnia haec ad Christum et gentes dicta sunt, ita etiam illa existimate dicta esse. Neuti-

n. 8. 7. Οὕτω . . . ἐρήμους] Iesai. 49, 8.

8. Υἱός . . . γῆς] Psalm. 2, 7. 8. 1. κἀκεῖνα] Prophetica effata c. 121.

οἱ προσήλυτοι διαθήκης, εἰ, ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς περι-
τεμνομένοις κειμένου νόμου, περὶ ἐκείνων οὕτως ἡ γραφὴ λέγει·
[2] Καὶ προστεθήσεται καὶ ὁ γηόρας πρὸς αὐτούς, καὶ προστεθήσεται
πρὸς τὸν οἶκον Ἰακώβ. [3] Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος ὁ περιτεμνόμενος
εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι ἐστὶν ὡς αὐτόχθων, ἡμεῖς δὲ λαὸς D
κεκλῆσθαι ἠξιωμένοι [4] ὁμοίως ἔθνος ἐσμὲν διὰ τὸ ἀπερίτμητοι
εἶναι. Πρὸς δὲ καὶ γελοῖόν ἐστιν ἡγεῖσθαι ὑμᾶς τῶν μὲν προση-
λύτων αὐτῶν ἀνεῷχθαι τὰ ὄμματα, [5] ὑμῶν δὲ οὔ, καὶ ὑμᾶς μὲν
ἀκούειν τυφλοὺς καὶ κωφούς, ἐκείνους δὲ πεφωτισμένους. [6] Καὶ
ὅτι γελοιότερον ἀποβήσεται ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, εἰ τὸν νόμον τοῖς
ἔθνεσι δεδόσθαι φήσετε, [7] ὑμεῖς οὔτε ἐκεῖνον τὸν νόμον ἔγνωτε.
[8] Ηὐλαβεῖσθε γὰρ ἂν τὴν τοῦ θεοῦ ὀργήν, καὶ υἱοὶ ἄνομοι καὶ
ῥεμβεύοντες οὐκ ἂν ἦτε, δυσωπούμενοι ἀκούειν ἑκάστοτε λέγοντος
αὐτοῦ· [9] Υἱοί, οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς· καί· [10] Τίς τυφλὸς 352
ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου, καὶ κωφὸς ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν;
Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ. [11] Εἴδετε πολλάκις, καὶ
οὐκ ἐφυλάξασθε· ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε.
[12] Εἰ καλὸς ὑμῶν ὁ ἔπαινος τοῦ θεοῦ, καὶ θεοῦ μαρτυρία δού-

2. Καὶ ... Ἰακώβ] Iesai. 14, 1. — Cf. supra c. 122. n. 1.

3. Καὶ ὅτι etc.] Ex Reg. Stephan., Iebb., Thirlb. ediderunt καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος ὁ περιτεμνόμενος, εἰ τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι ἐστὶν ὡς etc., Sylburg. et Morell. ex emendatione καὶ ... περιτεμνόμενος, εἰ τῷ λαῷ προσκεχώρηκεν, ἐστὶν ὡς etc.. At inepta esset dubitatio: „si ad populum accesserit" — quasi proselytarum circumcisorum dumtaxat nonnulli populo adiungerentur. Thirlbius mallet καὶ ἔτι ... περιτεμνόμενος ἐν τῷ (vel ἐν τῷ τῷ) λαῷ προσκεχωρηκέναι ἐστὶν ὡς etc.. Clar. praebet καὶ ὅτι ... εἰς τῷ καλῷ προσκεχωρηκέναι etc.: unde Maranus, monstratam viam secutus, καὶ ὅτι ... εἰς τῷ λαῷ προσκεχ. etc. textui inseruit, id quod haud improbaverim. Tibi forsitan magis placet εἰς τὸ τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι. — Verbis autem Καὶ ὅτι μὲν etc. secunda Iustini ratio continetur. Tres enim, ut Maranus notavit, rationes affert, cur praeclara illa testimonia ad proselytos Iudaeorum detorqueri non possint. „Prima, quia Iudaeis et proselytis una et eadem lex, non ergo in proselytis promissio novae legis impletur. Secunda, quia Iudaei et proselyti unus sunt populus, unde manifesta conclusio est proselytos non esse illam gentium haereditatem Christo promissam. Tertia, quia absurdum foret proselytos illuminatos dici, caecos vero Iudaeos."

4. ὁμοίως] Ponitur interdum ubi ὅμως (*tamen*) exspectabas. C.

quam enim indigent proselyti foedere, si, quum una et eadem lex omnibus circumcisis posita sit, de illis scriptura sic loquitur: *Et apponetur etiam georas ad ipsos, et apponetur ad domum Iacobi.* Tum etiam quia proselytus, qui circumcisus est ut ad populum accedat, est instar indigenae: nos autem, qui populi appellatione dignati sumus, tamen gens sumus propterea quod circumcisi non simus. Insuper ridiculum quoque est ut existimetis proselytorum quidem ipsorum oculos apertos esse, vestros autem nequaquam, ac vos quidem dici caecos et surdos, illos autem illuminatos. Tum res magis ridicula vobis videbitur, si legem gentibus datam dixeritis, vos autem illam legem non noveritis. Metuissetis enim dei iram, nec filii iniqui essetis et errore vagantes, sed cavissetis ne eum semper dicentem audiretis: *Filii, quibus non est fides in ipsis* — et: *Quis caecus nisi pueri mei, et surdus nisi qui dominantur iis? Et excaecati sunt servi dei. Vidistis saepe, et non observastis; apertae aures vestrae, et non audivistis.* An praeclara haec laus

124: ... *οὗτοι ὁμοίως τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ ἐξομοιούμενοι.* Sic Herodotus Hist. VII. c. 121: *Οἱ μὲν δὴ πεζόμενοι ὁμοίως τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον.* Plato Men. p. 78. D. ed. Steph.: *κἂν ἀδίκως τις αὐτὰ πορίζηται, ὁμοίως σὺ αὐτὰ (αὐτὸ?) ἀρετὴν καλεῖς;* — Statim pro *ἔθνος* Thirlb. mallet *ἔθνη*.

5. *ὑμῶν ... ὑμᾶς*] Codd. msti et editi *ἡμῶν ... ἡμᾶς*.

6. *Καὶ ὅτι*] Hic etiam [vid. n. 3] coniicit Thirlbius legendum *καὶ ἔτι*. Probabilior sane coniectura eique libenter assentior [vid. c. 46. n. 2]: quamvis illud *καὶ ὅτι* eodem sensu ac paulo ante intelligi possit. *Maranus.*

7. *ὑμεῖς οὔτε*] Fortasse *ὑμεῖς δὲ οὐκ* vel *ὑμεῖς δὲ οὐδέ*. Cf. Apol. I. c. 36. n. 3.

8. *Ηὐλ. γὰρ ἂν*] Scil. *si legem nossetis.*

9. *Υἱοί ... αὐτοῖς*] Deuteron. 32, 20.

10. *Τίς ... ἠκούσατε*] Iesai. 42, 19. 20.

11. *Εἴδετε* etc.] Codd. msti et editi pro *Εἴδετε* habent *εἰ δέ γε*. Literae *Γ* et *Τ* haud raro commutantur; cf. c. 69. n. 11. Inepte (Marano excepto) sic interpungunt: *εἰ δέ γε πολλάκις καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε εἰ καλὸς ... πρέπουσα, οὐκ* etc., ista verba (*εἴδετε ... ἠκούσατε*) non Iesaiae sed Iustino perperam attribuentes.

12. *Εἰ καλὸς*] Thirlb. legi vult *Καλὸς* vel *Ἠ καλὸς* —. Fortasse *Ἦ καλὸς* —; Sed vulgata lectio non

λοις πρέπουσα; Οὐκ αἰσχύνεσθε πολλάκις [13] ταὐτὰ ἀκούοντες, οὐδ' ἀπειλοῦντος τοῦ θεοῦ φρίσσετε, ἀλλ' ἢ λαὸς μωρὸς καὶ σκληροκάρδιός ἐστε. [14] Διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, λέγει κύριος, καὶ μεταθήσω αὐτούς, καὶ ἀπολῶ
τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω. Εὐ- B
λόγως. Οὐ γὰρ σοφοί ἐστε οὐδὲ συνετοί, ἀλλὰ δριμεῖς καὶ πανοῦργοι· [15] σοφοὶ εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον, γνῶναι δὲ βουλὴν θεοῦ κεκρυμμένην ἢ διαθήκην κυρίου πιστὴν ἢ τρίβους αἰωνίους εὑρεῖν ἀδύνατοι. Τοιγαροῦν· [16] Ἐγερῶ, φησί, τῷ Ἰσραὴλ καὶ τῷ Ἰούδᾳ σπέρμα ἀνθρώπων καὶ σπέρμα κτηνῶν. Καὶ διὰ Ἡσαΐου περὶ ἄλλου Ἰσραὴλ οὕτω φησί· [17] Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τρίτος Ἰσραὴλ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις, εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ, ἣν εὐλόγησε κύριος σαβαὼθ λέγων· Εὐλογημένος ἔσται ὁ
λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ὁ ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου C
Ἰσραήλ. Εὐλογοῦντος οὖν τοῦ θεοῦ καὶ Ἰσραὴλ τοῦτον τὸν λαὸν καλοῦντος καὶ κληρονομίαν αὐτοῦ βοῶντος εἶναι, πῶς οὐ μετανοεῖτε ἐπί τε τῷ ἑαυτοὺς ἀπατᾶν, ὡς μόνοι Ἰσραὴλ ὄντες, καὶ ἐπὶ τῷ καταρᾶσθαι τὸν εὐλογημένον τοῦ θεοῦ λαόν; Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πέριξ αὐτῆς ἔλεγε χώρας, οὕτω πάλιν ἐπεῖπε· [18] Καὶ γεννήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους, τὸν λαόν μου Ἰσραήλ, καὶ κληρονομήσουσιν ὑμᾶς καὶ ἔσεσθε αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν, καὶ οὐ μὴ προστεθῆτε ἔτι ἀτεκνωθῆναι ἀπ' αὐτῶν.

Τί οὖν; φησὶν ὁ Τρύφων. Ὑμεῖς Ἰσραήλ ἐστε, καὶ περὶ ὑμῶν λέγει ταῦτα;

Εἰ μέν, ἔφην αὐτῷ, μὴ περὶ τούτων καὶ πολὺν λόγον πε- D
ποιήμεθα, κἂν ἀμφέβαλλον μή τι οὐ [19] συνιῶν τοῦτο ἐρωτᾷς·

vitiosa est. Cf. c. 122. p. 351. A. — Iustinus verbis θεοῦ μαρτυρία δούλοις πρέπουσα respicit Iesaiae verba modo recitata: ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ. „Quare," ut Thirlbius ait, „fortasse potius scripsisse videatur μαρτυρία δούλοις θεοῦ πρέπουσα, praesertim cum nemini placere possit ὁ ἔπαινος τοῦ θεοῦ καὶ θεοῦ μαρτυρία. Sed et huic quoque lectioni repugnare videtur prius θεοῦ. Fortasse delendum posterius. Sed nihil mutamus, quippe qui in huiusmodi rebus librariorum fide libenter stemus."

13. ταὐτὰ] Codd. msti et editi ταῦτα. Cf. c. 113. n. 5. — Mox Thirlbius pro σκληροκάρδιος mallet rescribere ἀκάρδιος, fretus loco Ierem. 5, 21. 22.

quam deus vobis tribuit, et dei testimonium servos decens? Non vos pudet saepe eadem audire, nec deo comminante contremiscitis, sed profecto populus estis insipiens et corde obduratus. *Propterea ecce addam ut transferam populum hunc*, dicit dominus, *et transferam eos*, *et perdam sapientiam sapientium et intelligentiam intelligentium occultabo.* Merito. Non enim sapientes estis neque prudentes, sed astuti et versuti: in hoc tantum sapientes ut male agatis, absconditum vero dei consilium aut foedus domini fidele cognoscere aut aeternas semitas invenire non potestis. Itaque: *Excitabo*, inquit, *Israeli et Iudae semen hominum et semen pecudum.* Et per Iesaiam de alio Israele sic loquitur: *Die illo erit tertius Israel in Assyriis et Aegyptiis*, *benedictus in terra*, *quam benedixit dominus sabaoth dicens: Benedictus erit populus meus qui est in Aegypto et qui est in Assyriis*, *et haereditas mea Israel.* Quum igitur deus hunc populum benedicat et Israelem vocet et haereditatem suam esse clamet: quomodo poenitentiam non agitis et quod vos ipsi decipiatis, quasi soli Israel sitis, et quod benedictum hunc dei populum diris devoveatis? Etenim postquam ad Hierosolyma et quae circa ea sunt regiones locutus est, sic rursus addidit: *Et generabo super vos homines*, *populum meum Israelem: et haereditate possidebunt vos et eritis iis in possessionem*, *et non addetur vobis ultra ut absque liberis vos faciant.*

Quid igitur? inquit Trypho. Vos Israel estis, ac de vobis haec dicit?

Si quidem, aiebam illi, non de his idque multa disseruissem, utique dubitarem utrum id non intelligens interrogave-

14. *Διὰ ... κρύψω*] Iesai. 29, 14.

15. *σοφοὶ εἰς τὸ κακοπ. μόνον — τρίβους αἰων. εὑρεῖν*] Coll. Ierem. 4, 22; 6, 16. — Pro *ἀδύνατοι* dicit Thirlbius elegantius esse *ἀσύνετοι*.

16. *Ἐγερῶ ... κτηνῶν*] Ierem. 31, 27. — Vulgo *Τοιγαροῦν ἐγερῶ* = *Itaque excitabo.*

17. *Τῇ ... Ἰσραήλ*] Iesai. 19, 24. 25.

18. *Καὶ ... αὐτῶν*] Ezech. 36, 12.

19. *συνιῶν*] Vulgo perperam *συνιών*. Cf. c. 27. n. 8.

ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ ἀποδείξεως καὶ συγκαταθέσεως καὶ τοῦτο συνηγάγομεν τὸ ζήτημα, οὐ νομίζω σε ἀγνοεῖν μὲν τὰ προειρημένα οὐδὲ πάλιν φιλεριστεῖν, ἀλλὰ προκαλεῖσθαί με καὶ [20] τούτοις τὴν αὐτὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι.

Καὶ [21] τῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν νεύματι συντιθεμένου· Πάλιν, ἔλεγον ἐγώ, ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, ὦσὶν ἀκούοντες εἴ ἄρα ἀκούετε, περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων ὁ θεὸς ἐν παραβολῇ Ἰακὼβ αὐτὸν κα- 351
λεῖ καὶ Ἰσραήλ. [22] Οὕτω λέγει· [23] Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ [24] ἐκλεκτός μου, θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. Οὐκ ἐρίσει οὔτε κράξει, οὔτε ἀκούσεταί τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ· κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει καὶ λίνον τυφόμενον οὐ μὴ σβέσει, [25] ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει, κρίσιν ἀναλήψει, καὶ οὐ μὴ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. Ὡς οὖν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Ἰακὼβ ἐκείνου, τοῦ καὶ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντος, τὸ πᾶν γένος ὑμῶν προσηγόρευτο Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ γεννήσαντος ἡμᾶς B
εἰς θεὸν Χριστοῦ, ὡς καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσὴφ καὶ Δαυίδ, καὶ [26] θεοῦ τέκνα ἀληθινὰ καλούμεθα καὶ ἐσμέν, αἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ φυλάσσοντες.

124. Καὶ ἐπειδὴ εἶδον αὐτοὺς συνταραχθέντας ἐπὶ τῷ εἰπεῖν με καὶ θεοῦ τέκνα εἶναι ἡμᾶς, προλαβὼν τὸ ἀνερωτηθῆναι εἶπον· Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, πῶς τὸ ἅγιον πνεῦμα λέγει περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι υἱοὶ ὑψίστου πάντες εἰσὶ καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν παρέσται αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστός, τὴν κρίσιν [1] ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων ποιούμενος. Εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι διὰ Δαυίδ, ὡς μὲν C

20. τούτοις] H. e. τοῖς τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένοις — c. 122. p. 351. A.

21. τῷ ... συντιθεμένου] Fortasse αὐτοῦ (vel αὐτοῦ τῷ) ... συντιθεμένου. Sic c. 68: Ὑμῶν οὖν ταῦτα ἀληθῶς συντιθεμένων. Sed adeas c. 49. n. 13.

22. Οὕτω λέγει] Inter οὕτω et λέγει desideratur δέ, γάρ, aut alia eiusmodi coniunctio, aut pro λέγει reponendum participium λέγων. *Sylburgius.* — Non muto.

23. Ἰακὼβ ... ἔθνη] Iesai. 42, 1—4.

24. ἐκλεκτός μου] Ita recte mihi videtur Stephanus emendasse lectionem ἐκλεκτοῦ μου, in utroque cod. msto obviam librariorum culpa, quippe qui deciperentur αὐ-

ris; sed quia hanc quoque quaestionem et cum demonstratione et cum assensione conclusimus, non te existimo ignorare quae iam dicta sunt aut rursus contentionis studio indulgere, sed provocare ut his quoque eadem demonstrem.

Tum illo oculorum nutu assentiente: Rursus, aiebam, in Iesaia, si auribus audientes auditis, de Christo loquens deus in parabola Iacobum illum et Israelem appellat. Sic ait: *Iacobus servus meus, suscipiam eum; Israel electus meus, dabo spiritum meum super eum, et iudicium gentibus proferet. Non contendet neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem eius; calamum contritum non confringet et linum fumigans non exstinguet, sed in veritatem proferet, iudicium recipiet, et non frangetur, donec ponat in terra iudicium: et in nomine eius sperabunt gentes.* Quemadmodum igitur ab uno illo Iacobo, qui et Israel cognominatus est, omne genus vestrum Iacobus et Israel vocatum est: sic etiam nos a Christo, qui nos in deo genuit, ut et Iacobus et Israel et Iuda et Iosephus et David, etiam dei filii veri vocamur et sumus, mandata Christi servantes.

124. Et quum eos viderem perturbatos quia dixeram nos etiam dei filios esse, interrogationi eorum occurrens dixi: Audite, o viri, quomodo spiritus sanctus de populo isto loquatur, filios altissimi omnes esse et in conventu eorum adfuturum ipsum illum Christum, ut omne genus hominum iudicet. Verba autem per Davidem, ut vos quidem interpretamini, sic

τοῦ praecedente. C. 135: *ὁ ἐκλεκτός μου.*

25. *ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει, κρίσιν ἀναλήψει*] Legendum cum LXX: *ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει* — quod monuit olim Grotius ad Matth. 12, 20. *Thirlbius.* — Marano placuit interpungere *ἀλλὰ εἰς ἀλ. ἐξ. κρίσιν, ἀναλήψει.* Vide c. 135. p. 365. A.

26. *θεοῦ ... φυλάσσοντες*] Coll. Ioann. 1, 12 et 1 Ioann. 3, 1. 2.

1. *ἀπὸ*] Sylburgius legendum putavit *περί*. Melius Maranus sic intellexit quasi scriptum esset *ἀνθρώπων ἀπὸ παντὸς γένους* vel *τῶν ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων.* Cf. c. 121. n. 9.

ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, οὕτως· [2]Ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Κρίνατε ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ, καὶ ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. Ἐξέλεσθε πένητα, καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε. Οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται· σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. Ἀνάστα ὁ θεός, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. D
[3]Ἐν δὲ τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἐξηγήσει εἴρηται· Ἰδοὺ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε· ἵνα δηλώσῃ καὶ τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας, καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ ἑνὸς τῶν ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ κεκλημένου ἐκείνου ὄφεως, πεσόντος πτῶσιν μεγάλην διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πρὸς τοῦτό μοι νῦν ὁ λόγος λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι ὑμῖν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνειδίζει τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καὶ θεῷ ὁμοίως ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους, ἐὰν φυ- 354
λάξωσι τὰ προστάγματα αὐτοῦ, γεγενημένους, καὶ κατηξιωμένους ὑπ' αὐτοῦ υἱοὺς αὐτοῦ καλεῖσθαι, [4]καὶ οὗτοι ὁμοίως τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ ἐξομοιούμενοι θάνατον ἑαυτοῖς ἐργάζονται, ἐχέτω καὶ ἡ ἑρμηνεία τοῦ ψαλμοῦ ὡς βούλεσθε· καὶ οὕτως ἀποδέδεικται ὅτι θεοὶ κατηξίωνται [5]γενέσθαι, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες δύνασθαι γενέσθαι κατηξίωνται, καὶ παρ' ἑαυτοὺς καὶ κρίνεσθαι καὶ καταδικάζεσθαι μέλλουσιν, ὡς καὶ Ἀδὰμ καὶ Εὔα. Ὅτι δὲ καὶ θεὸν τὸν Χριστὸν καλεῖ, ἐν πολλοῖς ἀποδέδεικται.

125. Ἐβουλόμην, λέγω, παρ' ὑμῶν μαθεῖν, ὦ ἄνδρες, τίς ἡ δύναμις τοῦ Ἰσραὴλ ὀνόματος. Καὶ ἡσυχαζόντων αὐτῶν ἐπή- B

2. Ὁ θεὸς ... ἔθνεσιν] Psalm. 81.

3. Ἐν δὲ τῇ τῶν ἑβδομ. ἐξηγήσει] His verbis aperte respondent antecedentia ὡς μὲν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε (noli haec verba, quod psalmus Assaphi sit, ad διὰ Δαυὶδ referre), ut Iustinus declaret aliquid esse discriminis inter Iudaeorum et Septuaginta interpretationem. Huc respicit illud πάλιν c. 131. p. 360. B. Nullum vero discrimen librarii reliquerunt. Vide c. 22. n. 9. Medicinam, quam Thirlbius desperavit, excogitavit Maranus. Nimirum „tota res expedietur, si supra legamus ὡς ἄνθρωπος, ut in textu hebraeo. Ipse Iustinus non obscure indicat

dicta sunt: *Deus stetit in conventu deorum, in medio autem deos diiudicat. Quousque tandem iudicatis iniquitatem et personas peccatorum respicitis? Iudicate pupillo et egeno, et humilem et pauperem iustificate. Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate. Non cognoverunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terrae. Ego dixi: Dii estis et filii altissimi omnes; vos autem sicut homines morimini, et sicut unus principum caditis. Exsurge deus, iudica terram, quoniam tu haereditabis in omnibus gentibus.* In septuaginta vero interpretatione dictum est: *Ecce sicut homines morimini, et sicut unus principum caditis:* ut etiam inobedientiam hominum declaret, id est Adami et Evae, et casum unius ex principibus, id est illius qui serpens dictus est, et casu magno cecidit propterea quod decepisset Evam. Sed quia non in hunc usum effatum nunc profero, sed ut vobis demonstrem spiritum sanctum exprobrare hominibus, quod, licet ita facti sint ut deo similes et perpessionis expertes et immortales, si mandata eius servent, futuri sint, ac licet eo honore dignati sint ut filii eius vocentur, ipsi tamen Adamo et Evae assimilati mortem sibi ipsi conficiant: habeat etiam interpretatio psalmi ut vultis; nihilominus sic constabit homines dignos habitos esse ut dii fierent, et omnes ut filii altissimi fieri possent dignos habitos esse, ac pro se quemque et iudicandum et condemnandum esse, sicut et Adamum et Evam. Christum autem etiam deum ab illo vocari iam multis demonstratum est.

125. Velim, inquam, a vobis scire, o viri, quae sit vis nominis Israel. Et illis silentibus intuli: Ego quod scio di-

discrimen in eo positum esse quod Septuaginta posuerint *ὡς ἄνθρωποι*. Ait enim illorum interpretationem aptam esse ad demonstrandam hominum inobedientiam, *τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων*, Adami scilicet et Evae."

4. *καὶ οὗτοι ὁμοίως*] Thirlbius rescribi vult *εἰ* (vel *εἰ καὶ*) *οὗτοι ὅμως*. Maranus mavult *καὶ οὗτοι ὅμως*. Sine causa. Vide c. 123. n. 4. — Adeas etiam c. 88. n. 10.

5. *γενέσθαι*] Thirlbius vult *λέγεσθαι*. Supra (ψ'. 81, 6): *θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες*.

νεγκα· Ἐγὼ ὃ ἐπίσταμαι ἐρῶ· οὔτε γὰρ εἰδότα μὴ λέγειν δίκαιον
ἡγοῦμαι, οὔτε ὑπονοοῦντα ἐπίστασθαι ὑμᾶς καὶ διὰ φθόνον ἢ δι'
ἀπειρίαν [1] λέγειν οὐ βούλεσθαι ἐπίσταμαι αὐτὸς φροντίζειν ἀεί, ἀλλὰ
πάντα ἁπλῶς καὶ ἀδόλως λέγειν, ὡς ὁ ἐμὸς κύριος εἶπεν· [2] Ἐξῆλ-
θεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον· καὶ ὁ μὲν ἔπεσεν εἰς τὴν
ὁδόν, ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας, ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν
γῆν τὴν καλήν. Ἐλπίδι οὖν τοῦ εἶναί που καλὴν γῆν λέγειν δεῖ·
ἐπειδή γε ἐκεῖνος ὁ ἐμὸς κύριος, ὡς ἰσχυρὸς καὶ δυνατός, [3] τὰ C
ἴδια παρὰ πάντων ἀπαιτήσει ἐλθών, καὶ τὸν οἰκονόμον [4] τὸν ἑαυ-
τοῦ οὐ καταδικάσει, εἰ γνωρίζοι αὐτόν, διὰ τὸ ἐπίστασθαι ὅτι δυ-
νατός ἐστιν ὁ κύριος αὐτοῦ καὶ ἐλθὼν ἀπαιτήσει τὰ ἴδια, ἐπὶ πᾶ-
σαν τράπεζαν διδόντα, ἀλλ' οὐ δι' αἰτίαν οἱανδηποτοῦν κατορύξαν-
τα. Καὶ τὸ οὖν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει· ἄνθρωπος νικῶν
δύναμιν· [5] τὸ γὰρ ἴσρα ἄνθρωπος νικῶν ἐστι, τὸ δὲ ἢλ δύναμις.
Ὅπερ καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τῆς πάλης, ἣν ἐπάλαισεν Ἰακὼβ μετὰ
[6] τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ τοῦ τῇ τοῦ πατρὸς βουλῇ ὑπηρετεῖν, θεοῦ
δὲ ἐκ τοῦ εἶναι [7] τέκνον πρωτότοκον τῶν ὅλων κτισμάτων, ἐπε-
προφήτευτο οὕτως καὶ ἄνθρωπος γενόμενος ὁ Χριστὸς ποιήσειν. D
Ὅτε γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, [8] ὡς προεῖπον, προσῆλθεν αὐτῷ ὁ
διάβολος, τουτέστιν ἡ δύναμις ἐκείνη ἡ καὶ ὄφις κεκλημένη καὶ
σατανᾶς, πειράζων αὐτόν, καὶ ἀγωνιζόμενος καταβαλεῖν διὰ τοῦ
ἀξιοῦν προσκυνῆσαι αὐτόν. Ὁ δὲ αὐτὸν κατέλυσε καὶ κατέβαλεν,
ἐλέγξας ὅτι πονηρός ἐστι, παρὰ τὴν γραφὴν ἀξιῶν προσκυνεῖσθαι
ὡς θεός, ἀποστάτης τῆς τοῦ θεοῦ γνώμης γεγενημένος. Ἀπο-
κρίνεται γὰρ αὐτῷ· [9] Γέγραπται· Κύριον τὸν θεόν σου προσκυ- 355
νήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Καὶ ἡττημένος καὶ ἐληλεγμέ-

1. λέγειν οὐ βούλεσθαι] Codd. msti et editi τὴν τοῦ βούλεσθαι. Emendatio Thirlbio debetur. Maranus vero (caeteris non immutatis) pro ἐπίσταμαι αὐτὸς legendum putavit ἀκατᾶν ἑαυτούς. Reddidit: *Neque enim aequum esse arbitror ut quod scio non eloquar, aut, vos scire quidem sed invidia aut voluntaria imperitia vosmetipsos decipere suspicans, semper sollicitudine distringar, sed potius ut omnia simpliciter ac sine dolo proferam.*

2. Ἐξῆλθεν ... καλήν] Matth. 13, 3—8.

3. τὰ ἴδια ... κατορύξαντα] Coll. Matth. 25, 18—27.

4. τόν] Omisit male Maranus.

5. τὸ γὰρ ... δύναμις] In codd. mstis et editis νικῶν abest. Drusius (Comment. minor. ad voces hebr. N. T. p. 16) commendavit voce ista

cam; nam neque, si sciam, aequum arbitror non loqui, neque, si suspicer vos scire sed propter invidiam aut propter exponendi imperitiam dicere nolle, id ipse semper curare scio, sed potius scio omnia simpliciter et sine dolo dicere, quemadmodum meus dominus dixit: *Exiit sator ad seminandum semen: et aliud cecidit in viam, aliud in spinas, aliud in loca saxosa, aliud in terram bonam.* Ergo propter spem, esse alicubi terram bonam, dicendum est; nam ille meus dominus, tamquam fortis et potens, sua ab omnibus reposcet veniens: ac dispensatorem suum non condemnabit, si eum noverit, quum is sciret dominum suum potentem esse et venientem sua repetiturum, ad omnem mensam dedisse quae acceperat, non vero defodisse ob ullam prorsus causam. Nomen igitur Israel id valet: homo vincens virtutem; nam „isra" est *homo vincens*, „el" autem *virtus*. Quod quidem Christum ita facturum esse, quum homo factus fuisset, etiam per mysterium luctationis praedictum est, qua Iacobus cum eo luctatus est qui videbatur quidem, quod patris voluntati ministraret, deus autem erat, quod filius primogenitus esset omnium creaturarum. Postquam enim homo factus est, ut iam dixi, accessit ad eum diabolus, id est virtus illa quae et serpens vocatur et satanas, tentans eum, et prosternere contendens postulando ut se adoraret. At Christus eum profligavit et prostravit, improbum esse arguens, qui contra scripturam adorari se ut deum postularet, apostata factus a dei voluntate. Respondet enim illi: *Scriptum est: Dominum deum tuum adorabis et ei soli servies.* Tum fractus et convictus

aliter collocata *ἄνθρωπός ἐστι νικῶν*. Correctio autem certa est ex proxime antecedentibus. Itaque Iustini opinione Israel dictus est quasi איש שרה אל = *homo vincens potentiam*.

6. *τοῦ φαινομένου*] Scil. *ἐν ἰδίᾳ ἀνθρώπου*, c. 58. p. 281. E. Designatur autem logos; nunquam enim, id quod Iustinus multis locis docet, supremus deus (*ὁ ὄντως θεός*) in terram descendit.

7. *τέκνον ... κτισμάτων*] Coll. Coloss. 1, 15.

8. *ὡς προεῖπον*] C. 103 (n. 12). Cf. ibid. n. 14.

9. *Γέγραπται ... λατρεύσεις*] Matth. 4, 10.

νος ἀπένευσε τότε ὁ διάβολος. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ναρκᾶν ἔμελλε, τουτέστιν ἐν πόνῳ καὶ ἐν ἀντιλήψει τοῦ πάθους, ὅτε σταυροῦσθαι ἔμελλεν, ὁ Χριστὸς ὁ ἡμέτερος, καὶ τούτου προκήρυξιν ἐποίησε διὰ τοῦ ἅψασθαι τοῦ μηροῦ τοῦ Ἰακὼβ καὶ ναρκῆσαι ποιῆσαι. Ὁ δὲ Ἰσραὴλ ἦν ὄνομα αὐτῷ ἄνωθεν, ὃ ἐπωνόμασε τὸν μακάριον Ἰακὼβ εὐλογῶν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι, κηρύσσων καὶ διὰ τούτου ὅτι πάντες οἱ δι' αὐτοῦ τῷ πατρὶ προσφεύγοντες [10] εὐλογημένος Ἰσραήλ ἐστιν. Ὑμεῖς δέ, μηδὲν τούτων νενοηκότες B
μηδὲ νοεῖν παρασκευαζόμενοι, ἐπειδὴ κατὰ τὸ σαρκικὸν σπέρμα τοῦ Ἰακὼβ τέκνα ἐστέ, πάντως σωθήσεσθαι προσδοκᾶτε. Ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τούτοις ἑαυτοὺς πλανᾶτε, ἀποδέδεικταί μοι ἐν πολλοῖς.

126. Τίς δ' ἐστὶν οὗτος, [1]ὃς καὶ ἄγγελος μεγάλης βουλῆς ποτε, καὶ ἀνὴρ διὰ Ἰεζεκιήλ, καὶ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου διὰ Δανιήλ, καὶ παιδίον διὰ Ἡσαΐου, καὶ Χριστὸς καὶ θεὸς προσκυνητὸς διὰ Δαυίδ, καὶ Χριστὸς καὶ λίθος διὰ πολλῶν, καὶ σοφία διὰ Σολομῶνος, καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰούδας καὶ ἄστρον διὰ Μωυσέως, καὶ ἀνατολὴ διὰ Ζαχαρίου, καὶ παθητὸς καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ πάλιν C
διὰ Ἡσαΐου καὶ ῥάβδος καὶ ἄνθος καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος κέκληται καὶ υἱὸς θεοῦ, εἰ ἐγνώκειτε, ὦ Τρύφων, ἔφην, οὐκ ἂν ἐβλασφημεῖτε εἰς αὐτὸν ἤδη καὶ παραγενόμενον καὶ γεννηθέντα καὶ παθόντα καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν· ὃς καὶ πάλιν παρέσται, [2]καὶ τότε κόψονται ὑμῶν αἱ δώδεκα φυλαί. Ἐπεὶ εἰ [3]νενοήκατε τὰ εἰρημένα ὑπὸ τῶν προφητῶν, οὐκ ἂν ἐξηρνεῖσθε αὐτὸν εἶναι θεόν, τοῦ μόνου καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου θεοῦ υἱόν. Εἴρηται γάρ που καὶ διὰ Μωυσέως ἐν τῇ Ἐξόδῳ οὕτως· [4]Ἐλάλησε δὲ κύ- D
ριος πρὸς Μωυσῆν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἐγώ εἰμι κύριος, καὶ ὤφθην πρὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, θεὸς αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομά μου οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς, καὶ ἔστησα τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτούς. Καὶ οὕτω πάλιν λέγει· [5]Μετὰ Ἰακὼβ ἄνθρωπος

10. εὐλογ. Ἰσραήλ] Coll. Iesai. 19, 24. 25; vide c. 123.

1. ὃς καὶ ἄγγελος etc.] De his epithetis cf. cc. 33. 34. 36. 58. 61. 64. 68. 70. 76. 86. 98. 99. 100. 113. 114. 118. 121. 123. — Pro καὶ θεὸς προσκυνητὸς legendum est fortasse καὶ θεὸς καὶ προσκυνητός. Sed adeas c. 68. n. 20. — Edidi διὰ Δαυὶδ pro vulg. καὶ Δαβίδ. Quum vero et Iudaei et Christiani crederent Messiam in scriptura saepiuscule Davidem appellari, satius videtur (Lang.) legere: διὰ Δαυίδ,

diabolus discessit. Sed quia futurum etiam erat ut Christus noster marcesceret, id est in aerumna et in passionis sensu, quum futurum esset ut cruci affigeretur, huius quoque rei praenuntiationem exhibuit eo quod Iacobi femur tetigerit atque ut marcesceret effecerit. Erat autem ei antiquitus nomen Israel, quo beatum Iacobum cognominavit dum benediceret ei suo ipsius nomine, praedicens hac etiam ratione omnes per eum ad patrem confugientes benedictum esse Israelem. Vos autem, quum nihil horum intelligatis neque ad intelligendum parati sitis, quia secundum carnale semen filii estis Iacobi, salvos omnino vos futuros esse exspectatis. At vos in his quoque a vobis ipsis in errorem induci, pluribus a me demonstratum est.

126. Quis vero hic sit, qui et angelus magni consilii interdum, et vir per Ezechielem, et tamquam filius hominis per Danielem, et puellus per Iesaiam, et Christus et deus adorandus per Davidem, et Christus et lapis per multos, et sapientia per Salomonem, et Iosephus et Iudas et stella per Mosen, et oriens per Zachariam, et rursus per Iesaiam passibilis et Iacobus et Israel et virga et flos et lapis angularis et filius dei vocatus est: si nossetis, Trypho, inquam, non eum blasphemiis appeteretis qui iam et advenit et natus et passus est et in coelum adscendit; qui etiam rursus adveniet, ac tunc plangent duodecim vestrae tribus. Nam si intellexissetis quae a prophetis dicta sunt, non eum negassetis deum esse, solius et ingeniti et inenarrabilis dei filium. Dictum est enim alicubi et per Mosen in Exodo sic: *Locutus est autem dominus ad Mosen, et dixit ad eum: Ego sum dominus, et visus sum Abrahamo et Isaaco et Iacobo, deus eorum, et nomen meum non indicavi iis, et pepigi foedus meum cum iis.* Sic etiam rursus ait: *Cum Iacobo homo luctatus est;* eumque

καὶ Δαυὶδ etc.. Illa enim propter sequentis commatii similitudinem facile poterant excidere.

2. καὶ ... φυλαί] Coll. Zachar. 12, 12.

3. νενοήκατε] Thirlbius coniecit ἐνενοήκειτε.

4. Ἐλάλησε ... αὐτούς] Exod. 6, 2—4.

5. Μετὰ ... ἐπάλαιε] Genes. 32, 24. — Pro μετὰ Maranus κατὰ dedit citra auctoritatem codicum.

ἐπάλαισε· καὶ θεόν φησιν εἶναι. [6] Εἶδον γὰρ θεὸν πρόσωπον πρὸς
πρόσωπον, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου, λέγει εἰρηκέναι τὸν Ἰακώβ.
Καὶ ὅτι καὶ τὸν τόπον, ὅπου αὐτῷ ἐπάλαισε καὶ ὤφθη καὶ εὐλό-
γησε, [7] καὶ ἐκάλεσεν Εἶδος θεοῦ, ἀνέγραψε. Καὶ τῷ Ἀβραὰμ 356
[8] ὁμοίως, ὡς Μωυσῆς φησιν, ὤφθη ὁ θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμ-
βρῇ, καθημένῳ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. Εἶτα
ταῦτα εἰπὼν ἐπιφέρει· [9] Ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε, καὶ
ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν συνέδραμεν
εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. Μετ' ὀλίγον δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπισχνεῖται
τῷ Ἀβραὰμ υἱόν· [10] Τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα λέγουσα· Ἆρά γε τέξο-
μαι; Ἐγὼ δὲ γεγήρακα. Μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ θεῷ ῥῆμα; Εἰς
τὸν καιρὸν τοῦτον [11] ἀποστρέψω εἰς ὥρας, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ
υἱός. Καὶ ἀπαλλάσσονται ἀπὸ Ἀβραάμ. Καὶ οὕτω περὶ αὐτῶν B
πάλιν λέγει· [12] Ἐξαναστάντες δὲ ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ
πρόσωπον Σοδόμων. Εἶτα πάλιν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὃς ἦν καὶ ἔστιν
[13] οὕτως λέγει· [14] Οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ τοῦ παιδός μου Ἀβραὰμ ἐγὼ
ἃ μέλλω ποιεῖν· καὶ τὰ ἑξῆς ἀνιστορημένα ἀπὸ τῶν τοῦ Μωυ-
σέως καὶ ἐξηγημένα ὑπ' ἐμοῦ πάλιν ἔλεγον, δι' ὧν ἀποδέδεικται
ὑπὸ τῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ τεταγμένος καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτοῦ
οὗτος ὃς ὤφθη τῷ τε Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ καὶ
τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις, ἀναγεγραμμένος θεός, ἔλεγον. Ἐπέφε- C
ρον δέ, εἰ καὶ μὴ εἶπον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· Οὕτω δὲ καί, ὅτε
κρέας ἐπεθύμησεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ [15] ἀπιστεῖ Μωυσῆς τῷ λελε-
γμένῳ κἀκεῖ ἀγγέλῳ, ἐπαγγελλομένῳ δώσειν αὐτοῖς τὸν θεὸν εἰς
πλησμονήν, [16] αὐτός, ὢν καὶ θεὸς καὶ ἄγγελος παρὰ τοῦ πατρὸς

6. *Εἶδον . . . μου*] Genes. 32, 30.

7. *καὶ*] Videtur vacare. Sed saepe a Iustino satis importune ponitur. Cf. c. 108. n. 2.

8. *ὁμοίως, ὡς Μωυσῆς φησιν*] Particula *ὡς* in codd. mstis et editis omissa est: causa patet. Cf. c. 112. n. 3. — Mox *μεσυμβρίας* Stephanus.

9. *Ἀναβλέψας . . . αὐτούς*] Genes. 18, 2.

10. *Τί . . . υἱός*] Genes. 18, 13. 14.

11. *ἀποστρέψω*] Scripserit fortasse Iustinus *ἀναστρέψω*, ut apud Septuaginta. Caeterum in eadem LXXvirali versione frequenter usurpari *ἀποστρέφειν* pro *reverti*, viris eruditis iam observatum. *Gallandius.* — Cf. c. 56. n. 36.

12. *Ἐξαναστάντες . . . Σοδόμων*] Genes. 18, 16.

13. *οὕτως*] Codd. msti et editi

deum esse dicit. *Vidi enim deum facie ad faciem, et salvata est anima mea*, refert dixisse Iacobum. Et scripsit etiam locum, ubi cum eo luctatus eique visus est et benedixit, ab eo vocatum fuisse *Visionem dei*. Et Abrahamo similiter, ut Moses ait, deus ad quercum Mambrae visus est, sedenti ad ostium tabernaculi sui meridie. Tum his dictis infert: *Suspiciens autem oculis vidit, et ecce tres viri stabant supra eum; quos quum vidisset, occurrit obviam iis.* Paulo post unus ex iis promittit Abrahamo filium: *Cur risit Sara dicens: Num utique pariam? Ego autem senui. An impossibile est apud deum verbum? Ad tempus hoc revertar in horas, et erit Sarae filius.* Et discesserunt ab Abrahamo. Et sic de iis rursus loquitur: *Exsurgentes autem inde viri conspexerunt in faciem Sodomorum.* Deinde rursus Abrahamum is qui est et qui erat sic alloquitur: *Non abscondam ego a servo meo Abrahamo quae sum facturus:* et quae sequuntur ex Mosis scriptis iam recitata et a me exposita rursus repetii, ex quibus, aiebam, demonstratur sub patre et domino subiectum esse et voluntati eius ministrare istum qui Abrahamo et Isaaco et Iacobo et aliis patriarchis visus est appellaturque in scripturis deus. Hic adieci, etsi antea non dixeram: Sic vero etiam, quum carnem concupivit populus edere et Moses non credit ei qui illic etiam vocatur angelus, pollicenti deum ad satietatem illis daturum esse: ipse, qui et deus est et an-

ὡς. Menda est ex non animadverso scripturae compendio. Thirlbius maluit ἔστιν θεὸς λέγει.

14. *Οὐ* ... ποιεῖν] Genes. 18, 17. — Maranus ποιεῖ mendose.

15. *ἀπιστεῖ*] Sunt qui iusiurandum darent Iustinum scripsisse ἠπίστει. Nos in huiusmodi rebus in potestate librariorum sumus. *Thirlbius.* — Iustinus autem, dum scribit τῷ λελεγμένῳ κἀκεῖ ἀγγέλῳ erravit. Illic enim non angelus vocatur sed dominus.

16. *αὐτός* etc.] Istud πρᾶξαι suadere videatur Iustinum plura descripsisse ex cap. XI Numer. (aut certe in animo habuisse describere cum haec scriberet) quam hic sequuntur, nisi forte sic locum intelligendum putas: αὐτὸς δηλοῦται καὶ θεὸς ὤν, καὶ ἄγγελος, παρὰ τοῦ πατρὸς πεπεμμένος ταῦτα εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι — cui interpretationi favere videntur et antecedentia et sequentia; mihi tamen non satisfacit. *Thirlbius* (in Add.).

πεπεμμένος, ταῦτα εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι δηλοῦται. Οὕτως γὰρ ἐπάγει ἡ γραφὴ λέγουσα· [17] Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωυσῆν· Μὴ ἡ χεὶρ κυρίου οὐκ ἐξαρκέσει; Ἤδη γνώσῃ, εἰ ἐπικαλύψεταί σε ὁ λόγος μου ἢ οὔ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις οὕτω φησί· [18] Κύριος δὲ εἶπε πρὸς μέ· Οὐ διαβήσῃ τὸν Ἰορδάνην τοῦτον. Κύριος ὁ θεός σου, ὁ προπορευόμενος τοῦ προσώπου σου, αὐτὸς ἐξολο- D
θρεύσει τὰ ἔθνη.

127. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ τοιαῦτά ἐστιν εἰρημένα τῷ νομοθέτῃ καὶ τοῖς προφήταις. Καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι ὑπολαμβάνω [1] ὅτι, ὅταν μου ὁ θεὸς λέγῃ· [2] Ἀνέβη ὁ θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ, ἢ Ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωυσῆν, καὶ Κατέβη κύριος τὸν πύργον ἰδεῖν ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἢ ὅτε Ἔκλεισεν ὁ θεὸς τὴν κιβωτὸν Νῶε ἔξωθεν, μὴ ἡγεῖσθε αὐτὸν τὸν ἀγέννητον θεὸν καταβεβηκέναι ἢ ἀναβεβηκέναι ποθέν. [3] Ὁ γὰρ ἄῤῥητος πατὴρ καὶ κύριος τῶν πάντων οὔτε ποι ἀφῖκται οὔτε περιπατεῖ οὔτε καθεύ- 357
δει οὔτε ἀνίσταται, ἀλλ' ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ, ὅπου ποτέ, μένει, ὀξὺ ὁρῶν καὶ ὀξὺ ἀκούων, οὐκ ὀφθαλμοῖς οὐδὲ ὠσὶν ἀλλὰ δυνάμει ἀλέκτῳ· καὶ πάντα ἐφορᾷ καὶ πάντα γινώσκει, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν λέληθεν αὐτόν· οὔτε κινούμενος, ὁ τόπῳ τε ἀχώρητος καὶ τῷ κόσμῳ ὅλῳ, ὅς γε ἦν καὶ πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι. Πῶς ἂν οὖν οὗτος ἢ λαλήσειε πρός τινα ἢ ὀφθείη τινὶ ἢ ἐν ἐλαχίστῳ μέρει γῆς φανείη, ὁπότε γε οὐδὲ τὴν δόξαν τοῦ παρ' αὐτοῦ πεμφθέντος ἴσχυεν ὁ λαὸς ἰδεῖν [4] ἐν Σινᾷ, οὐδ' αὐτὸς Μωυσῆς ἴσχυσεν εἰσελθεῖν εἰς B
τὴν σκηνήν, ἣν ἐποίησεν, [5] εἰ μὲν ἐπληρώθη τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ

17. Καὶ ... οὔ] Numer. 11, 23. — Pro ἐπικαλύψεται legendum (Thirlb.) videtur ἐπικαταλήψεται cum Bibliis. Non muto.

18. Κύριος ... ἔθνη] Deuteron. 31, 2. 3.

1. ὅτι etc.] Nodum in scirpo quaesiverunt editores. Voluit Thirlbius: ὥστε, ὅταν πνεῦμα θεοῦ λέγῃ. Maranus: ὡς, ὅταν που (alicubi) ὁ θεὸς λέγῃ ... μὴ ἡγεῖσθαι. At optime se habet illud ὅτι', cuius similis usus c. 80 (n. 7) deprehenditur: Ὅτι δ' οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ἡμῖν λόγων ... σύνταξιν ποιήσομαι. Verba μὴ ἡγεῖσθε pro οὐχ ἡγητέον (Sylburg.) posita sunt.

2. Ἀνέβη ... Ἀβραάμ — Ἐλάλησε ... Μωυσῆν — Κατέβη ... ἀνθρώπων — Ἔκλεισεν ... ἔξωθεν] Genes 17, 22; Exod. 6, 29 (et passim); Genes. 11, 5; 7, 16. — Ste-

gelus a patre missus erat, haec dixisse et fecisse narratur. Sic enim infert scriptura dicens: *Et dixit dominus ad Mosen: An manus domini non sufficiet? Iam cognosces, an operturum te sit verbum meum nec ne.* Et rursus alio in loco sic ait: *Dominus dixit ad me: Non transibis Iordanem istum. Dominus deus tuus, qui praecedit ante faciem tuam, ipse exterminabit gentes.*

127. Etiam alia eiusmodi sunt legislatoris et prophetarum dicta. Et satis a me dictum esse existimo, ut, quando deus meus dicit: *Adscendit deus ab Abrahamo*, aut *Locutus est dominus ad Mosen*, et *Descendit dominus ad videndam turrim quam aedificaverant filii hominum*, vel quando *Clausit deus arcam Noachi extrinsecus:* non putetis ipsum ingenitum deum descendisse aut adscendisse ex loco aliquo. Nam inenarrabilis pater et dominus universorum neque in aliquem locum venit neque ambulat neque dormit neque surgit, sed in regione sua, quaecunque ea tandem est, manet, acutum cernens et acutum audiens, non oculis neque auribus sed virtute inenarrabili: et omnia videt et omnia cognoscit, neque quisquam nostrum eum latet: neque movetur, neque loco comprehendi potest et ne toto quidem mundo, quippe qui vel ante esset quam mundus fiebat. Quomodo igitur is aut quemquam alloquatur aut cuiquam appareat aut in angustissima parte terrae conspiciatur, quum ne illius quidem qui ab eo missus est gloriam populus in Sina intueri valuerit, neque ipse Moses tabernaculum, quod fecerat, ingredi valeret, si

phan. et Iebb. *Μωσῆ* pro *Μωυσῆν* dederunt.

3. *Ὁ γὰρ ἄῤῥ. π.* etc.] Similiter Origenes c. Cels. IV. c. 5: *Κἂν ὁ θεὸς τῶν ὅλων τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει συγκαταβαίνῃ τῷ Ἰησοῦ εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον..., οὐκ ἔξεδρος γίνεται οὐδὲ καταλείπει τὴν ἑαυτοῦ ἕδραν, ὥς τινα μὲν τόπον κενὸν αὐτοῦ εἶναι, ἕτερον δὲ πλήρη, οὐ πρότερον αὐτὸν ἔχοντα· ἐπιδημεῖ δὲ δύναμις καὶ θεότης θεοῦ, δι' οὗ βούλεται καὶ ἐν ᾧ εὑρίσκει χώραν, οὐκ ἀμείβοντος τόπον οὐδ' ἐκλείποντος χώραν ἑαυτοῦ κενὴν καὶ ἄλλην πληροῦντος.*

4. *ἐν Σινᾷ*] Coll. Exod. 19, 21.

5. *εἰ μὲν ἐπλ.*] Sic legendum est pro vulg. *εἰ μὴ ἐπλ.*, Iustinus ut cum Bibliis (Exod. 40, 35) concilietur. Thirlbius mallet *εἰ ἐπληρώθη.*

δόξης, οὐδὲ μὴν [6] ὁ ἱερεὺς ὑπέμεινε κατενώπιον τοῦ ναοῦ στῆναι, ὅτε τὴν κιβωτὸν Σολομὼν εἰσεκόμισεν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ, ὃν αὐτὸς ὁ Σολομὼν ᾠκοδομήκει; Οὔτε οὖν Ἀβραὰμ οὔτε Ἰσαὰκ οὔτε Ἰακὼβ οὔτε ἄλλος ἀνθρώπων εἶδε τὸν πατέρα καὶ ἄῤῥητον κύριον τῶν πάντων ἁπλῶς καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου καὶ θεὸν ὄντα, υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ· ὃν καὶ ἄνθρωπον C
